UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvla Sancti Patris Benedicti

Benedikt <Montecassino, Abt, Heiliger>

Moguntiae, 1604

urn:nbn:de:hbz:466:1-64533

Visual Library

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

2/11
14

Th. 4943.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

REGVLA SANCTI PATRIS BENEDICTI.

Cum Declarationibus, & Constitutionibus editis à Patribus Congregationis Casinensis.

Adiecta vita eiusdem S. Patris.

Quid lucis huic nouæ editioni F. Iacobus du BREVL, *veteranus Inclyti Cœnobij D. Germani à pratis Monachus attulerit, sequens pagella docebit.*

Liber Colli: Soc: Jesu Paderb:

MOGVNTIÆ,
Apud BALTHASAREM LIPPIVM, sumptibus Nicolai Steinii & consortis eius.

Anno M. DC. IIII.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ILLVSTRISSIMO, PRINCIPI, REVERENDISSIMOQVE IN CHRISTO Patri, & Domino, Dn. BALTHASARI Abbati FVLDENSI, D. Augustæ Archicancellario, & per Germaniam Galliamque Primati, Sacri Romani Imp. Principi optimo, &c. Domino ac Principi suo Clementissimo.

Salutem, gratiam & omnium rerum successumque felicitatem.

ILlustrissime Princeps, Domine Dn. Clementissime, Hoc inprimis maxima omnium tum admiratione tum consideratione dignum est, quòd summa Dei prouidentia semper & vbique tunc suæ afflictæ & dilectæ Ecclesiæ auxiliatrices manus porrigere & opitulari soleat, quando ea vehementius à Tyrannorum violentia & hæreticorum prauitate fatigetur, & quasi superata videatur; & tunc crescat & floreat, quando decrescere & arida putetur, tunc gregem eiusdem bonis pastoribus & inculpatæ vitæ præsulibus prouideat & dirigat, cùm derelicta & vidua

esse censeatur. Quod etsi innumeris omnium temporum & nationum exemplis probari & attestari possit: ex quàm plurimis tamen hoc vnicum ad meum institutum apprimè accommodatum hic in medium proferam, & submissæ dedicationi huic inseram. Omnes enim historiæ, præsertim verò Annales Ecclesiastici probatissimi nostri seculi Scriptoris Cæsaris Cardinalis Baronii, viri de Repub. Christiana optimè meriti, pari dexteritate testãtur, quòd eo tempore, quo vniuersa Italia, Germania, Gallia, Hispania atq; Africa, totusq; penè Occidens, à Tyrannis & persecutoribus Gothis & Vuandalis Arianorum sectæ defensoribus possidebantur, nec non vniuersus Oriens multis & variis hæresibus infectus esset, & Monachismus magna ex parte collapsus, compluribus ex iis à fide Catholica ad diuersos hæresum errores deficientibus, aliisque ab omni vetere instituto rigido in delitias prolabentibus, Deus præpotens magnum illum Monachorum Patriarcham, clarum illud Ecclesiæ Occidentalis decus, BENEDICTVM, patria quidẽ Nursium, sed Romæ litteris operam dantẽ, ab Vrbe vocauit, & in solitudinem sublimioris vitæ monasticæ prima feliciter fundamenta iacientẽ, perduxit, vt in tam tetræ noctis obscuritate eiusmodi claritudo lucis effulgeret,

Circa annum Christi 494.

qua

qua vniuersus Catholicus Orbis denuò illustraretur & omniũ Tyrannorũ persecutio hæreticorũq; prauitas è medio tolleretur, & mirabiliter absorberetur; & Ecclesia sancta splẽdore huius sancti Viri diuinitus propagaretur, atq; obseruãtia monastica disciplina longè lateq; diffunderetur, eaq; adeò fœcũdo germine dilataretur. Nã hoc pro certo constat, & in historiis dilucidè habetur, q̃ ex tenui hoc surculo prægrandium exortæ sint frugiferarum arborum siluæ, quæ vniuersam repleuerint Occidentalem Ecclesiam, extiteritque locuples seminarium, ex quo plurimi progressi sint sanctissimi diuersarum Ecclesiarum Episcopi, illustrissimi Abbates, Præpositi amplissimi; nec defuerint ex iis, qui in throno Apostolico cum sidentes, vniuersam Catholicam Ecclesiam, cùm vehementiores vrgerent fluctus, constantissimè gubernârint, & qui eodem Apostolico munere complures barbaras nationes Christi iugum ferre impatientes, tandem ad Christianam fidem sponte capessendam, conuerterint. Prodierintque alij, qui ob suscepta grandia pro religione certamina, sint victores consecuti coronam martyrii. Prætereo iam modò illos qui sacrarum rerum scientia nobiles inter scriptores Ecclesiasticos floruêre: nec numero, quæ numerari vix possunt, sacrarum examina

virginum: sicut nec facilè sit recensisse, quot ex hoc vno verè dicendo sui humilitate fonticulo, immensa flumina sint deriuata: quot, inquam, ex S. BENEDICTO diuersorum ordinum sint progressa agmina Monachorũ, qui licet diuerso nomine in Ecclesia Dei circumamicta varietate censeantur, instituti tamen esse S. BENEDICTI, & ab ipso progredi glorientur. Hæc tanta, quæ tamquam immensum cœlum, in paruo globo conscripta cernuntur, nonne meritò admiranda & consideranda obueniunt?

S. Benedicti patria.

Natus fuit hic S. noster BENEDICTVS Nursiæ, anno Christi 480. in sua pueritia bonis litteris incumbens Romæ, magnum fecit profectum, repletus diuina gratia, sui similes & æquales & pietate & eruditione superauit, & longo interuallo post se reliquit.

Anno Christi 494.

Anno verò ætatis suæ decimo quarto ab Orbe recessit, & in specu quodam arcto & rigido tres annos, vno tantùm conscio sancto Romano, delituit, vt S. Gregorius tradit.

Gregor. Dial. lib. 2 cap. 1. 2 3 & sequent.

Inde verò Dei reuelatione notior factus, & virtute miraculorum redditus vniuersæ regioni illi conspicuus; inuidiæ iaculis ab hominibus appetitus, postquam vires Satanæ confregisset, victor in omnibus, ad vitæ sanctæ æmulationem suo exemplo quamplurimos traxit: cùm tamquam ex alueario ex-

crescen-

crescentia apum examina in alia vasa ipse inferens, duodecim à se erecta monasteria repleuit: ad quem multi Romanæ vrbis nobiles concurrerunt. sic in angustiis Sublacensium montium perseuerauit triginta duos annos; donec tandem diuino monitu ex prædictis angustiis egressus Casinum montem petens, illicq; erecto monasterio, monasticum ordinem mirificè propagauit, idololatriam quæ ibidē adhuc vigebat, penitus extinxit, Dæmonia graui certamine superauit: in tota vita sua fuit fide firmus, spe robustus, gemina charitate feruidus, mente purus, deuotione præcipuus, in oratione ardens, in meditatione accensus, in lectione sanctarum scripturarum sedulus, in contemplatione altus, & vt breuiter concludam, omnium virtutum ornatu insignis, humilis, pudicus, sobrius, castus & quietus; ad exteriorem conuersationem totus igneus, totus exemplaris, benignus, mansuetus, & ouium Christi pastor vigilantissimus; & tamen cùm ratio exigebat, zelo disciplinæ accensus, peruersorum vitam constanter arguebat. Sicq; innumerorum penè sanctorum atq; etiam doctissimorum Patrum Patriarcha BENEDICTVS *fuit fœcundissimus propagator, ordinem suum in multas mundi partes dilatauit, dum vixerat.*

Anno Ch. 529.

Anno Ch. 505.

Anno Ch. 1578 die 13. Aprilis.

Conscripsit suis Fratribus REGVLAM *omni discretione, præcipuã sermone luculentã, quam in Concilio Romano S. Gregorius Papa probauit & confirmauit. Quam etiam proximè nostro sæculo Gregorius Papa* XIII. *in Breui dato, vnà cum Declarationibus & Cõstitutionibus Patrum Congregationis Casinensis de nouo confirmauit & approbauit. Cuius* REGVLÆ *exemplar, adiunctà insuper vita S. Patris* BENEDICTI, *post Florentinam, Venetamq; & Parisiensem editionem, etiam nunc typis Moguntinis, in forma enchiridij; manibus portatile, & emendatius, omnibus & singulis huius ordinis Prælatis, Patribus & Fratribus vtendum, & meis sumptibus in lucem recens datum, exhibeo.*

Ne autem Illustrißime Princeps Domine Dn. Clementißime, hæc REGVLA S. PATRIS BENEDICTI *absque patrocinio aliquo cuiusdam Principis exiret, & in iniquas quorundam huius peruersi temporis censorum maleuolorum manus incideret & carperetur; sed omnibus præsertim eius Ordinis Patribus & Fratribus acceptior foret, ipsi in verum Patronum & summum defensorem, Illustrißimam Cels. V. vt verè Primatem & supremum eiusdem* REGVLÆ *& Ordinis Prælatum, elegi & meritò decreui. Verùm enimuerò, quis mihi tam vitio verteret, si*

ratio-

rationem tẽporis illius Reuerendiß. Celſ. V. quo primùm ad ſui regiminis Eccleſiaſticum clauum ſedere inceperit; illud etiam, quo tot annis in anguſtijs Caſtoreı montis delituit; & hoc inſuper quo diuina fauente gratia iterum in priſtinum regiminis culmen & integrum totius Diœceſis Fuldenſis gubernaculum reſtituta ſit, conferrem cum tẽpore illo, quo S. Patriarcha BENEDICTVS in montibus Simbruinis totidem & paulò plus annis vitam ſolitariam egerit? Nam ſicut huius S. Patris tempus valdè luctuoſum, Tyrannorum cædibus funeſtum, Arianorum hæreſibus infectum, diſciplina monaſtica infructuoſum, & omnium calamitatum mole, & religionis Chriſtianæ penuria refertum, donec tandem S. Pater BENEDICTVS diuino inſtinctu notior factus, miraculorum virtute vniuerſo Orbi conſpicuus, coruſcatione ſui ſplendoris omniũ Tyrannorum furorem mitigauit, omnem calamitatem ſuſtulit, omnia reformauit, omnia in integrum reſtituit, religionem Catholicam & Ordinẽ ſuum ſanctiſsmis incrementis vbique terrarum propagauit & dilatauit.

Ita etiam tempus Electionis Illuſtriß. Celſ. V. erat admodum lamentabile, maior pars Principatus Illuſtriß. Celſ. V. hæreticorũ fraudibus corrupta, & ſancta religio hinc

inde abolita, hæreticorũ nebulis obducta & penè omnia frigidè administrata, Illustriß. Celſ. V. ſingula & cuncta reformare & in ſanctæ vetuſtatis formam reſtituere volens; ſed tunc ſine dubio permißione ob criminum hominum multitudinem & enormitatem, curſus reformationis interclusus, & tempus hoc præſens cõmodius ad illud efficiendũ prouiſum eſt: Abſcondita latuit Illustriß. Celſ. V. cum S. BENEDICTO *in montium ſolitudine inter bruta ferè animalia, auſterã piæ ſanctitatis vitam, cũ ſumma patientia, exemplo veræ imitationis, viginti ſex annis ducens, fide firma, ſpe robuſta, charitate accenſa, mente pura, deuotione ſedula, in Miſſæ celebratione quotidiana, pauperum ſubleuatione aßidua, in Orationibus feruida, in lectione ſacrarum ſcripturarum ardens, in cõtemplatione alta; & vt multa breuibus concludam, omnium virtutum inſigniis roborata, ornata & decorata: donec tandem diuinæ clementiæ placuit, Reuerendiß. Celſ. V. ex anguſtiis illis montis Caſtorei liberare, & ad priſtini ſui honoris culmen euehere, Eccleſiam ſuam eidem committere, vt ſubditos ſuos bene regere, & populum Chriſti ſanguine redemptum ab erroribus reuocare, & in vnum verum Chriſti ouile perducere poſſet. Inſuper ſicut tempore* S. BENEDICTI

Aria-

Arianismus pedetentim elanguit; Monachismus vbique terrarum vires recuperans, latissimè sese extendit, & omnia nouam faciem sumere visa sunt: Ita in Ecclesia tota Fuldensi nouo regimine Illustriss. Cels. V. adepto, religionem reformatam, ordinem illustratum, subditos obedientes, & cuncta renouata breui videbimus & experiemur: Lætetur igitur Reuerendiss. & Illustriss. Cels. V. quòd ad imitationem tẽporis, Ordinis & religionis S. BENEDICTI *Deus ter Opt. Max. secum egerit, & eam similem sancto viro cõparatione pari fecerit: pergat his suis omniũ virtutum insigniis & ornamentis, regat feliciter Ecclesiam suam, & Ordinem suum, & subditos suos; & hanc* REGVLAM S. PATRIS BENEDICTI *Illustrissimo nomini suo submissè consecratam, dedicatã & inscriptam, sereno vultu accipiat, & me meosq; sibi semper commendatos habere satagat. Deus Opt. Max. Reuerendiss. eandem Cels. V. ad multos annos felicissimè & diutissimè conseruet & tueatur; quod ex intimo corde precor & opto. Dat. Francofurti in festo* S. BENEDICTI, *Anno redẽptionis nostræ* 1604.

Reuerendiss. & Illustriss.
Cels. V.
subditus cliens
Nicolaus Steinius Bibliop.

GREGO-

GREGORIVS
PAPA XIII.

In Breui dato die XIII. Aprilis 1578.

NOs Constitutiones, Ordinationes, & Statuta quæcunq;, seu aliàs quomodolibet edita, innouata, emendata, addita, immutata, & reformata, cum omnibus quibusuis inde pro tempore secutis, Apostolica authoritate, tenore præsentium & certa scientia confirmamus & approbamus, illisque perpetuæ & inuiolabilis firmitatis robur adiicimus, supplentes omnes & singulos iuris & facti, ac omnium solennitatum quantumuis etiam substantialium defectus, qui in eisdem quomodolibet interuenerunt; illaque valida, & efficacia fore ac esse, & suos plenarios effectus sortiri debere: nec non omnes & singulos quos concernunt ad illorum obseruationem perpetuò teneri decernimus. Non obstantibus quibusuis Apostolicis Constitutionibus & Ordinationibus: nec non Ordinis & Congregationis Casinẽsis, aliàs S. Iustinæ, statutis, vsibus, naturis, & cõsuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis: Priuilegiis quoq;, indultis, ac litteris Apostolicis: etiam prædecessorum nostrorum huiusmodi in contrarium quomodolibet sub quibusuis verborum formis, etiã iteratis vicibus cõcessis, approbatis, & innouatis: Quibus omnibus, & singulis illorũ tenores pro plenè & sufficienter expressis habentes, latissimè derogamus, & cæteris contrariis quibuscunque.

Datum Romæ, apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris Die 13. April. 1578. Pontificatus nostri, An. VII.

CÆSAR GLORIERIVS.

AD.

Ad Lectorem.

REGVLÆ Beatissimi Patris Benedicti enodationem, & Constitutiones ad directionem & conseruationem regularis obseruantiæ plurimum conducentes, quas Reuerendi Patres, vt domus Casalinæ ita & instituti eius veri hæredes ac successores, bis imprimi curarant, primùm quidem Florentiæ, 1520. & deinde Venetiis, 1580. eas emaculatis typographorum erroribus, volumine duplo minore, ac proinde portatu faciliore, nunc posteritati damus. Hoc etiam obseruato, vt non, sicut antea, Regula & eius declarationes iisdem, sed diuersis typis, illa nimirum Romanis, & hæ Italicis (vt vocant) cuderentur. Quinetiam huius Regulæ capita (quæ in aliquot partes diuiserant, subiuncta cuique parti declaratione) nunc integra restituimus: vt nulla sit amplius interruptio textus, ipsaque pariter declaratio integra sequatur. Cuius tamen partes quo sint referendæ, primæ dictiones vncialibus litteris impressæ, & numeri his ad marginem iuncti, satis indicant.

INDEX

INDEX CAPITVLORVM
Regulæ S. P. N. Benedicti.

	PRologus Regulæ.	pag. 1
CAP. I.	De Generibus, & vita Monachorum.	7
II.	Qualis debeat esse Abbas.	8
III.	De adhibendis ad consilium Fratribus.	12
IIII.	Quæ sunt instrumenta bonorum operum.	16
V.	De Obedientia discipulorum.	19
VI.	De Taciturnitate.	21
VII.	De Humilitate.	23
VIII.	De Diuinis Officiis in Noctibus.	29
IX.	Quot Psalmi dicendi sunt, in Nocturnis horis.	31
X.	Qualiter æstatis tempore agatur nocturna laus.	32
XI.	Qualiter Dominicis diebus vigiliæ agantur.	32
XII.	Qualiter Matutinorum solennitas agatur.	34
XIII.	Priuatis diebus qualiter matutini agantur.	34
XIIII.	In natalitiis Sanctorum qualiter vigiliæ agantur.	35
XV.	Alleluia quibus temporibus dicatur.	36
XVI.	Qualiter Diuina opera per diem agantur.	37
XVII.	Quot Psalmi, per easdem horas dicendi sunt.	38
XVIII.	Quo ordine ipsi Psalmi dicendi sunt.	40
XIX.	De Disciplina Psallendi.	42
XX.	De Reuerentia orationis.	45
XXI.	De Decanis Monasterij	48
XXII.	Quomodo dormiant Monachi.	52
XXIII.	De excommunicatione culparum.	55

Quali-

XXIIII. Qualis debeat esse modus excommunicationis. 55
XXV. De Grauioribus culpis. 56
XXVI. De ijs qui sine iussione Abbatis, iunguntur excommunicatis. 59
XXVII. Qualiter debeat esse sollicitus Abbas, circa excommunicatos. 59
XXVIII. De ijs qui sæpius correpti, non emendantur. 60
XXIX. Si debeant iterum recipi Fratres, exeuntes de Monasterio. 62
XXX. De Pueris minori ætate, qualiter corripiantur. 66
XXXI. De Cellerario Monasterij. 67
XXXII. De Ferramentis, & rebus Monasterij. 70
XXXIII. Si quid debeant Monachi proprium habere. 74
XXXIIII. Si omnes æqualiter debeant, necessaria accipere. 78
XXXV. De septimanariis coquinæ. 78
XXXVI. De Infirmis Fratribus. 80
XXXVII. De Senibus, vel Infantibus. 84
XXXVIII. De hebdomadario lectore. 85
XXXIX. De Mensura ciborum. 88
XL. De Mensura potus. 90
XLI. Quibus horis oporteat reficere Fratres. 91
XLII. Vt post Completorium nemo loquatur. 94
XLIII. De ijs qui ad opus Dei, vel ad mensam tardè occurrunt. 95
XLIIII. De ijs qui excommunicantur, quomodo satisfaciant. 99
XLV. De ijs qui falluntur in Oratorio. 100
XLVI. De ijs qui in alijs, quibuslibet rebus delinquunt. 101
XLVII. De significanda hora operis Dei. 103
XLVIII. De opere manuum quotidiano. 106
XLIX. De Quadragesimæ obseruatione. 111
L. De Fratribus, qui longè ab Oratorio laborant, aut in via sunt. 113

De

LI. *De Fratribus, qui non satis longè proficiscuntur.* 113.
LII. *De Oratorio Monasterij.* 114
LIII. *De Hospitibus suscipiendis.* 116
LIIII. *Si debet Monachus litteras, vel eulogia suscipere.* 124.
LV. *De Vestimentis, & Calceamentis Fratrum.* 126
LVI. *De Mensa Abbatis,* 134
LVII. *De Artificibus Monasterii.* 134
LVIII. *De Disciplina suscipiendorum Fratrum,* 136
LIX. *De Filiis nobilium vel pauperum, qui offeruntur, quomodo suscipiantur.* 144
LX. *De Sacerdotibus qui fortè voluerint in Monast. habitare.* 145
LXI. *De Monachis Peregrinis qualiter suscipiantur.* 146
LXII. *De Sacerdotibus Monasterii.* 149
LXIII. *De Ordine Congregationis.* 154
LXIIII. *De Ordinando Abbate.* 161
LXV. *De Præposito Monasterii.* 164
LXVI. *De Ostiario Monasterii.* 169
LXVII. *De Fratribus in via directis.* 172
LXVIII. *Si Fratri impossibilia iniunguntur.* 178
LXIX. *Vt in Monasterio non præsumat alter alterum defendere.* 178
LXX. *Vt non præsumat quisquam, aliquem passim cædere, aut excommunicare.* 179
LXXI. *Vt obedientes sint sibi inuicem Fratres.* 181
LXXII. *De Zelo bono, quem debent habere Monachi.* 182
LXXIII. *De eo quod non omnis obseruatio iustitiæ in hac sit Regula constituta.* 183

FINIS.

SAN-

SANCTISSIMI AC DEO ACCEPTISSIMI MONACHORVM PATRIS BENEDICTI, *in regulam ſuam Prologus.*

AVSCVLTA, ô fili, præcepta magiſtri, & inclina aurem cordis tui: & admonitionẽ pij patris libenter excipe, & efficaciter comple: vt ad eum per obedientiæ laborem redeas, à quo per inobedientiæ deſidiam receſſeras. Ad te ergò nunc meus ſermo dirigitur, quiſquis abrenuncians propriis voluntatibus, Domino Chriſto vero regi militaturus, obedientiæ fortiſſima atque præclara arma aſſumis. In primis, vt quicquid agendum inchoas bonum, ab eo perfici inſtãtiſſima oratione depoſcas: vt qui nos iam in filiorum dignatus eſt numero computare, nõ debeat aliquãdo de malis actibus noſtris

contriſtari. Ità enim ei omni tempore de bonis ſuis in nobis parendum eſt: vt non ſolùm iratus pater, non aliquādò filios ſuos exhæredet: ſed nec, vt metuēdus dominus, iritatus malis noſtris, vt nequiſſimos ſeruos, perpetuā tradat ad pœnam, qui eum ſequi noluerint ad gloriam.

Rom 13. Exurgamus ergò tandem aliquandò, excitante nos Scriptura, ac dicente: Hora eſt iam nos de ſomno ſurgere. Et apertis oculis noſtris ad deificū lumen, attonitis auribus audiamus, diuina quotidiè clamās quid nos admoneat vox, dicens: Hodiè ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra, & iterùm: Qui habet aures audiendi, audiat quid ſpiritus dicat eccleſiis. & quid dicit. Venite filii, audite me: timorem Domini docebo vos. Currite dum lumē vitę habetis, nè tenebræ mortis vos compræhendant. Et quærens Dominus in multitudine populi, cui hæc clamat, operarium ſuum, iterùm dicit: Quis eſt homo qui vult vitam, & cupit videre dies bonos? Quod ſi tu audiens, reſpondeas, Ego: dicit tibi Deus: Si vis habere veram & perpetuam vitam, prohibe linguā tuā

Pſal 94. *Apoc. 2.* *Pſalm 33.* *Ioan. 12.* *Pſalm. 33.*

à malo,

à malo, & labia tua ne loquãtur dolũ. Diuerte à malo, & fac bonum: inquire pacem, & ſequere eã. Et cùm hęc feceritis, oculi mei ſuper vos, & aures meæ ad preces veſtras. Et antequã me inuocetis, dicam: ecce aſſum. Quid dulcius nobis hac voce Domini, inuitantis nos, fratres chariſſimi? ecce pietate ſua demõſtrat nobis Dominus viam vitę. *Eſai. 65.*

Succinctis ergò fide, vel obſeruantia bonorum actuum lumbis noſtris, per ducatum Euangelij pergamus itinera eius: vt mereamur eum, qui nos vocauit, in regno ſuo videre. In cuius regni tabernaculo ſi volumus habitare, niſi illuc bonis actibus currendo minimè peruenitur. Sed interrogemus cum Propheta Dominum, dicẽtes ei: Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requieſcet in mõte ſancto tuo? Poſt hãc interrogationem, fratres, audiamus Dominum reſpondẽtem, & oſtendentẽ nobis viam ipſius tabernaculi, ac dicentem: Qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiã: qui loquitur veritatẽ in corde ſuo: qui nõ egit dolũ in lingua ſua, qui non fecit proximo ſuo malum: & opprobriũ non accepit aduer- *Epheſ. 6. lit.* *Pſal. 14.*

sùs proximum ſuum. Qui malignum diabolum aliqua ſuadentem ſibi, cum ipſa ſuaſione ſua à conſpectibus cordis ſui reſpuẽs, deduxit ad nihilum, & paruulos cogitatus eius tenuit, & alliſit ad Chriſtum. Qui timentes Dominũ, de bona obſeruantia ſua non ſe reddunt elatos: ſed ipſa in ſe bona, non à ſe poſſe, ſed à Domino fieri exiſtimãtes, operantẽ in ſe Dominum magnificant, illud cum Propheta dicentes: Non nobis, Domine, non nobis: ſed nomini tuo da gloriam. ſicut nec Paulus Apoſtolus de prædicatione ſua ſibi aliquid imputauit, dicens: Gratia Dei ſum id quod ſum. & iterùm ipſe dicit: Qui gloriatur, in Domino glorietur. Vndè & Dominus in Euangelio ait: Qui audit verba mea hæc, & facit ea, ſimilabo eum viro ſapiẽti, qui ædificauit domum ſuam ſupra petram: venerunt flumina, flauerunt venti, & impegerunt in domum illam, & non cecidit: fundata enim erat ſupra petram. Hæc cõplens Dominus, expectat nos quotidiè, his ſuis ſanctis monitis factis nos reſpondere debere. Ideò nobis propter emẽdationem malorum, huius dies vitæ ad inducias relaxantur,

Pſal. 136.

Pſalm. 113.

1 Cor. 15.
1. Cor. 1.
2. Cor. 10.
Matth. 7.

dicen-

dicente Apoſtolo: An neſcis quia patientia Dei ad pœnitentiã te adducit? Nã pius Dominus dicit: Nolo mortẽ peccatoris, ſed vt conuertatur, & viuat. Cùm ergò interrogaſſemus Dominum, fratres, de habitatore tabernaculi eius, audiuimus habitandi præceptũ: ſed ſi compleamus habitatoris officiũ, erimus hęredes regni cœlorũ. Ergò præparanda ſunt corda & corpora noſtra ſanctæ præceptorum obedientiæ militatura: & quod minus habet in nobis natura poſsibile, rogemus Dominum, vt gratiæ ſuæ iubeat nobis adiutorium miniſtrare. Etſi fugientes gehennæ pœnas ad vitam perpetuam volumus peruenire; dum adhuc vacat, & in hoc corpore ſumus, & hęc omnia per hanc lucis * viam vacat implere, currendum & agendũ eſt modò quod in perpetuum nobis expediat.

Rom. 2.
Ezech. 18.

*al. vitam

Conſtituenda eſt ergò à nobis Dominici ſchola ſeruitii: in qua inſtitutione nihil aſperum, nihilq; graue nos conſtituturos ſperamus. Sed & ſi quid paululùm reſtrictius, dictante æquitatis ratione, propter emendationem vitiorum, vel conſeruationem charitatis proceſſerit, nõ ilicò pauore per-

territus refugias viam ſalutis, quæ non eſt niſi anguſto initio incipiẽda. Proceſſu verò conuerſationis & fidei, dilatato corde, inenarrabili dilectionis dulcedine curritur via mandatorum Dei: vt ab ipſius nunquàm magiſterio diſcedentes, in eius doctrina vſque ad mortem in monaſterio perſeuerãtes, paſſionibus Chriſti per patientiã participemur; vt & regni eius mereamur eſſe conſortes.

Matth. 7.

1. Cor. 1.

Prologus declarationum.

ADMONITI pia noſtræ Regulæ inſtitutione, qua admonemur, vt Abbas omnia ſic temperet, & diſponat, qualiter animæ ſaluentur: & quod faciũt Monachi abſque murmurationibus faciant. Et alibi: Et ita omnia moderetur Abbas, vt feruentes habeant quod cupiant, & debiles non refugiant. Suffulti etiam auctoritate Apoſtolica, quædam Regulæ dubia declarabimus, modificando ea quæ aſpera videntur, & nonnullos viuendi modos componendo: vt vniformitas ceremoniarum in Congregatione noſtra ſeruetur.

INCI-

INCIPIT REGVLA SANCTISSIMI PATRIS BENEDICTI.

De generibus Monachorum.

CAPVT I.

MONACHORVM quatuor esse genera manifestum est. Primum, Cœnobitarum: hoc est, monasteriale, militans sub regula vel Abbate. Deindè secundum genus est Anachoretarum, id est, Eremitarum, horum qui non conuersionis feruore nouitio, sed monasterii probatione diuturna, didicerũt cõtra diabolum multorum solatio iam docti pugnare: & benè instructi fraterna ex acie ad singularem pugnam eremi, securi iam sine consolatione alterius, sola manu vel brachio contra vitia carnis vel cogitationum, DEO auxiliante, sufficiunt pugnare. Tertium verò monachorum teterrimum genus, est Sarabaitarum, qui nulla regula approbati experientia *magistri, sicut aurum fornacis: sed in plũbi

Cœnobita.

Anachoreta.

Sarabaita detestabiles.

** al magistra.*

natura molliti, adhuc operibus seruantes se-
culo fidem, mẽtiri Deo per tõsuram nosc ũ
tur. Qui bini aut terni, aut certè singuli sine
pastore, non Dominicis, sed suis inclusi ouil-
bus, pro lege eis est desideriorum voluptas;
cùm quicquid putauerint vel elegerint, hoc
dicunt sanctum, & quod noluerint putant
Gyrouag non licere. Quartum verò genus, est mo-
nachorum quod nominatur Gyrouagium;
qui tota vita sua per diuersas prouincias ter-
nis aut quaternis diebus per diuersorum cel
las hospitantur, semper vagi, & nunquàm
stabiles, & propriis voluptatibus & gulæ il
lecebris seruientes, & per omnia deteriores
Sarabaitis: de quorum omnium miserrima
conuersatione melius est silere, quàm loqui.
His ergò omissis, ad cœnobitarum fortissi-
mum genus disponendum, adiuuante Do-
mino, veniamus.

Qualis debeat esse Abbas. CAP. II.

ABBAS qui præesse dignus est monaste-
rio, semper meminisse debet, quod di-
citur: & nomẽ maioris, factis implere. Chri-
sti enim agere vices in monasterio creditur,
Roman. 8. quandò ipsius vocatur prænomine, dicente
Apostolo: Accepistis spiritum adoptionis fi-
liorum, in quo clamamus, Abba pater. Ideo
que Abbas nihil extra præceptum Domini
(quod absit) debet aut docere, aut consti-
tuere, vel iubere: sed iussio eius vel doctrina,
fermentum diuinæ iustitiæ in discipulorum

menti-

nentibus conspergatur. Memor sit semper Abbas, quia doctrinæ suæ vel discipulorum obedientię vtrarumque rerum in tremendo iudicio Dei facienda erit discussio. Sciatque Abbas culpæ pastoris incumbere, quicquid in ouibus paterfamiliâs vtilitatis minus potuerit inuenire. Tantùm iterum liber erit, si inquieto vel inobedienti gregi pastoris fuerit omnis diligentia attributa, & morbidis earum actibus vniuersa fuerit cura exhibita: pastor earum in iudicio Domini absolutus, dicat cum Propheta Domino: Iustitiam tuam non abscondi in corde meo, veritatem tuam & salutare tuum dixi: ipsi autem contemnentes spreuerunt me. Et tunc demùm inobedientibus curæ suæ ouibus pœna sit eis prę ualens ipsa mors. Ergò cum aliquis suscipit nomen Abbatis, duplici debet doctrina suis præesse discipulis, id est, omnia bona & sancta, factis ampliùs quàm verbis* ostendere: vt capacibus discipulis mandata Domini verbis proponat: duris verò corde & simplicioribus, factis suis Diuina præcepta demonstret. Omnia verò quæ discipulis docuerit esse contraria, in suis factis indicet nõ agenda: ne aliis prædicans ipse reprobus inueniatur, ne quandò dicat illi Deus peccanti: Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Tu verò odisti disciplinam, & proiecisti sermones meos post te. Et qui in fratris tui oculo festucam videbas, in tuo trabem non vidisti.

Psalm. 39.

** ostendat. Actor. 1.*

1 Cor. 9.

Psalm. 49.

Matt. 7.

Non ab eo persona in monasterio discer-

natur. Nō vnus plùs ametur, quàm alius, nisi quem in bonis actibus aut obediētia inuenerit meliorem. Non præponatur ingenuus ex seruitio conuertenti, nisi alia rationabilis causa existat. Quod si ità iustitia dictāte Abbati visum fuerit, & de cuiuslibet ordine id faciat. Sin aliâs, propria teneant loca: quia sive seruus, sive liber, omnes in Christo vnū sumus: & sub vno Domino æqualem seruitutis militiam baiulamus: quia non est personarum acceptio apud Deum. Solummodò in hac parte apud ipsum discernimur, si meliores aliis in operibus bonis & humiles inueniamur. Ergò æqualis sit ab eo omnibus charitas: vna præbeatur in omnibus, secundum merita, disciplina. In doctrina nanque sua Abbas Apostolicam debet illam semper formam seruare, in qua dicit: Argue, obsecra, increpa: id est, miscens temporibus tēpora, terroribus blandimenta: dirum magistri, pium patris ostendat affectum: id est indisciplinatos & inquietos debet duriùs arguere: obedientes autem & mites & patientes, vt in melius proficiant, obsecrare: negligentes autem & contemnentes vt increpet & corripiat admonemus.

1. Cor. 12.
Rom. 2.
Galat. 2.
Ephes. 6.
Actor. 10.
1. Tim. 4.

Neque dissimulet peccata delinquentiū: sed mox, vt cœperint oriri, radicitus ea, vt præualet, amputet: memor periculi Heli sacerdotis de Silo. Et honestiores quidem atque intelligibiles animos, prima vel secunda admonitione verbis corripiat: improbos autem & duros corde, ac superbos vel ino-

1. Reg. 2.

bedi-

bedientes, verberum vel corporis castigatione, in ipso initio peccati coerceat, sciēs scriptum: Stultus verbis non corrigitur. Et iterum: Percute filium tuum virga: & liberabis animam eius à morte. Meminisse debet semper Abbas quod dicitur: & scire, quia cui plus committitur, plus ab eo exigitur. Sciatque, quàm difficilem & arduam rem suscepit, regere animas, & multorum seruire moribus. Et alium quidem blandimentis, alium verò increpationibus, alium suasionibus: & secundùm vniuscuiusque qualitatem vel intelligentiam, ità se omnibus conformet & aptet, vt non solùm detrimenta gregis sibi cōmissi non patiatur, verumetiam in augmentatione boni gregis gaudeat. *Proner. 31.*

Ante omnia, ne dissimulans, aut paruipēdens salutem animarum sibi commissarum, non plùs gerat solicitudinem de rebus transitoriis, & terrenis atq; caducis: sed semper cogitet, quia animas suscepit regendas, de quibus & rationem redditurus est. Et ne causetur de minore fortè substantia, meminerit scriptum: Primùm quærite regnum Dei, & iustitiam eius: & hæc omnia adiicientur vobis. Et iterum, Nihil deest timentibus eum. *Matth. 6.* *Psalm. 34.*

Sciátque, quia suscepit animas regendas & præparet se ad rationem reddendam. Et quantū sub cura sua fratrū se habere scierit numerū, agnoscat pro certo, quia in die iudicij ipsarum omnium animarū redditurus est Domino rationem, sine dubio addita & suę animæ. Et ita semper timēs futurā discus

sionem

ſionem paſtoris de creditis ouibus, cùm de alienis raciociniis cauet, redditur de ſuis ſolicitus. Et cùm de admonitionibus ſuis emẽdationem aliis ſubminiſtrat, ipſe efficitur à vitiis emendatus.

De adhibendis ad conſilium fratribus.

CAP. III.

QVoties aliqua præcipua agenda ſunt in monaſterio, conuocet Abbas omnem congregationem: & dicat ipſe vndè agitur. Et audiens conſilium fratrum, tractet apud ſe: & quod vtilius iudicauerit, faciat. Ideò autem omnes ad conſilium vocari diximus: quia ſæpè iuniori Dominus reuelat quod melius eſt. Sic autem dent fratres conſilium cum omni humilitatis ſubiectione, vt non præſumant procaciter defendere quod eis viſum fuerit, ſed magis in Abbatis pẽdeat arbitrio, vt quod ſalubrius iudicauerit eſſe, ei cuncti obediant. Sed ſicut diſcipulis conuenit obedire magiſtro: ita & ipſum prouidè & iuſtè condecet cuncta diſponere. In omnibus igitur omnes magiſtram ſequantur regulam: neq; ab ea temerè deuietur à quoquam. Nullus in monaſterio proprii ſequatur cordis voluntatem: neque præſumat quiſquam cũ Abbate ſuo proteruè intùs vel foris monaſterio contendere. Quod ſi præſumpſerit, regulari diſciplinæ ſubiaceat Ipſe tamen Abbas cum timore Dei & obſeruatione regulæ

Matth. 11.

omnia

omnia facia : sciés de procul dubiò de omnibus iudiciis suis, æquissimo iudici Deo rationem redditurum. Si qua verò minora agenda sunt in monasterii vtilitatibus, seniorum tãtùm vtatur consilio, sicut scriptum est: Omnia fac cum consilio, & post factum non pœnitebis. Eccl. 32.

1. (ALIQVA PRÆCIPVA.) *Inter præcipua in quibus maxime, totius Congregationis, siue Conuentus cuiuscunque Monasterij consilia, & vota requiri debent: est receptio Monachorum ad Professionem: collatio beneficiorum, vbi consueuit Conuentus interuenire huiusmodi collationibus, Syndicatus. Locationes ad longum tempus, & alia huiusmodi. Quælibet etiam alienatio rerum ecclesiasticarum, immobilum, & preciosarum mobiliũ: quæ per sacros Canones, sine permissione summi Põtificis, quando Monasteria sunt exempta, omnia fieri prohibentur.*

2. *Et ne facilitate qualibet, Prælati & Conuentus nostræ Congregationis prædictæ Monasteriorum bona quoquo modo alienare præsumant: Ordinamus, quod quotiescunque pro aliquo Monasterio est facienda alienatio alicuius proprietatis, præterquam si esset fundus modici valoris, qui pretium Ducatorũ quinquaginta non excederet, vt omnia ritè procedant, priusquam à Diffinitoribus petatur licentia, ineatur inter ipsos superiores consilium, an expediat vtilitati Monasterii: & demum de consensu Superiorũ deducatur ad fratres in Capitulum, in quo examinato diligentius negotio, & habita per vota secreta voluntate Monachorum, si iudicauerint in vtilitatem cedere Monasterij, tunc à Capitulo Generali*

nerali licentiam petant, declarando Patribus se ritè secundùm ordinationes nostras, inter fratres negotium pertractasse.

3. Firmiter statuentes, quòd nullam omnino alienationẽ facere possint de possessionibus, vel reb. immobilibus vel mobilibus pretiosis Monasteriorũ nostrorũ, nisi prius obtẽta licẽtia à Capitulo Generali: etiam si petentes iam obtinuissent à Sede Apostolica Prælatus & Conuentus, quòd talia facere possent, has enim pœnitus de cætero fieri prohibemus, nisi prius obtenta fuerit licentia, ordine quo supra, ab ipso Capitulo Generali immediatè præcedenti, vel à Regimine: quibus fideliter exponi debebit, quo in statu res sese habeant: & postea à sede Apostolica: sicque euitabuntur frustratorij sumptus in talibus licentiis obtinendis.

4. Quam tamen alienandi solennitatem, quoad licentiam à sede Apostolica obtinendam, non intelligimus locum habere in rebus non excedentibus æstimatione iusta pretium ducentorum Ducatorum: quoad alia autem omnia, in cunctis, quantæuis fuerint summæ, alienationibus aliis inuiolabiliter obseruari volumus. Vt scilicet, primò de consilio, & consensu Superiorum, & deinde totius Conuentus fiant, addito insuper, quòd omnino pretium talium in alia itidem stabilia bona conuertatur, & non aliter, nec alio modo.

5. Bona verò emphytheotica, aut feudalia, si qua defectu descendentium, aut alio quouis modo ad Monasteria deuolui liberè contingat, pari lege statuimus: ne possint rursum in emphytheosim, vel feudum dari, nisi obtenta, (vt præfertur) à Capitulo Generali licentia.

6. Obtenta verò licentia, si quares est alienanda, quantum fieri potest per permutationem fiat, aut ita cautè inuestiantur pecuniæ in alia bona, ne Monasteria aliquod detrimentum patiantur. Sæpe enim contingit bona Laicorum esse hypothecata, aut fideicommisso subiecta, vel aliter obligata.

7. Quòd si res alienanda excedat summam Ducatorum ducentorum de Camera, vltra licentiam Capituli Generalis, necesse erit à PP. Diffinitoribus deputari aliquos Patres Commissarios, qui secundùm formam Constitutionis Pauli II. procedere debeant, vt ex indulto Innocentij Octaui est Congregationi concessum.

8. (CONVOCET ABBAS OMNEM CONGREGATIONEM.) Hortamur, quòd antequam Abbas exponat causam, de qua agēdum est, exhortetur fratres vt cum humilitate dent consilium, iuxta hoc capitulum.

6. Prohibemus autem, ne quis frater audeat reuelare ea, quæ in Capitulis particularibus Monasteriorum tractata fuerint, quæ sint prohibita à Patribus reuelari. Quòd si quis transgressus fuerit, iniungatur ei pro hac graui inobedientia, vt dicat suam culpam in Capitulo, coram omnibus, ieiunetq; semel in pane & aqua in terra in Refectorio, & priuetur per sex Menses voce actiua & passiua Capituli.

10. (ABBAS) Declaramus per totam Regulam, idem intelligendum de Priore, vbi dignitas Monasterij non esset Abbatia, sed Prioratus.

SENIORVM TANTVM VTATVR CONSILIO,) Declaramus, Seniores esse Priorem Claustralem, Decanos, Magistros Nouitiorum, & Cellerarium, cum quibus etiā solis, Prælati negotia

Monaste-

Monasteriorum, suis Monasterijs per Capitulum Generale vnitorum, siue applicatorum, occurrẽtia, tam in spiritualibus, quàm in temporalibus, liberè possint expedire: non obstante, si eorum administrationes datæ fuerint Abbatibus, & Conuentibus Monasteriorum illorum, quibus vnita, siue applicata sunt.

Quæ sint instrumenta bonorum operum.

CAPVT IIII.

PRIMVM *instrumentum.* In primis, Dominum Deum diligere ex toto corde, tota anima, tota virtute.

Deut.6. 2. Deinde, proximum tanquam seipsum.
Luc.10. 3. Deinde, non occidere.
Leuit.19. 4. Non adulterari.
Exod. 20. 5. Non facere furtum.
Deut. 5. 6. Non concupiscere.
1. Pet. 2. 7. Non falsum testimonium dicere.
Luc.9. 8. Honorare omnes homines.
Tob. 4. 9. Et quod sibi quis fieri non vult, alij non faciat.
Matth.7. 10. Abnegare semetipsum sibi, vt sequatur Christum.
1. Cor. 9. 11. Corpus castigare.
2. Petr.2. 12. Delicias non amplecti.
Dan. 1. 13. Ieiunium amare.
Tobiæ 4. 14. Pauperes recreare.
Esaiæ 58. 15. Nudum vestire.
Matth. 25. 16. Infirmum visitare.
Tob.1.2. 17. Mortuum sepelire.
Eccles.6. 18. In tribulatione subuenire.

19. Dolen-

19. Dolentem consolari.	Eccles. 7.
20. A seculi actibus se facere alienum,	2. Tim. 2.
21. Nihil amori Christi præponere.	Matth. 10
22. Iram non perficere.	Matth. 5.
23. Iracundiæ tempus non reseruare.	Ephes. 4.
24. Dolum in corde non tenere.	Prouer. 12.
25. Pacem falsam non dare.	Iob. 36.
26. Charitatem non derelinquere.	Psalm. 27.
27. Non iurare, nè fortè periuret.	1. Pet. 4.
28. Veritatem ex corde & ore proferre.	Matth. 5.
29. Malum pro malo non reddere.	Psalm. 14.
30. Iniuriam non facere, sed & factam patienter sufferre.	1. Thess. 5. 1. Cor. 6.
31. Inimicos diligere.	Matth. 5.
32. Maledicentes se nõ maledicere, sed magis benedicere.	Rom. 12. 1. Pet. 3.
33. Persecutiones pro iustitia sustinere.	Matth. 5.
34. Non est superbum.	Tob. 4.
35. Non vinolentum.	1. Tim. 3.
36. Non multum edacem.	Eccl. 31. 37
37. Non somnolentum.	Prou. 20.
38. Non pigrum.	Pro. 24. 26
39. Non murmurosum.	Sapient. 1.
40. Non detractorem.	Prouer. 4.
41. Spem suam Deo committere.	Psalm. 36
42. Bonum aliquod in se cùm viderit, Deo applicet, non sibi.	Iacob. 1.
43. Malum verò semper à se factum sciat, & sibi reputet.	Osee 13.
44. Diem iudicij timere.	Iob. 31.
45. Gehennam expauescere.	Luc. 12.
46. Vitam æternam omni concupiscentia spirituali desiderare.	Psalm. 83. Phil. 1.

Matth.24	47 Mortem quotidiè ante oculos suspectam habere.
Deut.4.	48 Actus vitæ suæ omni hora custodire.
Prou.5.	49 In omni loco DEVM se respicere, pro certo scire.
Psal.136.	50 Cogitationes malas, cordi suo aduenientes mox ad Christum allidere.
Eccles.8	51 Et seniori spirituali patefacere.
Psal.33.38.	52 Os suum à malo vel prauo eloquio custodire.
Prouer.10.	53 Multum loqui non amare.
Matth.12.	54 Verba vana aut risui apta, non loqui.
2.Tim.2.	55 Risum multum aut excussum non amare.
Eccles.7.	56 Lectiones sanctas libenter audire.
Luc.11.	57 Orationi frequenter incumbere.
Luc.18.	
Psalm.6.	58 Mala sua præterita cum lachrymis vel gemitu quotidiè in oratione Deo cõfiteri: & de ipsis malis de cætero emẽdare.
Galat.5.	59 Desideria carnis non perficere: Voluntatem propriam odire.
Hebr.13.	60 Præceptis Abbatis in omnibus obedire, etiam si ipsi aliter (quod absit) agat, memor illius Dominici præcepti: Quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt, facere nolite.
Matth.23.	
Matth.6.	61 Non velle dici sanctum, antequàm sit: sed priùs esse, quo veriùs dicatur.
Eccles.6.	62 Præcepta Dei factis quotidiè adimplere,
1.Tim.5.	63 Castitatem amare.
Leuit.19.	64 Nullum odire.
Galat.5.	65 Zelum & inuidiam non habere.
2.Timot.2.	66 Contentionem non amare.
Psalm.130.	67 Elationem fugere.

68 Se-

68 Seniores venerari. *Leuit. 19.*
69 Iuniores diligere. *1. Timot. 5.*
70 In Christi amore pro inimicis orare. *Matt 5.*
71 Cum discordantibus ante solis occasum in pacem redire. *Ephes. 4.*
72 Et de Dei misericordia nunquam desperare. *Ezech. 18.*

Ecce hæc sunt instrumenta artis spiritualis: quæ cùm fuerint à nobis die noctuque incessabiliter adimpleta, & in die iudicij reconsignata, illa merces nobis à Domino recompẽsabitur, quam ipse promisit: quod oculus nõ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus his qui diligunt eum. Officina verò, vbi hæc omnia diligenter operemur, claustra sunt monasterij & stabilitas in congregatione. *Esa. 45.* *1. Corint. 1.*

De obedientia. CAP. V.

PRimus humilitatis gradus, est obedientia sine mora. Hæc conuenit his, qui nihil sibi Christo charius aliquid existimant: propter seruitium sanctum, quod professi sunt, seu propter metũ gehennæ, vel gloriam vitæ æternæ, mox vt aliquid imperatum à maiore fuerit, ac si diuinitùs imperetur moram pati nesciunt in faciẽdo. De quibus Dominus dixit: Obauditu auris obediuit mihi. Et iterũ dicit Doctoribus: Qui vos audit, me audit. Ergò hi tales, relinquentes statim quæ sua sunt, & voluntatem propriam deserentes mox exoccupatis manibus & quod agebant, *Psalm. 17.* *Matth. 10.*

imperfectum relinquẽtes, vicino obedientiæ pede iubentis vocem factis sequuntur: & veluti vno momento prędicta magistri iussio & perfecta discipuli opera, in velocitate timoris Dei ambæ res communiter citiùs explicantur: quibus ad vitam æternam gradiẽdi amor incumbit. Ideò angustam viam arripiunt, vnde Dominus ait, Angusta via est, quę
Matth. 7. ducit ad vitam: vt non suo arbitrio viuentes, vel desideriis suis & voluptatibus obedientes, sed ambulantes alieno iudicio & imperio in cœnobiis degentes, Abbatem sibi præesse desiderant. Sine dubio hi tales illam Domini i-
Ioan. 5. mitantur sententiam, qua dicit: Non veni facere volũtatem meam, sed eius qui misit me. Sed hæc ipsa obedientia tunc acceptabilis erit Deo, & dulcis hominibus: si, quod iubetur, non trepidè, non tardè, non tepidè, aut cum murmure, vel cum responsione nolentis efficiatur: Quia obedientia quæ maioribus præbetur, Deo exhibetur. Ipse enim dicit:
Matth. 10. Qui vos audit, me audit. Et cum bono animo à discipulis pręberi oportet, quia hilarem datorem diligit Deus. Nam cum malo animo
2. Cor. 9. si obedit discipulus, & non solùm ore, verùm etiam in corde si murmurauerit, etsi impleat iussionem, tamen acceptum iam nõ erit Deo,
Eccles. 35. qui cor respicit murmurantis. Et pro tali facto nullam consequitur gratiam, immò pœnam murmurantium incurrit, si non cum satisfactione emendauerit.

De

De taciturnitate. CAP. VI.

FAciamus quod ait Propheta: Dixi, custodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodiam: obmutui, & humiliatus sum, & silui à bonis. Hic ostendit Propheta, si à bonis eloquiis interdùm propter taciturnitatem debet taceri: quanto magis à malis verbis propter pœnam peccati debet cessari? Ergò quamuis de bonis & sanctis ad ædificationem eloquiis, perfectis discipulis propter taciturnitatis grauitatem, rara loquendi concedatur licentia: quia scriptum est: In multiloquio non effugies peccatum. Et alibi: Mors & vita in manibus linguæ. Nam loqui & docere, magistrũ condecet: tacere & audire, discipulo conuenit. Et ideò, si qua requirenda sunt à Priore, cum omni humilitate & subiectione reuerentiæ requirantur, ne videatur plus loqui quàm expedit. Scurrilitates verò vel verba ociosa & risum mouentia, æterna clausura in omnibus locis damnamus: & ad tale eloquium discipulum aperire os non permittimus.

Psalm. 38

Prouer. 10

Prouer. 14

1. (SCVRRILITATES VERO.) *Moti hac terribili sententia Patris nostri, mandamus Prælatis, cæterisque superioribus Monasteriorum nostrorum, vt diligenter faciant hanc partem Regulæ obseruari, & pro huiusmodi excessibus graues constituant pœnas.*

2. *Et vt scurrilitatum, ac leuitatum occasiones tollantur, interdicimus in monasteriis teneri aues, aut animalia ad iocum aut leuitatem prouocantia.*

3. Omne quoque ludi genus, religiosis minìme conueniens, tam intus, quam extra Monasteria, vana etiam spectacula, & choreas, omnēq; habitus transformationem, & ludicra omnia penitus inhibemus.

4 Fratres verò, nec in mari, nec in fluminibus causa lauandi, se spolient.

5. Ad effugiendum autem eneruationem, Prælati, & alij Superiores non concedant solatia, aut recreationes, nisi alternis hebdomadibus: excepta tamen Quadragesima, & Aduentu, quibus temporibus nefas est talia cogitare, ne dum permittere.

6. Si autem vel in Monasterio, vel extra, fratres quandocunque recreationis gratia conuenerint, caueant dissolutiones, manuum iniectiones, impulsiones, & huiusmodi iocos honestati Religionis minimè conuenientes. sintque solatia eorum honesta, & modesta; quæ iuxta dictū S. Bernardi, potius recreent quàm eneruent. Qui verò contra fecerit, ieiunet semel in pane & aqua, comedens in Refectorio in terra, toties quoties. Quæ vt melius obseruentur, volumus, vt huiusmodi recreationibus intersit Prælatus, vt saltem vnus de Superioribus.

7. Caueant autem Superiores, ne permittāt Monachos vagari per ciuitates: sed potius relaxandi animi causa, concedant quandoque deambulationes extra mœnia ciuitatum.

8. Neque audeant fratres prædicta causa, aut propter vindemias, vel fruges colligendas, extra Monasterium dormire, nisi præsente Prælato, vel vno è Superioribus, sed ad Monasteria reuertantur.

9. Cellerarij tamen, aut Commissi, aut alij fratres ad ea deputati, ob supra dictas causas extra Monasterium dormire poterunt, in locis tamen honestis, & minime suspectis.

De

De humilitate. CAP. VII.

CLamat nobis diuina Scriptura, fratres dicens: Omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. Cùm hæc ergò dicit, ostendit nobis omnem exaltationem genus esse superbiæ: quod se cauere Propheta indicat, dicens: Domine, non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei. Neque ambulaui in magnis, neque in mirabilibus super me. Sed quid? Si non humiliter sentiebam, sed exaltaui animam meam: sicut ablactatum est super matre sua, ità retribues in animam meam. Vndè, fratres, si summæ humilitatis volumus culmen attingere, & ad exaltationem illam cælestem, ad quam per præsentis vitæ humilitatem ascenditur, volumus velociter peruenire: actibus nostris ascendentibus scala illa erigenda est, quæ in somno Iacob apparuit, per quam ei descendentes & ascendentes angeli monstrabantur. Non aliud sine dubio descensus ille & ascensus à nobis intelligitur; nisi exaltatione descendere, & humilitate ascēdere. Scala verò ipsa erecta, nostra est vita in seculo: quæ humiliato corde, à Domino erigitur ad cælum. Latera enim huius scalæ, dicimus nostrum esse corpus & animam; in quæ latera diuersos gradus humilitatis vel disciplinæ euocatio diuina ascendendos inseruit.

Luc. 14.

Psalm. 130

Psalm. 130.

Genes. 28.

Primus itaque humilitatis gradus est, si timorem Dei sibi ante oculos semper ponens, obliuionem omninò fugiat: & semper sit me-

Grad. I.

An rectè hi 12. gradus assignẽtur à D. Benedicto quærit S. Tho. 2.2. quæst. 161. art. 6.

mor omnium quæ præcepit Deus: vt qualiter contẽnentes Deum, in gehennã pro peccatis incidunt: & vitam æternam, quæ timẽtibus Deum præparata est, animo suo semper reuoluat. Et custodiens se omni hora à peccatis & vitiis, id est, cogitationũ, linguæ, oculorum, manuum, pedum, vel voluntatis propriæ: sed & desideria carnis amputare festinet.

Æstimet se homo de cœlis semper à Deo respici omni hora: & facta sua in omni loco ab aspectu diuinitatis videri, & ab angelis Deo omni hora renunciari. Demonstrat nobis hoc Propheta, cũm in cogitationibus nostris ita Deum semper præsentem ostendit, dicens: Scrutans corda & renes Deus. Et iterum: Dominus nouit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt. Et idem dicit: Intellexisti cogitationes meas à longè: &, Quia cogitatio hominis confitebitur tibi. Nam vt solicitus sit circa cogitationes suas peruersas, dicat semper * vtilis frater in corde suo: Tũc ero immaculatus coram eo, si obseruauero me ab iniquitate mea. Volũtatem verò propriam ita facere prohibemur, cùm dicit Scriptura nobis: Et à voluntatibus tuis auertere. Et iterum: Rogamus Deum in oratione, vt fiat illius voluntas in nobis. Docemur ergo meritò non facere nostram voluntatem: cũ caueamus illud, quod dicit sancta Scriptura: Sunt viæ quæ videntur hominibus rectæ; quarum finis vsque ad profundum inferni demergit. Et cùm item caueamus illud, quod

Psalm. 7.
Psam. 93.
Psal. 138.
Psalm. 75.
** humilis.*
Psalm. 17.
Eccles. 28.
Matth. 6.
Prou. 16.

de

de negligentibus dictum est: Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in voluptatibus suis. In desideriis verò carnis ita nobis Deum credamus semper esse præsentem, cùm dicit Propheta Domino: Ante te est omne desiderium meum. Cauendum ergo ideo malũ desiderium; quia mors secus introitum delectationis posita est. Vndè Scriptura præcipit, dicens: Post concupiscentias tuas non eas. Ergo si oculi Domini speculantur bonos & malos, & Dominus de cœlo semper respicit super filios hominum, vt videat si est intelligens, aut requirens Deum: & si ab angelis nobis deputatis quoditiè Domino factori nostro opera nostra nunciantur; cauendum est omni hora, fratres, sicut dicit in Psalmo Propheta, ne nos declinantes in malum, & inutiles factos aliqua hora aspiciat Deus, & parcendo nobis in hoc tempore, (quia pius est, & expectat nos conuerti in melius) dicat nobis in futuro: Hæc fecisti, & tacui.

Psalm. 52
Psalm. 37.
Eccles. 18.
Psalm. 33.
Psalm. 52.
Psalm. 49.

Secundus humilitatis gradus est, si propriam quis non amans voluntatem, desideria sua non delectetur implere: sed vocem illam Domini factis imitetur, dicentis: Non veni facere volũtatẽ meam, sed eius qui misit me. Item dicit Scriptura: Voluntas habet pœnã, & necessitas parit coronam.

Grad. II.
Ioan. 6.

Tertius gradus humilitatis est, vt quis pro Dei amore, omni obedientia se subdat maiori: imitans Dominum, de quo dicit Apostolus: Factus est obediens vsque ad mortẽ.

Grad. III.
Philip. 2.

Quartus humilitatis gradus est, si in ipsa

Grad. IIII.

obedientia duris & cõtrarijs rebus, vel etiam quibuslibet irrogatis iniurijs, tacita cõscientia patientiam amplectatur: & sustinens, non lassescat vel discedat, dicente Scriptura: Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Item, Confortetur cor tuum, & sustine Dominum. Et ostendens fidelem pro Domino vniuersa etiam contraria sustinere debere; dicit ex persona etiam sufferentium. Propter te morte tota die afficimur, æstimati sumus vt oues occisionis. Et securi de spe retributionis diuinæ, subsequãtur gaudentes, & dicentes: Sed in his omnibus superamus, propter eum qui dilexit nos. Et item alio loco Scriptura: Probasti nos, inquit Deus: igne nos examinasti, sicut igne examinatur argentum. Induxisti nos in laqueum? posuisti tribulationes in dorso nostro. Et vt ostẽdat sub Priore debere nos esse, subsequitur, dicens: Imposuisti homines super capita nostra, sed & præceptũ Domini in aduersis & in iniurijs, per patientiam adimplentes, percussi in maxillam, præbent & aliam. Auferenti tunicam, dimittunt & pallium: angariati milliario, vadunt & duo: cum Paulo Apostolo falsos fratres sustinent, & persecutionem: & maledicentes se, benedicunt.

Matth. 10. *&* 24. *Psalm.* 26. *Psalm.* 43. *Rom.* 8. *Psal.* 65. *Ibidem.* *Matth.* 5. *Luc.* 6. 2. *Cor.* 11.

Quintus humilitatis gradus est, si omnes cogitationes malas cordi suo aduenientes, vel mala à se absconsè cõmissa, per humilem cõfessionem Abbati non celauerit suo. Hortatur nos de hac re Scriptura, dicens: Reuela Domino viam tuam, & spera in eum. Et item

Grad. V. *Psal.* 36. *Psalm.* 105.

dicit:

dicit: Cõfitemini Domino quoniam bonus, quoniam in seculũ misericordia eius. Et item Propheta: Delictum meum cognitum tibi feci, & iniustitias meas nõ operui. Dixi, pronunciabo aduersum me iniustitias meas Domino: & tu remisisti impietatem cordis mei. *Psal. 31.*

Sextus humilitatis gradus est, si omni vilitate vel extremitate contentus sit Monachus: Et ad omnia quæ sibi iniunguntur, velut operarium malum & indignum se iudicet, dicens cum Propheta: Ad nihilum redactus sum, & nesciui: vt iumẽtum factus sum apud te, & ego semper tecum. *Grad. VI.* *Psalm. 72.*

Septimus humilitatis gradus est, si omnibus se inferiorem & viliorem, non solùm sua lingua pronunciet, sed etiam intimo cordis credat affectu, humilians se, & dicens cum Propheta: Egó autem sum vermis, & nõ homo: opprobrium hominum, & abiectio plebis: exaltatus sum, & humiliatus, & confusus. Et item: Bonum mihi, quod humiliâsti me, vt discam mandata tua. *Grad. VII.* *Psalm. 21.* *Psalm. 87.* *Psalm. 118.*

Octauus humilitatis gradus est si nihil agat Monachus, nisi quòd communis monasterij regula, vel Maiorum cohortantur exempla. *Grad. VIII*

Nonus humilitatis gradus est, si linguam ad loquendum prohibeat Monachus; & taciturnitatem habens vsque ad interrogationem, non loquatur, monstrante scriptura: Quia in multiloquio non effugietur peccatũ. Et quia vir linguosus non dirigetur super terram. *Grad. IX.* *Prou. 10.* *Psalm. 139.*

Decimus humilitatis gradus est, si nõ sit facilis ac promptus in risu: quia scriptum est: *Grad. X.* *Eccles. 21.*

Stul-

Stultus in risu exaltat vocem suam.

Grad. XI. Vndecimus humilitatis gradus est, si cùm loquitur Monachus leniter & sine risu, humiliter cum grauitate vel pauca verba & rationabilia loquatur: & non sit clamosus in voce, sicut scriptum est: Sapiens verbis innotescit paucis.

Grad. XII. Duodecimus humilitatis gradus est: si nõ solùm corde Monachus, sed etiam corpore humilitatem videntibus se, semper indicet, id est, in ope, in oratorio, in monasterio, in horto, in via, in agro: vel vbicunque sedens, ambulans, vel stans, inclinato sit semper capite, defixis in terram aspectibus: reum se omni hora de peccatis suis existimans, iã se tremendo iudicio Dei præsentari existimet: dicens sibi in corde semper illud, quod publicanus ille euangelicus, fixis in terram oculis, *Luc. 18.* dixit: Domine, non sum dignus ego peccator leuare oculos meos ad cælum. Et iterùm cum *Psalm. 118.* Propheta: Incuruatus & humiliatus sum vsquequo. Ergo his omnibus humilitatis gradibus ascensis, Monachus mox ad charitatem Dei perueniet illam, quæ perfecta foras mittit timorem: per quam vniuersa, quæ priùs nõ sine formidine obseruabat, absq; vllo labore velut naturaliter ex cõsuetudine incipiet custodire: non iam timore gehennæ, sed amore Christi, & consuetudine ipsa bona & delectatione virtutum, quæ Dominus iam in operario suo mundo à vitiis & à peccatis, spiritu sancto dignabitur demonstrare.

De officiis diuinis in noctibus. CAP. VIII.

HYemis tempore, id est, à Calendis Nouembris vsque ad Pascha, iuxta considerationem rationis, octaua hora noctis surgendum est, vt modicè ampliùs de media nocte pausetur, & iam digesti surgant. Quod verò restat post Vigilias à fratribus, qui Psalterii vel lectionum aliquid indigent, meditationi inseruiatur. A Pascha autem vsque ad supradictas Calendas Nouembris, sic temperetur hora Vigiliarum agenda; vt paruissimo interuallo, quo fratres ad necessaria naturæ exeant, custodito, mox matutini, qui incipiente luce agendi sunt, subsequantur.

1. (HYEMIS TEMPORE.) *Seruetur consuetudo Breuiarij, circa ordinem diuini officij, per totum annum, in quo plenius cuncta ad diuinum officium pertinentia digessimus.*

2. (OCTAVA HORA SVRGENDVM EST.) *Quia discretio inter potissimas virtutes maximè commendatur: propterea arbitramur, satis consuli omni naturæ, si octo horæ à fine commestionis secundæ mensæ, vsque ad horam matutinam concedantur. At quoniam omnia ferè Monasteria nostra, & præsertim, quæ in ciuitatibus sita sunt, maximũ habent populi concursum, cui satisfacere quoquo modo tenemur, in Diuinorũ officiorũ, & Missarum celebratione, atque ob id sæpe non possit pro dormitione pulsari hora prima noctis, nec exinde surgi hora octaua, iuxta Regulam, vt minus quàm possumus, ab ea recedamus, declarando, ordinamus, vt*

à fine

à fine mensæ secundæ, siue cœna siue ientaculum sit, ad minus prædictarum octo horarum spatium concedatur, vsque ad matutinam sinaxim. Ita quod cum cœnatur, transacto ad minus vnius horæ spatio, pulsetur pro dormitione, residuumq; dictarum horarum spatium, sit pro dormitione.

3. Cum verò ieiunatur, à ientaculo, si id in sero fiat, surgentes habeant itidem prædictarum octo horarum spatium, vsque ad matutinam sinaxim, siue immediatè, siue aliquo interposito temporis spatio, pro dormitione pulsetur, sic enim dicemur octauæ hora surgere iuxta Regulam.

4. Reliquarum verò horarum dispositio, in arbitrio Prælatorum sit, habita tamen ratione locorum, personarum, & temporum. Sint autem solicitiPrælati, ac Decani, quod pulsata dormitione fratres per dimidiæ horæ spatium, ad cellas se recipiant, ac dormitum eant, alioquin, legitimo cessante impedimento, semel & iterum corripiantur, deinde etiã pœna addatur, seueriorique correctione subdantur.

5. (A PASCHA AVTEM) Præterquam si prædictum festum occurreret in mense Aprilis, quo tẽpore, dispensando declaramus, tempus æstatis incipere: à festo Patris nostri Benedicti, & consequenter meridianæ dormitionis, quo tempore sic modificetur hora dormitionis in nocte, vt cõputata dormitione diei, fratribus deputentur horæ septem pro dormitione.

6. Notandum est tamen, quòd à principio Quadragesimæ, vsque ad Calendas Nouembris, pulsandum est pro dormitione hora vigesimaquarta cum dimidia.

7. In vigilia autem Sanctæ Crucis, De mense Se-

ptembris

ptembris exclusiue, cessamus à dormitione meridiana.

8 Ordinamus præterea, quòd à festo Purificationis beatissimæ virginis Mariæ, vsque ad Kalendas Octobris, Nocturni, & Laudes beatæ Virginis, conuentualiter non dicantur in choro, ob noctium breuitatem, & vt ordinarium officium morosius, & deuotius dicatur.

9. Quod etiam in omnibus festis duodecim lectionum, propter officiorum prolixitatem seruare volumus.

Quot Psalmi dicendi sint in nocturnis Horis.

CAP. IX.

HYemis tẽpore, præmisso in primis versu, Deus in adiutorium meum intende: Domine ad adiuuandum me festina. In secundo ter dicendũ est: Domine, labia mea aperies: & os meum annunciabit laudẽ tuã. Cui subiungẽdus est tertius Psalmus, & Gloria. Post hũc Psalmus nonagesimus quartus, cum Antiphona aut certè decantandus. Inde sequatur Ambrosianum: deinde sex Psalmi cum Antiphonis. Quibus dictis, dicto versu, benedicat Abbas. Et sedentibus omnibus in scamnis, legantur vicissim à fratribus in codice super analogiũ tres lectiones: inter quas & tria Responsoria canantur. Duo responsoria sine Gloria dicantur. Post tertiam verò lectionem, qui cantat, dicat Gloria. Quam dũ incipit cantor dicere, mox omnes de sedilibus suis surgant ob honorem & reuerentiam

sanctæ

ianctæ Trinitatis. Codices autem legantur in vigiliis tam veteris Testamenti, quàm noui diuinæ authoritatis: sed & expositiones earum, quę à nominatissimis doctoribus orthodoxis & catholicis Patribus factæ sunt. Post has verò tres lectiones cum Responsoriis suis, sequantur reliqui sex Psalmi cum Alleluia canendi. Post hos lectio Apostoli sequatur, ex corde recitanda: & versus & supplicatio Litaniæ: id est, Kyrie eleison: & sic finiantur Vigiliæ nocturnæ.

Capitulũ.

Qualiter æstatis tempore agatur nocturna laus.

CAPVT. X.

A Pascha autem vsque ad Calendas Nouembris, omnis (vt suprà dictum est) psalmodiæ quãtitas teneatur: excepto, quòd lectiones in codice, propter breuitatem noctium, minimè legantur: sed pro ipsis tribus Lectionibus, vna de veteri Testamento memoriter dicatur: quàm breue Responsorium subsequatur, & reliqua omnia, vt dictum est, impleantur: id est, vt nũquàm minus à duodecim Psalmorum quantitate, ad Vigilias nocturnas dicatur: exceptis tertio & nonagesimo quarto Psalmo.

Qualiter Dominicis diebus Vigiliæ agantur.

CAP. XI.

DOminico die temperius surgatur ad Vigilias. In quibus Vigiliis teneatur men-

sura

id est, modulatis (vt suprà disposuimus) sex Psalmis, & Versu, residentibus cunctis dispositè, & per ordinem in subselliis, legantur in codice, vt suprà diximus, quatuor Lectiones cum Responsoriis suis. Vbi tantùm in quarto Responsorio dicatur à cantante, Gloria. Quam dum incipit, mox omnes cum reuerentia surgant. Post quas lectiones sequantur ex ordine alij sex Psalmi cum Antiphonis, sicut anteriores, & Versu. Post quos iterum legantur aliæ quatuor Lectiones cum Responsoriis suis ordine quo suprà. Post quas iterum dicantur tria cantica de Prophetis, quæ instituerit Abbas: quæ cantica cum Alleluia psallantur. Dicto etiam Versu, & benedicente Abbate, legantur aliæ quatuor Lectiones de nouo Testamento ordine quo suprà. Post quartum autem Responsorium incipiat Abbas Hymnum, Te Deum laudamus. Quo perdicto, legat Abbas Lectionem de Euangelio, cum honore & tremore stantibus omnibus. Qua perlecta, respondeant omnes, Amen. Et subsequatur mox Abbas Hymnum, Te decet laus. Et data benedictione, incipiant Matutinos. Qui ordo Vigiliarum omni tempore, tam æstatis quàm hyemis, æqualiter in die Dominico teneatur: nisi fortè (quod absit) tardius surgant, & aliquid de Lectionibus breuiandum est aut responsoriis. Quod tamen omninò caueatur, ne proueniat. Quod si cõtigerit, dignè indè satisfaciat Deo in oratorio, per cuius euenerit neglectum.

Quomodo matutinorum ſolennitas agatur.

CAP. XII.

IN Matutinis Dominico die in primis dicatur ſexageſimus ſextus Pſalmus ſine Antiphona in directum. Poſt quem dicatur quinquageſimus cum alleluia. Poſt quem dicatur cēteſimus ſeptimus decimus: & ſexageſimus ſecundus. Inde benedictiones & laudes: lectio vna de Apocalypſi ex corde, & Reſponſorium, & Ambroſianum: verſus, canticum de Euangelio, Litania: & completum eſt.

Qualiter priuatis diebus Matutini agantur.

CAP. XIII.

DIebus autem priuatis Matutinorum ſolennitas ita agatur, vt ſexageſimus ſextus Pſalmus dicatur ſine antiphona, ſubtrahendo modicè ſicut in Dominica: vt omnes occurrant ad quinquageſimum, qui cum antiphona dicatur. Poſt quem alij duo pſalmi dicantur ſecundum conſuetudinem: id eſt, ſecunda feria quintus & triceſimus quintus. Tertia feria, quadrageſimus ſecūdus & quinquageſimus ſextus. Quarta feria, ſexageſimus tertius & ſexageſimus quartus. Quinta feria, octogeſimus ſeptimus & octogeſimus nonus. Sexta feria, ſeptuageſimus quintus, & nonageſimus primus. Sabbato autem, centeſimus quadrageſimus ſecundus, & canticum Deuteronomij, quod diuidatur in duas Glo-

rias

nas. Nam cæteris diebus canticũ vnũ quodque die suo ex prophetis, sicut psallit ecclesia Romana, dicatur. Post hæc sequantur laudes: deinde lectio vna Apostoli memoriter recitanda: Responsorium, Ambrosianum, versus, canticum de Euangelio: Litania, & completum est. Plane agenda Matutina vel Vespertina non transeat aliquãdo nisi in vltimo ordine, Oratio Dominica, omnibus audientibus, dicatur à Priore propter scandalorũ spinas, quæ oriri solent in monasterio: vt conuenti per ipsius orationis sponsionem, qua dicunt, Dimitte nobis † sicut & nos dimittimus, † purgent se ab huiusmodi vitio, Cæteris verò agendis, vltima pars eius orationis dicatur: vt ab omnibus respondeatur, Sed libera nos à malo.

† *Debita nostra.*
† *Debitoribus nostris.*

1 (LITANIÆ, ET COMPLETVM EST.) *Litanias intelligimus: Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison. Pater noster, Item vt pronuntiato versu: Et ne nos, &c. & Dominus vobiscũ, immediate sequatur oratio: præterquam ad Primam, & ad Completorium, & præterquam in triduo ante Pascha: Quo tempore dicimus officium secundum Romanam Curiam, prout in Breuiario nostro.*

Qualiter in natalitiis Sanctorũ agantur Vigiliæ.

CAP. XIIII.

IN sanctorũ verò festiuitatibus vel omnibus solennitatibus, sicut diximus Dominicodie agendum, ita agatur: excepto, quòd

Psalmi aut Antiphonę vel lectiones, ad ipsum diem pertinentes, dicantur. Modus autem suprà scriptus teneatur.

1. (SICVT DIXIMVS DOMINICO DIE AGENDVM.) *Declaramus de Sanctis non debere fieri aliter quàm duodecim lectiones, aut commemorationem, præterquam infra Octauas: quo tempore tres debent lectiones tantùm dici.*

2 *Nemo autem inconsulto Generali capitulo, inducat festa duplicia, ab iis quæ fuerint in Kalendario impressa.*

3 *Item quòd de omnibus Sanctis, quorum nominibus ecclesiæ, seu Monasteria Congregationi vnita, dedicata sunt, fiat per totam Congregationem nostram saltem commemoratio.*

4 *Festum verò S. Patris nostri Benedicti in Monasteriis, ac locis nostris, celebre habeatur, ita vt à Fratribus, famulis, laborantibusque, ab operibus cessetur: quemadmodum si festum ipsum ab Ecclesia præceptum esset.*

Quibus temporibus dicatur Alleluia.

CAP. XV.

A Sancto Pascha vsque ad Pentecosten, sine intermissione dicatur alleluia, tam in Psalmis, quàm in responsoriis. A Pentecoste autem vsque ad caput Quadragesimæ, omnibus noctibus cum sex posterioribus psalmis tantum ad nocturnos dicatur. Omni verò Dominica extra Quadragesimā cantica Matutini, prima, tertia, sexta, nonaque cum

Alleluia dicantur: Vespera verò, cum Antiphona: Responsoria verò nunquàm dicantur cum Alleluia: nisi à Pascha vsque ad Pentecosten.

I. (VSQVE AD CAPVT QVADRAGESIMÆ.) *Modernus modus ecclesiasticus, quem, & nos seruamus, in Vesperis sabbati ante Dominicam Septuagesimæ terminat, Alleluia.*

Qualiter diuina opera per diem agantur.

CAPVT. XVI.

VT ait Propheta, Septies in die laudem dixi tibi. Qui septenarius sacratus numerus, à nobis sic implebitur, si Matutinæ, Primæ, Tertiæ, Sextæ, Nonæ, Vesperæ, Completoriique tempore, nostræ seruitutis officia persoluamus, quia de his Horis diurnis dixit Propheta: Septies in die laudem dixi tibi. Nam de nocturnis vigiliis idem ipse Propheta ait: Media nocte surgebam ad cõfitendum tibi. Ergo his temporibus referamus laudes creatori nostro super iudicia iustitiæ suæ: id est, Matutinis, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Vespera, Completorio, & nocte surgamus ad confitendum ei. *Psal. 18.* *Ibidem.*

I. (MATVTINÆ PRIMÆ.) *Matutinorũ horæ quando dicuntur separatim à nocturnis, sic temperari debent per totum annum, vt illucescente die dicantur.*

Quanti Psalmi per easdem Horas canendi sunt.

CAP. XVII.

IAM de Nocturnis vel Matutinis digessimus ordinem Psalmodiæ: nunc de sequentibus Horis videamus. Prima Hora dicantur Psalmi tres, singulatim, & non sub vna Gloria. Hymnus eiusdem Horę, post versum, Deus in adiutorium meũ intende, antequàm Psalmi incipiantur. Post expletionem verò trium Psalmorum, recitetur lectio vna, versus, & Kyrie eleison: & Missæ sint. Tertia verò, Sexta, & Nona, eodem ordine celebratur: oratio, id est, versus: Hymni earundem Horarum, terni Psalmi, lectio, versus, Kyrie eleison: & Missæ sint. Si maior congregatio fuerit, cum Antiphonis: si verò minor, in directum psallantur. Vespertina autem synaxis quatuor Psalmis cum Antiphonis terminetur, post quos Psalmos Apostoli lectio recitanda est: inde Responsorium, Ambrosianum, versus, canticum de Euangelio, litania, & oratio Dominica, & fiant missæ. Completorium autem, trium psalmorum dictione terminetur. Qui Psalmi directaneè sine Antiphona dicendi sunt: Post quos hymnus eiusdem Horæ, lectio vna, versus, Kyrie eleison benedictio: & post Missæ fiant.

1. (PRIMA HORA DICITVR, KYRIE ELEISON.) *Secundum antiquam nostram consuetudinẽ, dicta Prima, immediate processionaliter*

exeundi

xeundo de Ecclesia, commemorationem facimus de Fratribus defunctis, Familiaribus, & Benefactoribus nostris: cum Psalmo: De profundis: & oratione: Deus veniæ largitor, & pergimus ad Capitulum vbi pronunciantur in Martyrologio festa Sanctorum occurrentium, & dicitur Pretiosa, more Romanæ curiæ. Vltimo legitur vna lectio Regulæ, & datur benedictio, more Romanæ curiæ, & audiũtur culpæ, præterquam in Dominicis diebus, vel festis de præcepto Ecclesiæ, aut de consuetudine Ciuitatum, in quibus legitur principium Euangelij, cũ aliqua particula homiliæ. In Dominicis diebus infra Octauas, legitur de Humilia festi, & nõ Dominicæ.

2. (ET BENEDICTIO.) *Ista benedictio datur à Superiore, & sufficiat pro præsentibus Fratribus, & absentibus, ita quòd opus non sit, etiã absentibus pro dormitione, aliam benedictionẽ quærere. Laudamus tamen si Fratres casu Superiori obuiantes, huiusmodi benedictionem acceperint.*

3. *Et Nouitij, ac iuniores professi suos Magistros ad cellam pro ipsa benedictione adeant: quos hortamur à Magistris expediri.*

4. *Fit etiam post Completorium à Superiore cum aqua benedicta aspersio, dicendo: Asperges me &c. quo repetito, absque alia oratione dicatur Psalmus: De profundis, cum oratione: Deus veniæ largitor, & oratione: Deus qui inter Apostolicos, pro Papa Eugenio quarto.*

Quo ordine Psalmi dicendi sunt.

CAP. XVIII.

IN primis semper diurnis Horis dicatur versus: Deus, in adiutorium meum intẽde: Domine, ad adiuuandum me festina. & Gloria. Inde hymnus vniuscuiusque Horæ. Deinde prima Hora Dominica dicenda quatuor capitula psalmi centesimi octauidecimi dicantur. Reliquis verò Horis, id est, Tertia, Sexta, & Nona, terna capitula suprascripti psalmi centesimi octauidecimi dicantur. Ad primam autem secundæ feriæ, dicantur tres psalmi: id est, primus, secundus, & sextus. Et ita per singulos dies ad Primam, vsque ad Dominicã dicãtur per ordinem terni Psalmi, vsque ad nonũdecimũ Psalmum. Ita sane, vt nonus Psalmus & septimus decimus, diuidãtur in binas Glorias. Et sic fiat, vt ad Vigilias Dominica semper à vicesimo incipiatur. Ad Tertiam verò, Sextam & Nonam secundæ feriæ nouem capitula, quæ residua sunt de centesimo decimo octauo Psalmo, ipsa terna per easdem Horas dicantur. Expenso igitur Psalmo centesimo octauo decimo duobus diebus, id est, Dominica & secunda feria, tertia feria iam ad Tertiam, Sextam, vel Nonam psallantur terni Psalmi, à centesimo nono decimo vsque ad centesimum vicesimum septimum, id est, Psalmi nouem. Quique Psalmi semper vsque ad Dominicam per easdem Horas itidem repetantur. Hymno-

rum

rum nihilominùs, lectionum vel versuum dispositione vniformi, cũctis diebus seruata, Et ita scilicet, vt semper Dominica à centesimo octauo decimo incipiatur. Vespera autem quotidie quatuor Psalmorum modulatione canatur. Qui Psalmi incipiantur à centesimo nono vsque ad centesimum quadragesimum septimum: exceptis his, qui in diuersis Horis ex eis sequestrantur, i. à centesimo septimo decimo vsque ad centesimũ vicesimum septimum: & centesimo tricesimo tertio, & centesimo quadragesimo secundo. Reliqui omnes in Vespera dicendi sunt. Et quia minùs veniunt tres Psalmi, ideò diuidẽdi sunt, qui in numero suprascripto fortiores inueniuntur, id est, centesimus tricesimus octauus, & centesimus quadragesimus tertius, & centesimus quadragesimus quartus. Centesimus verò sextus decimus, quia paruus est, cum centesimo quinto decimo coniungatur. Digesto ergo ordine psalmorum Vespertinorum, reliqua, id est, lectiones, responsoria, hymni, versus, vel cantica, sicut suprà taxauimus, impleantur. Ad Completorium verò iidem Psalmi repetantur quotidie, id est, quartus, nonagesimus, & centesimus trigesimus tertius. Disposito ordine psalmodiæ diurnæ, reliqui omnes Psalmi qui supersunt æqualiter diuidantur in septem noctium vigiliis, partiẽdo scilicet, qui inter eos prolixiores sunt psalmi: & duodecim per vnamquanque constituantur noctem. Hoc præcipuè commonentes, vt si cui fortè hæc

distributio psalmorũ displicuerit: ordinet, si meliùs aliter iudicauerit: dũ omnimodis id attendatur, vt omni hebdomada Psalteriũ ex integro numero centum quinquaginta Psalmorum psallatur. Et Dominico die semper à capite repetatur ad vigilias: quia nimis iners deuotionis suę seruitiũ ostendunt monachi, qui minus psalterio cum canticis cõsuetudinariis per septimanæ circulum psallunt: cum legamus sanctos Patres nostros vno die hoc strenuè impleuisse, quod nos tepidi vtinã septimana integra persoluamus.

1. (QVOD NOS TEPIDI.) *Pater noster Sanctissimus Benedictus, nullum ex monachis excipit à Diuino officio dicendo: Ideoque ordinamus, quod quilibet Monachus professus officium dicat, etiam si non sit in sacris.*

De disciplina psallendi. CAP. XIX.

Psalm. 2.
Psalm. 46.
Psalm. 137.

VBique credimus diuinam esse præsentiam, & oculos Domini in omni loco speculari bonos & malos: maximè tamen hoc sine aliqua dubitatione credamus, cùm ad opus diuinũ assistimus. Ideò semper memores simus quod ait propheta: Seruite Domino in timore. Et iterum, Psallite sapiẽter. Et, In conspectu angelorum psallam tibi. Ergo consideremus, qualiter oporteat nos in conspectu diuinitatis, & angelorum eius esse: Et sic stemus ad psallendum, vt mens nostra concordet voci nostræ.

1. VBI-

1. (VBIQVE DIVINAM CREDIMVS ESSE PRÆSENTIAM.) *Statuimus quod secundum morem nostræ Congregationis alta psallatur voce, sonora, & pari, verba non protrahantur, pariter incipiatur versus, & terminetur: punctus bonus, & bona pausa interponatur in medio cuiuslibet versus, vocibus non parcatur.*

2. *Volumus etiam, quod officium beatæ Virginis dicatur ita morose, sicut officium Domini* Et in Monasteriis in quibus sunt vltra Prælatum quatuor Monachi, omnino dicatur Officium conuentualiter in choro. Quam ordinationem intelligimus ad illos quoque extendi, qui in membris aliquibus habitãt. Qui teneantur etiam, in diebus saltem festiuis Missas decantare, quod quotidie facere non postponant in Monasteriis degentes, nulla admissa excusatione. In cantu autem morose cantetur: pausa in virgulis (prout decet) fiat, & cantus figuratus vitetur omnino.*

3. *Et propter hoc in septimana sancta nullo pacto varietur, aut mutetur cantus, tam in Lamentationibus & Benedictus, & Passione Domini, quam in aliis omnibus: sed secundum ritum, & morem antiquum congregationis fiat, vt simplicitas, & vniformitas seruetur in omnibus, ne scandalizentur laici huiusmodi vanitatibus.*

4. *Et vt hoc facilius, & commodius seruetur, & nemo super his valeat excusare, volumus, vt imprimantur libelli, & ad omnia Monasteria mittantur, qui contineãt omnes cantus hebdomadæ sanctæ, & laudes quæ in receptione Nouitiorum in Capitulo cantari solent, & alia huiusmodi.*

5. *Neque aliquo pacto introducantur seculares ad*

** In prima editione additur. Sed voce aliquanto submissiore. Quod an ignorãter, an verò ex industria prætermissum fuerit incertum.*

cantandum cum Monachis, nisi forte vbi deessent Monachi cantare scientes. In quo casu tunc seculares introducti non misceantur cum Monachis, sed separati, & cũ minori, quo fieri potest, numero cantent: vt canentium verba cum deuotione ab audiẽtibus percipi possint, pro temporis illius exigentia. Contra facientes verò in aliquibus prædictorum, comedant in pane & aqua in terra in Refectorio, toties, quoties.

6 Superiores verò id permittentes, dicant ex integro totum Psalterium. Prohibemus insuper fieri organa in posterum de nouo in Monasteriis nostræ cõgregationis, absq; permissione capituli Generalis.

7 Si qua tamen sunt monasteria, quæ ea habuerint, non nisi in festis duplicibus, quæ obseruantur in diuersis Monasteriis, & ciuitatibus, pulsentur: & hoc per alios, quàm fratres nostros: quibus interdicimus, tam præfatorum organorum, quam aliorum musicorum instrumẽtorum pulsationem: imò etiam eis inhibemus, vt nec addiscere, nec alios docere possint.

8 Et idem de cantu figurato intelligimus, videlicet quod neque ipsi addiscere, neque alios docere, neque extra chorum eo vti possint, sine licentia Superioris, sub pœna de qua supra: quoniam ex huiusmodi vana leuitate plurimos labi vidimus, in suarum perniciem animarũ. In choro autem aliis diebus à præscripta hebdomada sancta, cantum figuratum penitus inhibemus.

9 Concedimus autem, quòd aliquando vltra dies solennes, Prælati monasteriorum nostrorum aliqua honesta causa (discretè tamen) possint pulsari facere organa, sed non ducatur in consuetudinem.

De

De reuerentia orationis. CAP. XX.

SI cùm hominibus potentibus volumus aliqua suggerere, non præsumimus nisi cum humilitate, & reuerentia: quanto magis Domino Deo vniuersorum, cum omni humilitate, & puritatis deuotione supplicandum est: Et non in multiloquio, sed in puritate cordis, & compunctione lacrymarũ nos exaudiri sciamus. Et ideo breuis debet esse, & pura oratio; nisi forte ex affectu inspirationis diuinæ gratiæ protẽdatur. In Conuentu tamen omnino breuietur oratio, & facto signo à Priore omnes pariter surgant.

1. (CVM HVMILITATE, ET REVERENTIA.) *Declaramus modo infra scripto reuerentiã debere seruari in diuinis officiis. Cum Fratres chorum ingrediuntur, siue inde egrediuntur, in medio ante sanctissimæ Eucharistiæ sacramẽtum semper vnicum genu vsque ad terram flectant, capite nudato, & inclinato: postea venientes ad sedilia sua capite aliquantulum inclinato, reuerentiam faciant, versus sedem Prælati.*

2 *In cæteris autem locis sufficit mediocris inclinatio: vt cum Refectorium, seu Capitulum, seu alium huiusmodi locum ingrediuntur.*

3 *Et aduertendum, quod si fuerit feria, extra tempus Paschale Fratres maneant genibus flexis in principio Officij, vsque ad signum, quod fit post Pater noster. Et similiter quando dicitur Kyrieeleyson, & oratio in fine officij, antequam incipiatur officium beatæ Mariæ virginis, quod semper*

dici-

dicitur stando.

4 Flectimus etiam genua, quando incipitur Hymnus: Aue Maris stella, & in Hymno sanctæ Crucis, cum dicitur: O Crux aue spes vnica. Et in Hymno: Pange lingua, in festo corporis Christi, cum dicitur: Tantum ergo sacramentum. Et in Hymno: Te Deum laudamus, quando dicitur versus: Te ergo quæsumus tuis, &c. & quando dicitur antiphona: Salue Regina. Et antiphona: Aue Regina cœlorum: excepto à Vigilia Ascensionis, vsque ad octauam Pentecostes inclusiuè. Item in Missa, quando dicitur versus. Flectamus genua. Itē quando dicitur versus, Adiuua nos Deus salutaris noster, in Tractu Quadragesimæ. Item in principio Hymni: Veni creator Spiritus. Et in Missa de Domina, quando dicitur, Salue sancta parens. Et in Missa de spiritu Sancto, quando dicitur: Veni sancte Spiritus.

5 Si verò fuerit festum, aut Paschale tempus, in principio fratres stantes, solum profundè inclinent caput, dum dicitur: Pater noster, & sic profundè, & reuerenter se inclinent, quando intra officium dicitur, Pater noster, & prima oratio in qualibet hora, & Missa.

5 Sed si Missa cantabitur in feria, extra tempus Paschale, ad omnes orationes maneant genibus flexis, excepto quando cantatur Missa de Domina, quia tunc in primis orationibus, non flectimus genua.

7 Cum cantatur Missa pro Defunctis, omni tempore ad orationes genu flectitur, tam in festiuitatibus, & octauis, quam etiam Paschali tempore, excepta solenni Commemoratione Defunctorum, &

quando

quando fit solenne Officium, pro tunc defuncto fratre illius monasterij.

8 Quando verò incipitur Officium, vsque ad Gloria patri. & quando dicitur Capitulum, Fratres stent versus altare capite nudato. quando dicitur Gloria patri, aut in fine Hymnorum, Quando fit mentio de sanctissima Trinitate profundè inclinent se vnus versus alium, Choris diuisis.

9 Cantores in Choro parati, si extra sua sedilia fuerint, versa facie se inclinent ad Gloria patri, & huiusmodi. sed Sacerdos paratus in Choro, se inclinet versus altare.

10 Quotiescumque dicitur, Confiteor Deo, ad Missam scilicet, ad Primam, & ad Completorium, fiat mentio de sanctissimo Patre nostro Benedicto, & de S. Iustina.

11 Dum verò cantatur Epistolæ, vel Prophetia versus, aut Tractus post Epistolam, vel Prophetiam sedeant fratres.

12 Aduertendum tamen, quod in prima Dominica Quadragesimæ, & in Dominica Palmarum, illi duo Tractus longiores non dicantur psallendo, quod est indecens, & absurdum: sed aut cantentur integri: aut aliqui eorum versus pro dispositione, & arbitrio superioris.

13 Ad Euangelium omnes recti versus altare stent capite omni tempore nudato.

14 Rostquam cantatum fuerit Offertorium, fratres maneant genibus flexis, vsque ad finem Missæ: exceptis iis qui cantant, præterquam in principio versus offerendæ mortuorum: Hostias & preces tibi Domine laudis offerimus. Quo tempore qui non cantant stent versus altare: Stent similiter omnes

cum

cum incensatur altare, etiamsi organa pulsentur, vsquequo fuerit Sacerdos cum ministris altaris & Abbas incensatus.

15 *Si Missa non cantatur, maneant fratres genibus flexis per totam Missam, excepto Euangelio.*

16 *Sacerdotes, & alij in sacris ministrantes, vtantur scapulariis, cum caputio, sicut sunt scapularia communia, quibus fratres communiter vtuntur.*

17 *In prædictis tamen, præterquam in reuerentia, quæ fit ante altare, & dum canitur, siue dicitur Euangelium, dispensamus cum fratribus, propter multorum infirmitates, quod à Kalēdis Octobris, vsque ad finem mensis Aprilis stent fratres capite seminudato.*

18 *In quolibet autem monasterio sit tabula, in qua descriptum sit quibus horis, & diebus festis Cucullæ deferri debeant, qui modus inuiolabiliter ab omnibus fratribus seruetur. Habeatur insuper & liber in quo descripta sint ceremoniæ conformiter quantum fieri potest, in vniuersa Congregatione seruandæ, necnon ceremoniæ cuiuslibet Monasterij, si quæ sint particulares ad quas addantur etiam ceremoniæ Missæ, prout in Missali Monastico, quæ ab omnibus eædem obseruentur.*

De Decanis Monasterij. CAP. XXI.

SI maior fuerit Congregatio, eligantur de ipsis Fratres boni testimonij, & sanctæ conuersationis, & constituantur Decani: qui sollicitudinem gerant super Decanias suas in omnibus, secundum mandata Dei, & præ-

cepta

cepta Abbatis ſui. Qui Decani tales eligantur in quibus ſecurus Abbas partiatur onera ſua. Et non eligantur per ordinem, ſed ſecũdum vitæ meritum, & ſapientiæ doctrinam. Quod ſi quis ex eis aliqua forte inflatus ſuperbia, repertus fuerit reprehenſibilis: correptus ſemel, & iterum, & tertiò, ſi emendare noluerit deiiciatur: & alter in hoc loco eius, qui dignus eſt ſubrogetur. Et de Præpoſito, eadem conſtituimus.

1. (SOLLICITVDINEM GERANT.) *Declaramus ad Officium Prioris clauſtralis, & Decanorum pertinere eſſe ſollicitos, quod regularis obſeruantia teneatur in Monaſterio. Fratrum ſibi per Prælatum deputatorum, cõfeſſiones audiant, officinas Monaſterij horis competentibus viſitent. Ipſorum, etiam Fratrum corrigant exceſſus: niſi notabiles inueniant Prælato reſeruandos: eis etiam particulares licentias, iuxta facultatem eis à Prælato traditam concedant.*

2. *Diligentem inſuper curam habeant, quod ceremoniæ Congregationis, & ordinata per Capitulum ſeu Prælatum obſeruentur, inuigilent, vt Diuinum Officium deuote dicatur, ſtudeant communibus Fratrum exercitiis, & Capitulo culparum intereſſe.*

3. *Non conſtituantur vlli Decani, qui moribus, & literatura ſufficientes non ſint. Si qui autem inter Decanos reperiuntur, qui ad ſuum munus per agendum impotentes ob aliquam infirmitatẽ ſint, nullum habeant regimen: ſed cenſeãtur, ſi fuerint emeriti, inter Decanos cum titulo; ſin minus deponan-*

tur, & alij sufficientes in eorum loco substituantur, qui omnes in studio regularis disciplinæ sint solliciti, & in corrigendis Fratrum excessibus. Nec ad Prælatos deferant nisi grauiores excessus, vt supra dictum est, qui superiori medico indigeat, grauiter ipsi puniendi, si secus fecerint, etiam per depositionem, vt ad tale Officium minus idonei.

4. Magistri item Nouitiorum, fiant moribus, & ætate omnino maturi, apti ad lucrandas animas, ac instituendos Monachos, quoad vtrumque hominem, instruēdosque discipulos, qui à sæculo conuertuntur, in Monastica, & Regulari disciplina, ac etiam in literatura sufficienti, & necessaria, & fiant omnino adeò graues, ne sint discipulis contemptibiles. Quæ omnia, eò diligentius executioni mandanda sunt, quò cognoscimus in his robur & fundamētum obseruantiæ regularis esse positum.

5. Quamuis autem Nouitijs instituendis præcipue debeant incumbere, culpas tamen & ipsi in Capitulo omnium Monachorum audiant, sicut alij Decani, silentiaque, & alias disciplinæ Regularis obseruantias seruari procurent.

6. Hospitibus, absentibus aliis Superioribus, vel aliter occupatis occurrant, caueant ne in suis correctionibus, & admonitionibus sint nimis tepidi aut austeri. Hæc omnia, & alia faciant, aut omittāt, iuxta suorum Prælatorum dispositionem: cōtra quorum mandata, nihil penitus attentent. Habeant præterea penes se Regulam, & Declarationes, vt Fratres instruere possint.

7. Nec præmissis omnibus stantibus, vllus fratrum nostrorum amodò possit ad aliquem Superioritatis gradum promoueri, nisi septennio, nec ad curam

Noui-

Nouitiorum nisi nouennio à promotione Sacerdotij expletis. Et nemo in Priorem, aut Abbat ē promoueri possit, nisi quinquennio saltem in Decanatu, aut Prioratu respectiue, laudabiliter vixerit.

8. Similiter, nec qui ad Religionem Sacerdotes venerint, nisi elapso dicto tempore sexdecim annorū, promoueri possint. Ad quæ addimus insuper ordinātes: quod in vnoquoque Monasterio pro denis quibusque Monachis, vnus tantum constituatur Decanus, vt eorum numerus rectè sit nomini competens, exceptis ab hac consideratione Prioribus, Magistris Nouitiorum, Confessoribus Monialium, Rectoribus membrorum, & Cellerariis, seruatis tamen, in cuiuscumque promotione, quæ in Breui Gregorij XIII. quoad trinam Visitatorum approbationem, & quæ in Synodo Tridentina, quoad sufficientiam eorum, qui confeßiones audituri sunt, statuuntur.

9. Pro charitate autem, & pace seruanda, & vt liberius Superiores vota sua exprimere poßint, Ordinamus quod si quis eorum reuelauerit aliquid ex tractatis inter Deputatos, ita quod scandalum oriri poßit, ipso facto à cæterorum Deputatorum consortio in agendis, anno integro priuatus existat.

10. Prior autem, & Decani ad aliud Monasterium mutati, postquam sibi de sua mutatione innotuerit, poßint audire confeßiones Discipulorum suorum, ac Sacerdotum, vt prius, dum illic moram trahunt, ipsisque beneficium absolutionis impendere, cum licentia tamen Superioris Monasterij.

Quomodo dormiant Monachi.

CAP. XXII.

SInguli per singulos lectos dormiant. Lectisternia pro modo conuersationis, secundum dispensationem Abbatis sui, singuli accipiant. Si potest fieri omnes in vno loco dormiant, si autem multitudo non sinit; deni, aut viceni, cum Senioribus suis, qui super eos solliciti sint, pausent. Candela iugiter in eadẽ cella ardeat vsque mane. Vestiti dormiant, & cincti cingulis, aut funibus, & cultellos ad latus non habeant, dum dormiunt, ne forte per somnum vulnerentur dormientes: & vt parati sint Monachi semper, & facto signo absque mora surgentes festinent inuicẽ se peruenire ad opus Dei, cum omni tamen grauitate, & modestia. Adolescentiores Fratres, iuxtà se non habeant lectos, sed permixti cum senioribus. Surgentes verò ad opus Dei, inuicem se moderatè cohortentur, propter somnolentorum excusationes.

1. (SINGVLI PER SINGVLOS LECTOS.) *Secundum modernum morem propter honestatem, & vt liberius Fratres se exercere possint in orationibus, & aliis exercitiis spiritualib. & vt vitetur curiositas: Dormitorium diuisum est per diuersas cellas, & assignamus vnicuique Fratrum cellam vnam, sic vt singuli in singulis dormiant cellis.*

2. *Quælibet autem cella habeat in superiori parte ostij foramen rotundum coopertũ aforis tabella,*

quæ faciliter hinc inde deduci poßit: per quod Frater in cella existens videri poßit à Prælato, siue à Superioribus, quibus tantum hoc concedimus, si se spiritualiter exerceat an aliud agat. Quod foramen nullus ab intus operire præsumat, sub pœna infra scripta.

3. Frater Fratris cellam, etiam si de alieno Monasterio existat, minimè ingrediatur ipso in ea existente, & similiter absente Fratre cuius est cella, sine eius licentia: aut nisi de licentia Prælati vel Seniorum. Et quamdiu cum debita licentia simul in cella sunt, ostium semiapertum teneatur.

4. Nec poßit Frater, quamcunque Ecclesiasticam, vel laicam personam, cuiuscunque conditionis existant in cellam introducere, sine licentia Superioris Monasterij.

5. Nec audeat Frater aliquis, sine præfata licentia aliquo tempore cellam claudere, ita quod aforis non poßit aperiri claue communi. Quicunque verò in quolibet supradictorum sex casuum contrafecerit, ieiunet semel in pane & aqua in terra in Refectorio.

6. Frater extra cellam suam existens, licentiam valeat dare alteri Fratri, vt cellam suam, aliqua honesta causa ingrediatur.

7. Et ne contingat à secularibus aliquid asportari de cellis, qui plerunque curiosi per Monasterium, & Dormitorium vagantur: mandamus, vt serraturæ, quæ clausibus communibus aperiantur ostiis cellarum apponantur.

8. Claues ad capsas, seu scabella, seu vbilibet nullus ex Fratribus habeat, sine licentia, præter Priorē claustralem: cui tantum concedimus, vt ad scabel-

lum, seu capsam serraturam applicari possit, quæ claui aperiatur, consignando alteram similem clauem Prælato, intra octo dies ab Officialium publicatione. Qui si contrafecerit, dicat intra octo dies totum ex ordine Psalterium, alij autem arbitrariè puniantur.

9. Ordinamus præterea quantum fieri potest, ne confessiones secularium in Dormitorio audiantur à quocunque, cum exinde alij perturbentur.

10. Quilibet Frater cautè teneat lumen in cella, & extinguat: & nullus candelas applicet ad lecticas, aut parietes ligneos, propter incendij periculum si quis verò contrafecerit, dicat suam culpam in Capitulo, grauiter puniendus.

11. Silentium continuum in Dormitorio ab omnibus horis seruetur: nisi aliquis voluerit aliquid breuiter, & submisse voce dicere.

12. Prælati & Seniores, Fratrum confessiones ibi audire, eosque submissa voce exhortari possint.

13. Fratres incedentes per Dormitorium quietè, & leui passu pergant, & in cunctis sic moderatè, & sine strepitu ibidem se habeant, vt alios non inquietent.

14. Singulis hebdomadis Dormitorium cum cellis, propter immunditias scopetur à Fratribus.

15. (CANDELA.) Siue lucerna, vel lampas, quæ accendatur à sacrista tali hora, quod Fratres exeuntes à Completorio, semper lumen repereant in Dormitorio, & ardeat tota nocte, vsque ad diem.

16. IN EADEM CELLA.) id est, in Dormitorio eodem.

17. (VESTITI DORMIANT.) Declaramus hoc modo vestitos dormire Fratres, cum scapu-

lari

lari ſcilicet & caputio, ſicut in die ſuper tunicellam, propter munditiam: quod habet quaſi formā Cuculla, ſecundum Clementinam.

De excommunicatione culparum.

CAP. XXIII.

SI quis Frater contumax, aut inobediens, aut ſuperbus, aut murmurans, vel in alio contrarius exiſtens Sanctæ Regulæ, præceptis Seniorum ſuorum contemptor repertus fuerit, hic ſecundum Domini noſtri præceptum admoneatur ſemel, & ſecundo ſecrete à Senioribus ſuis. Si non emendauerit, obiurgetur publicè coram omnibus. Si verò neque ſic correxerit, ſi intelligit qualis pœna ſit, excommunicationi ſubiaceat. Si autem improbus eſt, vindictæ corporali ſubdatur.

Qualis debeat eſſe modus excommunicationis.

CAP. XXIV.

SEcundum modum culpæ, excōmunicationis, vel diſciplinæ debet extendi menſura: qui culparum modus in Abbatis pendeat iudicio. Si quis tamen Frater in leuioribus culpis inuenitur, tantum à menſæ participatione priuetur. Priuati autem à menſæ conſortio, iſta erit ratio: vt in Oratorio Pſalmum, aut Antiphonam non imponat, neq;

lectionem recitet, vſque ad ſatisfactionem. Refectionem autē cibi, poſt Fratrum refectionē accipiat, menſura vel hora qua præuiderit Abbas ei competere: Vt ſi. verbi gratia, Fratres reficiūt Sexta hora, ille Frater Nona: ſi Fratres Nona, Ille Veſpertina, vſque dum ſatisfactione cōgrua veniam conſequatur.

De grauioribus culpis. CAP. XXV.

IS Frater qui grauioris culpæ noxa tenetur, ſuſpendatur à menſa ſimul & ab Oratorio. Nullus ei Fratrum in vllo iungatur cōſortio, neque in colloquio. Solus ſit ad opus ſibi iniunctum, perſiſtens in pœnitentiæ luctu, ſciens illam terribilem Apoſtoli ſententiam
Cor. 5. dicentis, traditum huiuſmodi hominem Sathanę in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit in die Domini. Cibi autem refectionem ſolus percipiat, menſura vel hora qua præuiderit ei Abbas competere. Nec à quoquam benedicatur tranſeunte, nec cibus qui ei datur.

I (QVI GRAVIORIS CVLPÆ NOXA TENETVR.) *Quia in huius Declaratorij, & etiam Ordinationem Capituli Generalis celebrandi pleriſque locis & caſibus pro qualitate, & grauitate culparum certæ pœnæ ſeu pœnitētiæ taxatæ ſūt, pro pace bonorum, & ad reprimendam improborum & temerariorum audaciam: & quia iuſtum eſt, vt metus pœnæ coerceat, quos Dei metus & virtutis amor à malo non reuocat: volumus ac præci-*

pimus

cipimus omnino & inuiolabiliter à transgressoribus obseruari.

2 Quare si delictum, aut transgressio huiusmodi secreta fuerit, secretò quoque taxatam pœnitentiz facere non postponat, nec aliter à quoquam; etiam à Prælato proprio dispensari valeat: nisi pœnitentiã per Ordinationes statuta esset publicè peragenda: vt putà in terra in Refectorio comedere, quo casu in aliam secretam commutari possit. Si verò manifestum delictum, aut transgressio ipsa fuerit, publicè etiam, secundum taxatam pœnitentiam pœniteat. Quod si facere neglexerit aut recusauerit, à nemine vt supra dispensari valeat. Et si intra triduum publicè non pœnituerit, pro huiusmodi contemptu, bis eandem pœnitentiam facere teneatur. Si verò intra aliud sequens triduum proteruè, & pertinaciter distulerit: eandem pœnitentiam etiam tertiò cogatur iterare. Demum si aliis adhuc tribus diebus animo, (quod Deus auertat) perstiterit contumaci & indurato: statim tanquam incorrigibilis, rebellis, & obstinatus, ac contemptor Sanctæ Regulæ, & Ordinationum Capituli Generalis, custodiæ donec resipuerit & prædictam pœnitentiam toties facere promiserit, quoties vt supra distulerat vel recusauerat, mancipetur.

3. Nec in aliquo præmissorum à Prælato suo, nec ab aliquo alio, etiam Præsidente ipso, nisi forte in aliqua breui prædictorum terminorum, dilationis mora: Et hoc ex aliqua rationabili causa valeat dispensari. Maiori quippe vindictæ (secundum quod dicit Beatus Pater Benedictus in Regula) subiacere debet, qui nõ vult humilitate corrigere, quod negligentiæ culpa deliquit. Cap. 45.

4. Quod si nec sic resipuerit, nec ad cor redierit, tũc demum, quod Regula præscribit fiat, quæ præcipit, vt huiusmodi corporali vindictæ subiaceat, vt infra patebit.

5. Igitur Generale Capitulum, & Congregationũ Regimen, Monasteriorum quoque nostrorum Prælati, prædicta omnia seruent diligenter, & vt dictũ est, procurent ab huiusmodi transgressoribus inuiolabiliter obseruari.

6. Quoniam autem vbi maius ex culpa periculum imminet, ibi quoque maior adhiberi debet cura, ne subintret: Ideo maxime inuigilare debent Prælati, cæterique Superiores, in ijs quæ ad fidem Catholicam integrè, inuiolabiliterque seruandam pertinẽt. Animaduertant igitur, an in suis Monasterijs vllus sit prauis opinionibus imbutus, vel eo nomine suspectus, omnesque moneant Monachos, vt si quem nouerint aliquid dixisse, aut fecisse, ob quod in suspicionem probabilem talis delicti venerit, ad se statim deferant, aut ad Præsidentem, vel ad Visitatores, aut si magis placet ad viciniorem Episcopum, vel Inquisitorem. Quod si vllo vnquam tempore ad notitiam Superiorum peruenerit, quempiam aliquos hoc modo suspectos nouisse, nec manifestare voluisse: contra eum tamquam fautorem, & de hæresi suspectum procedatur.

7. Si verò aliquid huiusmodi Præsidenti, Visitatoribus, aut Prælatis fuerit denuntiatum, ipsi statim, delata, Romam Procuratori Generali fideliter mittant, Illustrissimis Cardinalibus Inquisitoribus exhibenda.

De ijs qui sine iussione Abbatis iunguntur excommunicatis. CAP. XXVI.

SI quis Frater præsumpserit sine iussione Abbatis Fratri excommunicatio quolibet modo se iungere, aut loqui cum eo, vel mandatum ei dirigere, similem sortiatur excommunicationis vindictam.

Qualiter debeat esse sollicitus Abbas circa excommunicatos CAP. XXVII.

OMni sollicitudine curã gerat Abbas circa delinquentes Fratres: quia non est opus sanis Medicus, sed male habentibus. Et ideo vti debet omni modo, vt sapiens Medicus immittere quasi occultos consolatores Seniperas, id est Seniores sapientes Fratres, qui quasi secretè consolentur Fratrem fluctuantem, & prouocent eum ad humilitatis satisfactionem: Et consolentur eum, ne abundantio i tristitia absorbeatur: Sed sicut ait Apostolus, Confirmetur in eo charitas, & oretur pro eo ab omnibus. Magnopere enim debet sollicitudinem gerere Abbas circa delinquentes Fratres: & omni sagacitate, & industria curare, ne aliquam de ouibus sibi creditis perdat. Nouerit enim se infirmarũ curam suscepisse animarum, non super sanas tyrannidem: & metuet Prophetæ commina tionem, per quem dicit Deus. Quod crassum videbatis assumebatis: & quod debile erat proiiciebatis. Et pastoris boni pium imitetur

Matth. 9.

2. Cor. 2.

Ezech. 34.

exem-

exemplum: Qui relictis nonagintanouem ouibus in montibus, abiit vnam ouem, quæ errauerat quærere. Cuius infirmitati in tantum compassus est: vt eam in sacris humeris suis dignaretur imponere, & sic reportare ad gregem.

Luc. 16.

De ijs qui sæpius correcti non emendantur.

CAP. XXVIII.

SI quis Frater frequenter correptus pro qualibet culpa, si etiam excommunicatus non emendauerit, acrior ei accedat correctio, id est, vt verberum vindicta in eũ procedat. Quod si, nec ita se correxerit, aut forte (quod absit) in superbiam elatus, etiam defendere voluerit opera sua, tunc Abbas faciat quod sapiẽs Medicus. Si exhibuit fomẽta, si vnguenta adhortationum, si medicamina scripturarum diuinarum, si ad vltimum vstionem excommunicationis, vel plagas virgarum, & iam si viderit nihil suam præualere industriam, adhibeat etiam, quod maius est suam & omnium Fratrum pro eo orationem: vt Dominus qui omnia potest, operetur salutem circa infirmum Fratrem. Quod si nec isto modo sanatus fuerit: tunc iam vtatur Abbas ferro abscisionis, vt ait Apostolus: Auferte malum ex vobis, & iterum: Infidelis si discedit, discedat: ne vna ouis morbida omnem gregem contaminet.

1. Corint. 5.
2. Corin. 7

1. (VTATVR FERRO ABSCISIONIS.) *Iste modus abscisionis videtur reuocatus, per Capitulum finale extra de reg. & trans. vbi expreßè habetur, fugitiuos requirendos esse, & in carcerem retrudendos, si opus est. Cui & suffragatur Tridentina Synodus, quæ præcipit eos etiam requiri debere, & tamquam Apostatas puniri, qui aliquam iustam causam suæ fugæ prætendentes, sine eiusdem tamen allegatione, & approbatione, spõte discedunt: quod nos quoque seruari volumus districtè præcipientes omnibus Monasteriorum nostrorum Prælatis, vt in singulis Monasterijs habeant loca custodiæ sana, & solida, vbi huiusmodi fugitiui, rebelles, & incorrigibiles retrudantur.*

2 *Qui si bienniũ steterint extra Monasterium suæ Profeßionis, & postea fugerint, requirantur à Prælatis Monasteriorum, vnde fugerint, si tamen ibi item per biennium steterint, & non aliter. Nam si per multa vagati essent, & ab vno in quo per biennium non stetissent aufugerint, non obstante quod plus biennio à suæ profeßionis Monasterio abfuissent, debent nihilominus requiri à Prælatis Monasteriorum, vnde sunt profeßi, sicuti si ante expletum biennium, post discessum à præfato suo Monasterio aufugissent. Tunc enim debet ipsum suæ profeßionis Monasterium tales requirere: vt in posterum cautior adhibeatur cura in talibus ad profeßionem recipiendis.*

3. *Et quoniam vbi maior subest culpa, & grauius scandalum, ibi solicitior debet esse cura: Ideo declarando ordinamus, vt fugitiui, qui præter fugam aliquid notabile furto abstulerint, aliudue flagitiũ perpetrauerint, siue ante, siue post fugam, aut vitiosè*

vixerint, omnino non negligantur: sed diligentius, non parcendo laboribus, & expensis requirantur, etiam (si aliter fieri nõ potest) auxilio brachij secularis implorato, & ad Monasterium reducantur in custodia retrudendi, donec per Capitulum generale, siue Regimen, quid de ipsis agi debeat disponatur.

4 Dare verò cuique licentiam ex Fratribus nostræ congregationis ad religionem eiusdem etiam Regulæ laxiorem transeundi, omnibus Fratribus cuiuscunque status, gradus, ac dignitatis existant, penitus denegamus, Sacri Concilij Tridentini, Pontificiisque Decretis inhærentes.

5 Commissi verò nostri incorrigibiles, & cõtumaces, eo modo quo recipiuntur expelli possunt, sublata eis omni spe receptionis. Et si quis eorum post promissam stabilitatem vitiosus, aut scãdalosus repertus fuerit: seruetur circa eum forma Regulæ, secundum meritum, vsque ad expulsionem inclusiuè. Ad quam tamẽ nolumus quemquam Prælatorum procedere, nisi seruatis quæ infra in susceptione eorum statuimus, scilicet cum consensu omnium Seniorum aut duarum partiũ Cõuentus, si illi nõ conuenerint.

6 Nulla ratione permittantur Fratres, cum sic expulsis, licentiatis, aut fugitiuis commertium habere, aut conuersationem vllo modo.

Si debeant iterum recipi Fratres exeuntes de Monasterio. CAP. XXIX.

FRater qui proprio vitio egreditur, aut proiicitur de Monasterio, si reuerti voluerit spondeat prius omnem emendationẽ

vitij, pro quo egressus est, & sic in vltimo gradu recipiatur: vt ex hoc eius humilitas comprobetur. Quod si denuò exierit, vsque tertio recipiatur. Iam verò postea sciat omnem sibi reuersionis aditum denegari.

1. (PROPRIO VITIO.) *Quia vt plurimum videmus experientia docti, Fratres nostros à nobis nõ recedere, nisi diabolica suggestione seductos, ideo Declaramus eos quoque proprio vitio egredi, qui accepta licentia transeundi ad arctiorem Religionem eiusdem nostræ Regulæ, eam non seruant, sed vagantur.*

2. *Vt autem de omnibus certa statuatur lex, non recedendo à Sacris Canonibus, Primò ordinamus, quod si qui fugitiui sponte ad Monasteria redierint, omnes quidem suscipiantur, sed ita vt quod Dominus iubet pro mensura peccati, sit & plagarũ modus.*

3. *Quicunque igitur intra dies quinque ad Monasteria fuerint reuersi, arbitrio Prælatorum, non per carcerem, pro sola fuga puniantur. Transactis autẽ quinque diebus, carceri mancipentur. Quod si vltra dies triginta redire distulerint, tum iuxta Sanctissimi Patris nostri Benedicti Regulam in vltimo loco, & in carcere recipiantur. Si autem per integrum annum à Congregatione eos abfuisse cõtigerit, præterquam quod prædictis omnibus pœnis subiacebũt, in nullo insuper Monasterio, inconsulto Regimine suscipi possint, quas pœnas declaramus solius fugæ causa talibus deberi.*

4. *Horum verò nulli è formali carcere liberari possint, nisi per Diffinitores, aut per Regimẽ: & tũc nisi prius confecto processu, & considerato an vera*

narra-

narrata sint, & qua pœna sint rei mulctandi facto iudicio.

5. Nec sic liberatis locus professionis restituatur, nisi in Capitulo Generali nouem diffinitores omnes consenserint: & his referentibus ad vniuersos Congregationis Prælatos, duæ eorum, ex tribus partibus id approbauerint. In qua loci restitutione, tantundem temporis illis restituendum, aut reponendum esse declaramus, quantum in Congregatione, ipsi fugitiui ante fugam fuerint, non autem quantum ijdem etiam abfuerunt. Non enim ferendum est, vt qui exempli causa, decimo professionis suæ anno Religionem deseruit, & anno vigesimo, id est decimo post fugam receptus fuit, eos præcedat qui integros quindecim aut nouendecim annos perseuerarunt sub suaui obedientiæ iugo: sed maxima erga illos Patrum liberalitas erit, si decem anni quos illi fugiendo prodegerunt, pœnitentibus reponantur. Quam declarationem in ijs etiam obseruandam dicimus, quibus per Patres fuit restitutus locus professionis
1577. anno millesimo quingentesimo septuagesimo septimo.

6. Præter hæc, si fugitiuus habitum dimiserit, vt Apostata, iuxtà Sacros Canones puniatur. Si autem alia quæuis, præter fugam animaduertenda, tam in congregatione, quam extra perpetrarit, exactissimam omnium reddat in iudicio rationem, pœnas debitas recepturus æque ac si minime aufugisset.

7. Quibus omnibus ritè peractis & in acta relatis, si digna deinde pœnitentiæ opera fecerint, laudabiliter in congregatione viuendo, poterunt omnibus Diffinitoribus consentientibus, munerum congregationis omnium, pro subsequentium temporũ ra-

tione

tione esse capaces, si trinas Visitatorum approbationes, in singulis triennijs obtinuerint: vt scilicet post primum reuersionis suæ triennium Subdiaconorum gaudeant dignitate: Post secundum Diaconorum: Post tertium Sacerdotum, ac deinceps etiam quascunque fuerint dignitates per ordinem idonei iudicati, dummodo in singulis triennali censura sex Visitatorum, vt dictum est, & nouem Diffinitorum suffragijs fuerint approbati.

8. Hoc idem intelligi volumus de Fratribus nõ fugitiuis, qui tamen semel custodiæ fuerint legitimè mãcipati. Declaramus autẽ pœnã legitimi carceris, quam consequitur infamia, & inhabilitas assequẽdi gradum Superioritatis, nulli inflictam esse intelligi debere, exceptis iis qui ob fugam carcerati sunt: nisi per Diffinitores in Capitulo Generali nominatim, & expresse caueatur, & declaretur carcerem huiusmodi legitime ad pœnam datum esse.

9. Vt autem fugitiui, & suspecti à non suspectis, vel fugitiuis dignoscantur: Ordinamus quod Fratres cuiuscũque dignitatis, aut conditionis fuerint, qui quacunque de causa à suis Monasterijs, ad alia loca pergent, secum deferant literas patentes Superiorum suorum, cum expresso nomine locorum, per quæ transire, aut venire debebunt, subscriptas ac sigillo munitas: secus vbicunque fuerint inuenti, tãquam fugitiui, custodiæ mancipentur à quibuscũq; Prælatis, aut Superioribus Monasteriorum nostrorũ.

10. Si autem prædicti fugitiui, & licentiati, aut expulsi, extra Congregationem nostram vitam finierint, nullatenus ad sepulturam fratrum nostrorum recipiantur, sed in secularium Cœmiteriis tumulẽtur. Si verò laudabilem vitam duxerint, cum con-

sensu maioris partis Conuentus recipi poterunt.

11. *Admoneantur etiam Patres Monasteriorum nostrorum de Fratribus fugitiuis, expulsis, & licentiatis à Superioribus Monasteriorum, àquibus recedunt, quemadmodum sit de fratribus defunctis, vt ab omnibus euitari possint.*

De Pueris minori ætate, qualiter corripiantur.

CAP. XXX.

OMnis ætas, vel intellectus proprias debet habere mensuras. Ideoque quotiés Pueri, vel Adolescentiores ætate, aut qui minus intelligere possunt, quanta pœna sit excommunicationis, Hi tales dum delinquunt, aut ieiuniis nimiis affligãtur, aut acribus verberibus coerceantur, vt sanentur.

1. OMNIS ÆTAS, VEL INTELLECTVS. *Quoniam Sacrosanctum Concilium Tridentinum tempus emittendæ Professionis præscribit, expleto scilicet ætatis Anno sexto decimo, eius vestigiis nos quoque firmiter inhærentes, declaramus nullũ Nouitium, posthac ad probationem recipiendum esse, qui non expleuerit decimum quintum annum.*

2. *Circa verò Adolescentiores fratres, quia experientia didicimus, quosdam ex his incurabiles ægritudines incurrisse, ob nimias austeritates: Hortamur Prælatos, & Patres Monasteriorum nostra Congregationis, vt in Ieiuniis, & Vigiliis Regularibus erga huiusmodi Adolescentes pium & discretum habeant intuitum: quatenus in validiori ætate*

Regu-

Regularis vitæ obseruantiam propensiori fructu valeant obseruare.

3. Mandamus item vt Iuniores fratres, sub cura Magistri Nouitiorum, per quinquennium ad minus, instituendos relinquant, nec amoueant nisi aliqua coacti necessitate.

De Cellerario Monasterij qualis sit.
CAPVT XXXI.

CEllerarius monasterii eligatur de cõgregatione sapiens, maturus moribus, sobrius, non multum edax, non elatus, nõ turbulentus, non iniuriosus, non tardus, non prodigus, sed timens Deum, qui omni congregationi sit sicut pater. Curam gerat de omnibus: sine iussione Abbatis nihil faciat: quæ iubentur, custodiat: fratres non contristet. Si quis autem frater ab eo fortè aliquid irrationabiliter postulat, non spernendo eũ contristet: sed rationabiliter cum humilitate malè petenti deneget. Animam suam custodiat, memor semper illius Apostolici: quia qui benè ministrauerit, gradum bonũ sibi acquirit. Infirmorum, infantium, hospitum, pauperumque cum omni solicitudine curam gerat, sciens sine dubio, quia pro his omnib. in die iudicij rationẽ redditurus est. Omnia vasa monasterij cunctamque substãtiam, ac si altaris vasa sacrata conspiciat. Nihil ducat negligendum: neque auaritiæ studeat, neque prodigus sit, aut extirpator sub-

1. Tim. 4.

Matth. 25.

ſtantiæ monaſterii: ſed omnia menſuratè faciat: & ſecundum iuſſionem Abbatis. Humilitatem ante omnia habeat: & cui ſubſtãtia non eſt quæ tribuatur, ſermo reſponſionis porrigatur bonus, vt ſcriptum eſt: Sermo bonus ſuper datum optimum. Omnia quæ ei iniunxerit Abbas, ipſe habeat ſub cura ſua: A quibus cum prohibuerit, non præſumat. Fratribus conſtitutam annonam ſine aliquo typo vel mora offerat, vt non ſcandalizentur: memor diuini eloquii, quid mereatur qui ſcandalizauerit vnum de puſillis. Si congregatio maior fuerit, ſolatia ei dẽtur: à quibus adiutus & ipſe æquo animo impleat officium ſibi commiſſum. Horis competentibus dentur quæ danda ſunt, & petantur quæ petenda ſunt: vt nemo perturbetur, neque contriſtetur in domo Dei.

Eccleſ. 18.

Matth 18.

1. (ELIGATVR.) *A prælato ſcilicet, de conſilio Seniorum, Patribus præponendus. Sit autem Decanus, & omnino moribus grauis, & probatus.*

2. (ANIMAM SVAM CVSTODIAT.) *Cellerarij non ſic ſe immergant temporalibus, quin vacent ſpiritualibus: ſed ſic tranſeant per bona tẽporalia, ne amittãt æterna. Et vt facilius ſpiritualibus exercitiis vacare poſſint, volumus omnino, vt in Dormitorio dormiant, negotia tamen ſua in Celleraria exerceant.*

3. (SINE IVSSIONE ABBATIS NIHIL FACIAT.) *Et præcipue, ne omnino fabricet intus aut extra Monaſterium, ſine ſcitu vel voluntate Prælati ſui. In aliis quoque rebus, quæ erunt*

alicuius

alicuius momenti, vel consideratione, vt puta in venditione Frugum, Vini, Olei, & aliarum rerum in quantauis summa, & similium, cum Prælato vel eo absente, cum Superiore communicet.

4. Caueant autem omnino à cuiusuis arboris incisione, super possessionibus Monasterij: ita vt ne vnam quidem inscio Prælato, aut incidant, aut incidere faciant, grauiter si secus fecerint, etiam per depositionem puniendi. Experientia enim edocti, quantam ex arborum incisione Monasteria patiantur ruinam cognouimus. Caueant insuper ne Monasteria debitis aggrauent sua incuria, quod si fecerint deponantur.

5. (INFIRMORVM, ET PAVPERVM.) Hanc partem Regulæ, cum omni diligentia, & timore Dei seruet Cellerarius, & præcipuè in absentia Prælati, sciens secundum Regulam, quod de omnibus est in Die Iudicij reddituru Domino rationem.

1. (NIHIL NEGLIGENDVM DVCAT.) Quilibet Cellerarius computa, rationes, debita, & credita Monasterij quater in anno, hoc est per singulos quosque tres menses, ostendat Prælato, & Superioribus: qui omnes eadem manu sua subscribãt. Et mutatus ad aliud Monasterium, priusquam recedat procuret pro posse rationem ponere præsentibus socijs suis: Nec non rationem omnino reddat de exercitio sibi commisso, coram Superioribus præfati Monasterij. Quod si non fecerit, ieiunet semel in pane & aqua, vlterius etiam acrius à Visitatoribus puniendus, & corrigendus; ipsi si indulgentiores fuerint à Diffinitoribus puniendi.

2. Expensa verò quotidiana ab Abbate singulo

quoque mense videantur, vnà cum Diurno à Cellerario conscripto. Et si inuentus fuerit aliquid cõtra prohibitionem Prælati notabiliter fecisse, prædicto modo similiter puniatur.

3. Ordinamus quod temporalia Monasteriorum nostrorum negotia per seculares aut commissos, potius quam per Monachos tractentur, præsertim in emendis rebus, quæ quotidiano vsui sunt necessariæ. Quando verò Cellerarium equitare contingat, nullo modo solus vadat: sed saltem cum socio famulo semper existat, præcipuè si pedester iter faciat.

De Ferramentis, vel rebus Monasterij.

CAP. XXXII.

SVbstantiæ Monasterii in ferramentis vel vestibus seu quibuslibet rebus, prouideat Abbas Fratres, de quorum vita & moribus securus sit: & eis singula vt vtile iudicauerit consignet custodienda, atque recolligenda. Ex quibus Abbas breue teneat: vt dum sibi in ipsa assignata Fratres vicissim succedunt, sciat quid dat aut quid recipit. Si quis autem sordidè, aut negligenter res Monasterii tractauerit corripiatur: si non emendauerit disciplinæ Regulari subiaceat.

1. (SVBSTANTIÆ MONASTERII. *Quilibet Officialis intra mensem, à die publicationis suæ faciat Inuentarium de rebus Monasterij, quæ pertinent ad suum Officium. Et Prælatus habeat apud se Inuentarium vniuersale omnium rerum tam mobilium quam immobilium Monasterij, quæ*

per-

erdantur: quod etiam omnino Visitatoribus exhibeatur.

2. Omnes verò libri Monasteriorum nostrorum notentur in Inuentario, scribendo in eis congregationis nomen, ac Monasterij cuius sunt: nec non numerum videlicet librorum eiusdem Monasterij per ordinem.

3. Tapetia verò Ecclesiarum, & ornamenta Diuino cultui dicata, quia non sunt amplius ad humanos vsus transferenda, deinceps secularibus non accōmodentur: nisi fortè immineret periculum grauioris scandali: quo casu habita discretione personarū, & tēporū, Prælati prudenter prouidere possint.

4. (CONSIGNET CVSTODIENDA.) Diligenti cura faciant Patres hoc capitulum obseruari, vt sollicitè custodiantur, & conseruentur omnia bona mobilia Monasteriorum.

5. Sanè cum priuilegia ipsa congregationis multis magnisque sumptibus, ac difficultatibus impetrata sint, summa diligentia, & custodia obseruari mandamus. Quæ cum etiam quadruplicata sint, quatuor Monasteriis deputamus custodienda. videlicet. In Monasterio S. Iustinæ de Padua, S. Spiritus propè Papiam, Abbatiæ Florentinæ, & S. Pauli de Vrbe. In quibus Monasteriis maxima cura seruari volumus in loco tuto ab igne, ab humiditate, à furibus, in capsa forti habente duas claues. Extrahanturque bis, aut ter in anno: ne fortè à tineis corrodantur, aut aliter deuastentur: nec teneantur plicata, quia facilius rumpūtur, sed in rotulo interponēdo sericum, vel aliam rē subtilem supra scripturā.

6. Districtius autem mandamus, & inhibemus, ne inde amoueātur, sine speciali licētia Præsidentis, vel

duorum Visitatorum. Vrgente verò necessitate, absque licentia eorum ferri possint ad alia Monasteria nostra tantum.

7. Qui ea requisierint, teneantur remittere, post vsum eorum intra mensem, legitima causa cessante. Et si distulerint intra mensem remittere, is qui acceperit singulis diebus septē Psalmos pœnitētiales, cū Litaniis, vsq; quo remissa fuerint dicere teneatur.

8. Quælibet verò Monasteria habeant transumpta authentica priuilegiorum saltem visitatiorum, quæ accuratè custodiantur: caueantque omnes de congregatione nostra, ne sine licentia saltem vnius Visitatoris, Priuilegia, aut eorum exemplaria cuiquā, quam de ipsa Congregatione ostendant, præter quā in graui necessitate. Quod etiam cautè fiat, ostendendo si satis erit tantum particulas quæ facto opus erunt.

9. Prælati verò priuilegiorum nostrorum exemplaria, & omnia ab ipsis Priuilegiis extracta de manib. Fratrum nostrorum requirant, & apud se seruent.

10. Si quæ sunt autem aliæ Scripturæ ad Congregationem nostram spectantes, in Monasterio. S. Iustinæ seruentur.

11. Sigilla Congregationis, tam magnum, quam paruum cautissime custodiantur: ne aut amittantur, aut aliqua fraus fiat.

12. Quodlibet autem Monasterium, diligenter seruet sua sigilla, siue magnum, quo vtantur, cum quid fit nomine Prælati & Conuentus: siue paruum quo vtitur Prælatus in priuatis literis, & nullus aliorum Fratrū, nisi de licentia ipsius Prælati, vti possit ipso sigillo. Quæ sigilla tam Congregationis quam Monasteriorū, sic quis suadente Diabolo falsificare præ-

sumpse-

sumpserit, stet degradatus per menses duos, post omnes Professos, ieiunetque semel in hebdomada in pane & aqua in Refectorio durante ipsa degradatione.

13. Et quia non sufficit custodire scripturas, & Iura Monasteriorum, nisi ab inpugnatoribus tueantur, Idcirco statuimus, quod si aliquando Secularis, aut Ecclesiastica persona Iura aut Priuilegia Congregationis in toto vel in parte infregerit, vel aliquo modo molestare tentauerit, si quidem ipsa iniuria in detrimentum particularis tantum Monasterij cesserit, Prælatus Monasterij omni quo voluerit iusto remedio causam suam impigrè, prudenterque tueatur: nec aliquo modo Iura, ac priuilegia ipsa violari permittat. Vbi verò se causæ tuendæ imparem viderit, Patri Præsidenti vel Visitatori negotium omne insinuare nō negligat: quem omnino volumus causam huiusmodi in se suscipere, & sumptibus ipsius Monasterij in Romana Curia, vel alibi, sicut opus fuerit, tueri.

14. Si verò Præsidens, aut Visitatores ipsum Monasterium iudicauerint impotēs ad expensas, fiat sumptibus Congregationis: ad quas restituendas ipsum Monasterium teneatur, nisi Capitulum generale duxerit indulgendum.

15. Poterunt tamen Pater Præsidens, cum vno Visitatore, vel duo Visitatores prouidere, quod vnum, aut plura Monasteria subueniant Monasterio impotenti pro iure suo tuendo, si in congregatione desint pecuniæ: restitutione tamen fienda de pecunijs commodatis, tempore per ipsos constituendo.

16. At si molestia illata ad totius congregationis redundat iacturam. Pater Præsidens communibus cō-

gregationis sumptibus defendere teneatur.

17. In vnoquoque Monasterio sit Registrum, in quo quæ singulis annis per Generale ordinantur Capitulum notentur: videlicet, quæ totam respiciunt congregationē. Et similiter habeatur libellus, in quo notentur ea quæ specialiter ad vnumquodque Monasterium pertinent, prout fuerint annuatim per Capitulū Generale Dietas & Visitatores ordinata.

Si quid debeant Monachi proprium habere.

CAP. XXXIII.

PRæcipuè hoc vitium amputetur de Monasterio: ne quis pręsumat aliquid dare, aut accipere, sine iussione Abbatis, neque aliquid habere proprium, nullam omnino rē, neque codicem, neque tabulas, neque graphium, sed nihil omnino: quippe quibus nec corpora sua nec voluntates licet habere in propria potestate. Omnia verò necessaria à Patre Monasterii sperare: nec quicquam liceat habere, quod Abbas non dederit, aut permiserit. Omniaque omnibus sint communia, vt
Actor. 7. scriptum est, nec quisquā suum esse aliquid dicat, aut præsumat. Quod si quisquam hoc nequissimo vitio deprehēsus fuerit delectari, admoneatur semel, & iterum: si non emēdauerit correptioni subiaceat.

1. (RADICITVS.) *Intentio Regulæ est, q̄ non solum in exterioribus amputanda sit proprietas: sed etiam, quando Prælatus perpendit aliquam rem nimio affectu possideri, ita vt fortè Frater resisteret*

si a

si ab eo auferri contingeret. Propterea Patres caueant, ne aliquid concedant alicui ad vsum in vita eius: quia talis concessio est valdè proprietati similis, sed concedant, vsque ad beneplacitum Superioris.

2. Permittimus autem fratribus nostris habere breuiaria, & diurnalia cum licentia suorum Prælatorum, & pro vsu tenere, etiam si missi fuerint ad alia loca congregationis nostræ: restituenda nihilominus cũ aliis libris, post vsum eorum, vel decessum, vel mortem, illis Monasteriis, quibus inscripta fuerint.

3. Et quoniam multæ sæpe oriuntur lites, cum aliquis ex Fratrib. moritur, extra suæ professionis Monasterium, tum super libris, tum super aliis rebus: ad eas tollendas, ordinamus, quod tam libri non signati, quam alia omnia, quæ reperta fuerint, apud quemuis nostræ congregationis Prælatum Monachũ siue Commissum defunctos, intelligãtur esse & sint eius Monasterij, in quo talis defunctus assignatus erat: nisi fortè ipse ante mortem ad leuandam conscientiam alicui coram testibus dixisset, hanc aut illam rem esse huius vel illius Monasterij.

4. In ipsis etiam Breuiariis, sicut & in aliis libris scribatur nomen Monasterij vbi exquisita fuerint, & nomen Casinensis congregationis, aliàs S. Iustinæ de Padua. Mandantes omnibus nostræ congregationis Patribus, vt cum finito Capitulo, ad propria Monasteria applicuerint, in ipsorum reformatione Monasteriorum, ante, vel post Officialium absolutionem immediatè, Breuiaria, & libros, & alia q̃cumque, si habuerint concupiscibilia, sibi à Fratrib. deferri mandent, vel nuntiari: Quæ omnia ipsorũ arbitrio, & eorum beneplacito, sunt dispẽsanda, vt

viti-

vitium proprietatis amputetur in Monachis.

5. Curent etiam, vt singuli Monachi, singulis annis conficiant librorum omnium quos habēt Inuentarium, quod proprijs Prælatis exhibeant. Qui diligentissimè considerabunt, an in iis sint libri hæreticorum, aut aliter per Indicem prohibiti aut suspecti. Insuper omnium Monachorum cellas ter saltem in anno visitabunt, inquirentes an alios habeant libros, præter in Inuentario descriptos. Quod siquis deprehendetur huiusmodi libros vetitos aut suspectos habere, admoneatur statim Procurator Generalis de qualitate personæ, & librorum, vt ad Illustrissimos Cardinales inquisitores deferre possit.

6. Insuper etiam strictius imponant, vt omnes panes quos pecuniæ quauis causa depositæ fuerint tam Monasteriorum nostrorum, quam aliarum quarũcunque personarum, eas sibi assignent.

7. Et ne quandoque aliquod scandalum oriri contingat, inhibemus etiam Fratribus nostris, ne inordinate per se vel per alios à parentibus suis, vel ab alijs secularibus Breuiaria, vel alios codices emendi causa pecunias exigant. Qui contra fecerit, libris priuetur, & ieiunet in terra in pane & aqua in Refectorio, amplius pro qualitate librorũ puniendus.

8. Inhibemus etiã ne quaslibet res inuicem emãt aut vendant. Contrafacientes rebus & pecuniis illicò priuentur, comedantque in terra in Refectorio in pane & aqua, pro qualibet vice.

9. Insuper nemo Fratrum nostrorum præsumat quicquam emere, in quibusuis ciuitatibus aut locis nomine laicorum, aut etiam ab eis accipere, vt id ei sportet absque gabellarum solutione. Quod si quis non obseruauerit, si quidem fuerit in dignitate constitutus

ſtitutus per depoſitionem puniatur. Si verò fuerit ſimplex Monachus degradetur, habita conſideratione grauitatis criminis: ſed ſi fuerit commiſſus, aut expellatur, aut grauiſſimis pœnis ſubiaceat.

10. Ordinamus etiam, & præcipimus, quod nullus noſtræ Congregationis profeſſus, ſeu aliter in noſtris Monaſteriis ſub obedientia Patrum conſtitutus, etiam ſi fuerit officialis in Monaſterio, præter Cellerarios, audeat tenere vel expendere pecunias, ſine licentia Prælati ſui: ſed pecuniam ad ſe peruenientem deferat Prælato ſuo. Quam conſtitutionem mandamus omnibus Prælatis, & Patribus noſtræ Congregationis, quatenus realiter & cum effectu faciant in ſuis Monaſteriis obſeruari. Huiuſmodi autem licentiam tenendi pecunias non poſſint Prælati Monachis concedere, ſub pœna priuationis ſi conceſſerint, aut in Monachos delinquentes non animaduerterint. Qui quidem tranſgreſſores, tanquam proprietarij, pro qualitate culpæ ſeuerißime ſunt plectendi.

11, Ordinamus inſuper, ne quis Prælatus, aut Frater noſtræ Congregationis audeat pecuniam vel aliam rem cuiuſcumque perſonæ, nomine depoſiti recipere: niſi de ſcientia duorum, aut trium Monachorum ſui Monaſterij, qui ſint loco teſtium rei ſic depoſitæ, præuia tamen ſcientia Prælati ſui.

12. Reſtituantur etiam ſub teſtimonio adeò bono, quod inde ſcandalum oriri non poſſit. Qui aliter fecerit, ſi quidem Prælatus fuerit, eò ipſo ſit ſuſpenſus à Diuinis, donec duobus, aut tribus Fratribus, qui ſint loco teſtium, huiuſmodi depoſitum notificauerit. Si autem alius Superior fuerit, per menſem ſtet ad locum Profeßionis ſuæ. Qui verò Superior non fue-

rit

rit per mensem stet degradatus post omnes professos: & hoc nisi intra triduum Superiori Monasterij notificauerit.

Si omnes æqualiter debeant necessaria accipere.

CAP. XXXIV.

SIcut scriptum est: Diuidebatur singulis prout cuique opus erat, vbi non dicimus vt personarum, quod absit, acceptio sit, sed infirmitatum consideratio. Vbi qui minus indiget agat Deo gratias, non contristetur. Qui verò plus indiget humilietur pro infirmitate, & non extollatur pro misericordia: & ita omnia membra erunt in pace. Anteomnia ne murmurationis malum pro qualicunque causa in aliquo qualicunque verbo vel significatione appareat. Quod si cōprehensus fuerit quis, districtiori disciplinę subdatur.

Actor. 4.

De septimanarijs coquinæ. CAP. XXXV.

FRatres sic sibi inuicem seruiant, vt nullus excusetur à coquinæ officio, nisi ab ægritudine, aut in causa grauis vtilitatis quis occupatus fuerit: quia exindè maior merces & charitas acquiritur. Imbecillibus autem procurentur solatia, vt non cum tristitia hoc faciant, sed habeant omnes solatia secundum modum congregationis aut positionem loci. Si maior congregatio fuerit, cellerarius eis

cuset

cuſcurà coquina, vel ſi qui, vt diximus, maioribus vtilitatibus occupantur. Cæteri verò ſibi ſub charitate inuicem ſeruiant. Egreſſurus de ſeptimana, ſabbato munditias faciat. Linteà, cũ quibus ſibi fratres manus aut pedes tergunt, lauet. Pedes verò tam ipſe qui egreditur, quam ille qui intraturus eſt, omnibus lauent. Vaſa miniſterii ſui, munda & ſana cellerario reconſignent. Qui cellerarius item intranti conſignet: vt ſciat quid dat, aut quid recipit. Septimanarii autem, ante vnam horam refectionis, accipiant ſuper ſtatutã annonam ſingulos biberes, & panem: vt hora refectionis ſine murmuratione & graui labore ſeruiant fratribus ſuis. In diebus autem ſolennibus vſque ad Miſſas ſuſtineant. Intrãtes & exeuntes hebdomadarii, in oratorio mox Maturinis finitis Dominica, omniũ genibus prouoluantur, poſtulantes pro ſe orari. Egredientes autem de ſeptimana dicant hunc verſum. Benedictus es Domine Deus, qui adiuuiſti me, & cõſolatus es me. Quo dicto tertio, accipiat benedictionem egrediẽs. Subſequatur ingrediens, & dicat. Deus, in adiutorium meum intende: Domine ad adiuuandum me feſtina. Et hoc idem tertiò repetatur ab omnibus, & accepta benedictione, ingrediatur.

1. (NVLLVS EXCVSETVR.) *Ergo nec Prior Clauſtralis, maximè cum Prælatus erit in Monaſterio: excepto Cellerario de quo infra in eodem capitulo. Qui Prior ad menſam quoque etiam abſente Prælato legere & ſeruire debet.*

1. (SIN-

1. (SINGVLOS BIBERES, ET PANEM.) *Infra, de hebdomadario Lectore dicit Mixtum, quod intelligimus tãtum vini quantum capere potest vnus scyphus, cum quo in Refectorio bibitur, & circa vncias duas panis.*

2. *Quòd verò dicitur de hebdomadariis Coquinæ, idem dicitur de omnibus officialibus, qui in suis officiis occupati, nequeunt primæ mensæ interesse. In Ieiuniis verò de præcepto, fieri potest cum licentia Superioris Monasterij.*

3. (PROVOLVATVR.) *Declaramus quod egrediens de septimana, Dominico die finito Matutino, stet genibus flexis ante altare, & dicat ter versum: Benedictus es Domine Deus, &c. quo tertiò Choro repetito: Superior dicat Versus, Saluum fac seruum tuum, sicuti in talium ceremoniarum particulari libro notatum est. Posthæc statim, qui ingreditur dicat simili modo, ter: Deus in adiutorium meum intende: Domine ad adiuuandum me festina, quo tertiò repetito à Choro, Superior subiungat versus: Saluum fac seruum tuum, sicut notata sunt, vt supra.*

De Infirmis Fratribus. CAP. XXXVI.

INfirmorum cura ante omnia & super omnia adhibẽda est; vt sicut reuera Christo, ita eis seruiatur, quia ipse dixit, Infirmus fui, & visitastis me. Et quòd fecistis vni de his minimis meis, mihi fecistis. Sed, & ipsi infirmi considerent in honorem Dei sibi seruiri, & non superfluitate sua contristent Fratres

Matth. 25.

suos seruientes sibi. Qui tamen patienter portãdi sunt: quia de talibus copiosior merces acquiritur. Ergo cura maxima sit Abbati, ne aliquam negligentiam patiantur. Quibus Fratribus infirmis sit cella super se deputata, & seruitor timens Deum, & diligens ac sollicitus. Balneorum vsus infirmis quotiẽs expedit offeratur. Sanis autem, & maximè iuuenibus tardius concedatur. Sed & carnium esus infirmis omninoque debilibus pro pro reparatione concedatur. At vbi meliorati fuerint, à carnibus more solito omnes abstineant. Curam autem maximam habeat Abbas ne à Cellerariis aut seruitoribus negligantur infirmi: quia ad ipsum respicit, quicquid à discipulis delinquitur.

1. (SIT CELLA PER SE DEPVTATA.) *Volumus, inquantum fieri potest, vt quilibet Infirmus habeat lectum separatum & cellam cum camino: nec vlli omnino labori, vllique impensæ parcatur, vt infirmis necessaria obsequia tum spiritualia tum corporalia non desint. Quod præsertim attendatur in Monasteriis quæ sunt extra ciuitates: in quibus non æque faciliter & commodè possunt Infirmis necessaria exhiberi, tam respectu Medicorum quam aliarum rerum requisitarum. Prouideant igitur Prælati talium Monasteriorum, vt siue ipsos infirmos in Monasteriis siue in ciuitate curandos duxerint, nullo omnino re indigeant quæ ad salutẽ tam corporis quam animæ non solum necessaria sed etiam condecens tantum fuerit. In quo si de negligentia fuerint conuicti, puniantur à Regimine sine misericordia, quam ipsi quoq; exhibere noluerint.*

rint, maximè ea indigentibus infirmis.

2. *Esus tamen carnium in diebus Veneris, ac Sabbathi, ac aliis, ab Ecclesia prohibitis, non concedatur, nisi Infirmis in lecto decumbentibus, & tunc etiam consilio vtriusque Medici, corporalis scilicet & spiritualis adhibito.*

3. *Ordinamus etiam, quod nullus Fratrum loquatur cum Medico, aut ab eo petat consilium, sine licentia Superioris: nec potionem aliquam, vel pillulas custodia egentes sine speciali licentia Medici capiat. In vtroque autem prædictorum casuum, qui contrafecerit, dicat ter septem Psalmos pœnitentiales cum Litaniis.*

4. *Moneatur planè Medicus, quod audita diligenter morbi qualitate ab Infirmo, remedia, medicina ac vitæ modum non Infirmo, sed Infirmario notificet. Ad mensam, si plures sunt Infirmi, cum modestia sedeant, & aliquid in principio refectionis saltem legatur: nec bis in die carnes comedant, nisi de consensu Medicorum, quibus etiam sufficere credimus vncias octo pro qualibet persona.*

5. *Sint Infirmi obedientes Infirmariis suis, & è cõtra Infirmarij sint discreti, & compatientes Infirmis suis. In tangendo autem corpora nuda Infirmorum, sint valde cauti Infirmarij, & seruitores: vt suadẽte necessitate id faciant, & cum omni honestate.*

1. (BALNEORVM VSVS.) *Intelligimus de Balneis, quæ sunt in Monasteriis. Ad Balnea verò, quæ sunt extra Monasteria propter periculum animorum nemo accedere præsumat, sine licentia speciali Capituli Generalis, si proximè fieri debet, & non est periculum in mora, aliter Præsidentis, aut vnius ex Visitatoribus suis. Quando etiam maior instaret*

neces-

necessitas, & differri non posset, sufficiat licētia Prælati sui, vnà cum Deputatis. Si igitur pro aliquo infirmo Fratre petenda sunt Balnea, Prælatus ipse & non alius requirat ipsam licentiam.

2. Et ne aliqua facilitate inducantur Fratres ad Balnea requirenda, facilis eis licentia non tribuatur: sed si quis talibus indiguerit, consulat Prælatus Medicum, & si aliis remediis infirmo subueniri poterit, hortetur vt faciat. Quod si Medicus, eidem Fratri vsum Balneorum, omnino necessarium esse duxerit, tunc Prælatus cum consensu suorum Deputatorum licentiam à Capitulo Generali, si tunc celebrabitur: sin autem, à Patre Præsidente, aut ab aliquo Visitatorum petat. Qua obtenta Fratri indigenti à Monasterio suo ita prouideatur, quod non cogatur mendicare. Illud autem declaramus Monasterium suum, aut in quo Professionem emisit, aut in quo per biennium commoratus est. Si verò à Monasterio quidem suæ Professionis per biennium abfuerit, in nullo autem alio biennio permanserit, sed in diuersis Monasteriis fuerit, tunc ad expensas teneatur Monasterium suæ Professionis. Quod etiam intelligimus de grauibus infirmis.

3. Nec præsumant Fratres, pro Balneis consequendis infestare Medicos: sed tantum suorum Superiorum prouisione, iuxta præscriptam formam, qui indiguerit accipiat.

4. Quam quidem licentiam, declaramus, non nisi per biennium valituram. Quo elapso, & Monasterium ipsum quod ad expensas tenebatur liberum remaneat, & denuo illam gratiam petere teneatur si indiguerit.

5. Fratres igitur nostræ Congregationis euntes

ad Balnea, licet è diuersis Monasteriis ibi conueni-ant, aliorum tamen Monasteriorum nostrorum Su-perioribus deferant, quos ibi adesse contigerit, con-ferantque simul omnia, tanquam Fratres, & si commodè fieri potest, simul cohabitent.

6. Nec pecunias pro expensis Balneorum sibi cre-ditas aliter expendere præsumant, rectoque itine-re vadant & reuertantur, nullo pacto vagantes aut ad alia loca diuertentes. Contrafacientes dicat Psal-terium ex integro, vlterius arbitrio Superioris gra-uiter puniendi.

7. (NON NEGLIGANTVR INFIRMI.) Non solum in temporalibus, sed nec in spiritualibus etiam, vt videlicet admoneantur, ne omittant pro-pter infirmitatem Confessionem, & Communio-nem temporibus consuetis, imò hortentur, vt ea ce-brius faciant.

De Senibus, vel Infantibus.

CAP. XXXVII.

LIcet ipsa natura humana trahatur ad mi-sericordiam, in his ætatibus, Senum vi-delicet & Infantum, tamen & Regulæ au-thoritas eis prospiciat. Consideretur semp[er] in eis imbecillitas, & nullatenus eis disti-ctio Regulæ teneatur in alimentis: sed fit eis pia consideratio, & præueniant horas Ca-nonicas.

(SENVM.) *Non tam ætate, quam imbecillita-te, iuxta Prælati considerationem. Infantes vero recipimus omnino, sicuti supra dictum est, de Pa-ris minori ætate.*

De Hebdomadario Lectore.

CAP. XXVIII.

MEnsis Fratrum edentium lectio deesse non debet: nec fortuito casu, qui arripuerit codicem legere audeat ibi, sed lecturus tota hebdomada Dominica ingrediatur. Qui ingrediēs post Missas & Communionē, petat ab omnibus pro se orari, vt auertat ab eo Deus spiritum elationis. Et dicatur hic versus in Oratorio tertiò ab omnibus, ipso tamen incipiente: Domine labia mea aperies: & os meum annunciabit laudem tuam. Et sic accepta benedictione ingrediatur ad legendum; summumque fiat silentium ad mensam, vt nullius mussitatio, vel vox, nisi solius legentis ibi audiatur. Quæ verò necessaria sunt comedentibus, & bibentibus, sic sibi inuicem ministrent Fratres, vt nullus indigeat petere aliquid. Si quid tamen opus fuerit, sonitu cuiuscunque signi potius petatur quam voce. Nec præsumat ibi aliquis de ipsa lectione, aut aliunde quicquam requirere, ne detur occasio: nisi fortè Prior voluerit pro ædificatione aliquid breuiter dicere. Frater autem Hebdomadarius accipiat mixtum priusquam incipiat legere, propter Cōmunionem Sanctam, & ne fortè graue sit ei ieiunium sustinere. Postea autem cum Coquinæ hebdomadariis & seruitoribus reficiat. Fratres autem non per ordinem legant, aut cantent, sed qui ædificent audientes.

1. (MENSIS FRATRVM.) *Ad secundam mensam, vbi maior fuerit congregatio, non desit lectio.*

2. (LECTIO DEESSE NON DEBET.) *In Lectionibus primæ mensæ, hic ordo seruetur. Si dies illa proprium habuerit Euangelium, eius Homilia legatur. Item sermones super eo, iuxta dispositionem Superioris. Postea legantur passione Sanctorum: Postea de Biblia. In fine comestionis aliquid in vulgari legatur: vt Fratres Commissi Grãmaticam ignorantes, aliquid vnde ædificentur habeant & spiritualiter pascantur. Et specialiter non omittatur lectio Regulæ in vulgari quæ lecta fuerit in Capitulo, cum tota integra Declaratione sua, quæ etiam ad secundam mensam repetatur. Cũ verò contigerit Superiorem in Conuentu legere, excepto Prælato is qui immediatè sequitur signa particularia faciat.*

3. (ET COMMVNIONEM.) *Ex eo quod hic B. pater Benedictus dicit, & infra in eodem Capitulo; ibi, propter Sanctam Communionem, ostenditur quod quolibet Dominico die Fratres communicabant: q̃ vt fiat hortamur, præsertim tempore quadragesimali, & Aduentus Domini, & in Festis præcipuis. Non tamẽ astringimus, præterq̃ in prima Dominica mensis cuiuslibet, iuxta Clementinam, Ne in agro: nisi fortè ob reuerentiã alicuius Festi solennis differatur, aut præueniatur, huiusmodi Cõmunio, iuxta concessionem Domini Eugenij Papæ IV.*

4. *Si quando autem Sacerdotes, propter infirmitatem, aut in die Cœnæ Domini, aut qui aliqua ex causa non celebrant communicare cõtigerit; iuxta Decretum Sanctorum Patrum, Oratorium semper,*

siue Stolam super ambos humeros habeant, sicut quando celebrant.

5. *Fiat autem dicta Communio statim post Cõmunionem Sacerdotis, & Sacramentum statim post Communionem reportetur in locum suum antequam Missa finiatur.*

6. *Et cum Fratres omnes communicant, hortamur quod Prælatus audiat Confessiones omnium Fratrum non Sacerdotum, semel aut bis in anno, ad arbitrium suum, si commodè id fieri potest. Similiter saltem bis in anno licentiam concedant Prælati omnibus Monachis, vt cui maximè voluerint, ex approbatis ad Confessiones, possint consiteri.*

7. (PETAT AB OMNIBVS PRO SE ORARI.) *Stet in medio Chori die Dominica post Sexam genibus flexis, versus altare, & ter dicto versu: Domine labia mea aperies, &c. & à Choro ter repetito, Superior dicat: Saluum fac, &c. Sicuti alibi particulariter notata sunt.*

8. (INGREDIATVR AD LEGENDVM.) *Facta benedictione Lector non incipiat, nisi fratres prius sederint ad mensam. Lecta verò breui particula lectionis, Superior faciat signum: post quod Fratres incipiant comedere, & hoc vt anima prius quã corpus reficiatur: & in fine mensæ nemo exurgat, nisi prius responso: Deo gratias.*

9. (VICISSIM) *Hæc vicissitudo intelligitur, quilibet legat vna septimana, alter alteri succedendo in hoc ordine.*

10. (MIXTVM) *Quod hic dicit mixtum, supra de septimanarijs Coquinæ, dixit singulos biberes, & panem: quorum verborum expositionem, vide ibi.*

De Mensura Ciborum.

CAP. XXXIX.

SVfficere credimus ad refectionem quotidianam tam Sextæ quam Nonæ omnibus mensis cocta duo pulmentaria, propter diuersorum infirmitates; vt fortè qui ex vno nõ poterit edere, ex alio reficiatur. Ergo duo pulmentaria cocta Fratribus sufficiant, & si fuerint inde poma, aut nascẽtia leguminum addatur & tertium. Panis libra vna propensa sufficiat in die, siue vna sit refectio, siue prandii & cœnę. Quod si cœnaturi sunt, de eadem libra tertia pars à Cellerario reseruetur, reddenda cœnaturis. Quod si labor fortè factus fuerit maior, in arbitrio & potestate Abbatis erit, si expediat aliquid augere, remota prò omnibus crapula: vt nũquam subrepat Monacho indigeries: quia nihil sic contrarium
Luc. 21. est omni Christiano, quomodo crapula, sicut ait Dominus noster: Videte ne grauentur corda vestra in crapula & ebrietate. Pueris verò minori ætate non eadem seruetur quantitas, sed minor quam maioribus, seruata in omnibus parcitate. Carnium verò quadrupedum omnino ab omnibus abstineatur comestio, præter omnino debiles & ægrotos.

1. SVFFICERE CREDIMVS.) *Iuxta morem antiquum nostrum, quando ieiunamus dam. Ferculum, pitantiam, & fructus, vel aliquid loco fructuum. Adduntur aliquando oluscula cocta, vel*

crudi

cruda. Quando verò nō ieiunamus datur Ferculum aut olusculum, & pitantia & fructus.

2. (PANIS LIBRA VNA.) Cum pondus libræ (vt habuimus à Monasterio nostro Casinensi) sit vnciarum triginta trium & semis, vt vix tantū panis vnus Frater die vna manducare possit: volumus consuetudinem nostram seruari, vt scilicet apponatur panis, quantum satis est.

3. (QVADRVPEDVM.) Multo magis volatilium: quam prohibitionem seruare volumus etiam in itinere constitutos.

4. Vnde vt honestas Religionis arctius conseruetur, & nulla proximis propter hoc scandali præbeatur occasio, ordinamus ac arctius prohibemus, ne quis nostræ congregationis, etiam si hospes fuerit, extra ipsius congregationis Monasteria carnes vllatenus manducare præsumat, sine licentia Prælati: neque etiam in locis, vel membris eis annexis, cessante legitimo infirmitatis impedimento: quæ fortè ei extra dicta Monasteria posito superuenerit: aut si causa infirmitatis ad Balnea accesserit, cui pro sui substentatione eo casu carnes comedere stando & redeundo de indulgentia singulari concedimus: quod tamen ita fiat, vt nemini scandalū præbeatur. Quā constitutionem si quis trāgressus fuisse repertus, aut conuictus fuerit: quot vicibus carnes comederit, tot diebus ieiunet in pane & aqua, & insuper stet per Mensem degradatus.

5. Dispensamus tamen Monasteria S. Pauli de Vrbe, Farfense, & Fondroni, vt possint ter in hebdomada, per totum annum, exceptis diebus ab Ecclesia prohibitis, carnem ob aeris intemperiem mādūcare: Monasteria etiam S. Nicolai de littore,

& Astense, vt similiter ter in hebdomada, sed æstiuo tantum tempore possint carnes manducare.

De Mensura potus. CAP. XL.

1. *Cor.* 12. VNusquisque proprium habet donum ex Deo, alius sic, alius verò sic. Et ideo cum aliqua scrupulositate à nobis mensura victus aliorum constituitur: tamen Infirmorum contuentes imbecillitatem, credimus heminam Vini per singulos sufficere per diẽ. Quibus autem donat Deus tolerantiam abstinentiæ, propriam se habituros mercedem sciant. Quod si, aut loci necessitas, vel labor, aut ardor Æstatis, amplius poposcerit, in arbitrio Prioris cõsistat, considerans in omnibus ne subrepat satietas aut ebrietas, licet legamus Vinum omnino Monachorum non esse. Sed quia nostris temporibus id Monachis persuaderi nõ potest, saltem vel hoc cõsentiamus, vt non vsque ad satietatem bibamus, sed parcius: quia Vinum apostatare facit etiam Sapientes. Vbi autem loci necessitas exposcit, vt nec suprascripta mensura inueniri possit, sed multo minus, aut ex toto nihil: benedicant Deum, qui ibi habitant, & non murmurent. Hoc ante omnia admonẽtes, vt absque murmurationibus sint.

Eccles. 15.

1. (HEMINAM VINI.) *Quia (vt ex Monasterio nostro Casinensi percepimus) Hemina Vini est multo plus quam communi necessitati vnius Mona-*

ch

chi sufficiat: Ideo de Vino damus vnicuique, quantum sufficit: ita tamen vt iuxta Regulam ebrietas, vel satietas non subrepat. Quapropter monemus Fratres, ne bibant Vinum purum, nisi infirmitas hoc requireret. Et vt ab actibus secularibus nos faciamus alienos, bibimus in Scyphis fictilibus in Refectorio, tenentes illos vtraque manu, quando bibimus. In aliis verò locis possumus vti vitreis.

Quibus horis oporteat reficere Fratres.

CAP. XLI.

A Sancto Pascha vsque ad Pentecostē ad Sextam reficiant Fratres, & ad serā cænent. A Pentecoste autem tota Æstate, si labores agrorum non habent Monachi, aut nimietas Æstatis non perturbat. Quarta & Sexta feria ieiunent, vsque ad Nonam, reliquis verò diebus ad Sextam prandeant. Quæ prādii Sexta si opera in agris habuerint, aut Æstatis feruor nimius fuerit, continuanda erit, & in Abbatis sit prouidentia. Et sic omnia temperet atque disponat, qualiter & animæ saluentur, & quòd faciunt Fratres absque vlla murmuratione faciant. Ab Idibus autem Septembris vsque ad caput Quadragesimæ, ad Nonam semper reficiant Fratres. In Quadragesima verò vsque ad Pascha ad Vesperam reficiant. Ipsa tamen Vespera, sic agatur, vt lumine lucernæ non indigeant reficientes. sed luce adhuc diei omnia consummantur. Sed & omni tempore, siue cœnæ, siue refectionis hora sic temperetur, vt cum luce fiant omnia.

1. A PEN-

1. (A PENTECOSTE AVTEM.) *Quoniam Fratres nostri multas consecuti sunt dispensationes, & indulgentias in ieiuniis regularibus, volentes aliquam pro iis compensationem reddere.: Ordinamus vt omnes Congregationis nostræ Monachi, & Commißi ieiunent per totum annum omnibus diebus Veneris, ob reuerentiam eius diei, in quo Dominus ac Redemptor noster* IESVS CHRISTVS *passus est. Nisi fortè tali die aliquando contingeret aliquod solenne & præcipuum Festum celebrari, quo casu dispensandum esset: tempore tamen æstiuo, ob nimios calores addantur Ientaculo Serotino aliqui fructus.*

2. (AB IDIBVS SEPTEMBRIS.) *Intelligitur exclusiuè, prout declarabitur in Capitulo de opere manuum quotidiano, super verbo, vsque ad Calendas Octobris.*

3. (VSQVE AD CAPVT QVADRAGESIMÆ AD NONAM SEMPER REFICIANT FRATRES.) *Dispensamus autem infra scriptis diebus, propter reuerentiam solennitatum, In Festo S. Matthæi Apostoli, Dedicationis, S. Michaelis, S. Iustinæ de Padua, S. Lucæ, Sanctorum Simonis & Iudæ. Omnium Sanctorum, S. Martini, S. Andreæ, quando celebratur extra Aduentum, Natiuitatis Domini nostri* IESV CHRISTI, *cum tribus sequentibus diebus, Circumcisionis ipsius, Epiphaniorum eius, S. Antonij Abbatis, Purificationis Beatæ Mariæ Virginis, S. Matthiæ, quando extra Quadragesimam venit, & Tituli loci. Insuper etiam, vt Fratres nostri alacrius inseruiant his, & aliis Regularibus obseruantiis, concedimus Prælati*

licenti-

licentiam eosdem dispensandi altera die, præter dictas Festiuitates in qualibet hebdomada.

4. Et licet experientia docti, (quæ rerum magistra est,) apertè cognoscamus, quia nimia recreationũ relaxatio, potius distrahat & eneruet quam recreet, & proficiendi materiam subministret: tamen infirmitati humanæ condescendente, Prælatos hortamur, vt per aliquot dies ante Aduentum, itemq; per aliquot plures ante Quadragesimam, sint erga Fratres in relaxationibus aliquanto indulgentiores, nimietate vitata: quatenus huiusmodi relaxatione præmissa, alacrius postmodum atque feruentius debitum suæ seruitutis persoluant, & per Monasteria Congregationis vniformitas obseruetur.

5. Dispensamus item ab Idibus Septembris, vsq; ad Aduentum, & à Festo Natiuitatis vsque ad Quadragesimæ caput, vt cæteris diebus à prædictis quibus soluitur ieiunium, detur pro collatione serotina modicum panis duarum videlicet vel trium vnciarum, præterquam si dies Ieiunij fuerit de præcepto.

6. (IN QVADRAGESIMA VSQVE AD PASCHA AD VESPERAM SEMPER REFICIANT.) Hoc Quadragesimæ tempore ita moderentur Diuina Officia: vt Hora Nona quæ est in meridie, completa sint & persoluta; postea reficiant Fratres.

7. (CVM LVCE OMNIA FIANT.) Quia nostris temporibus Diuina Officia, ita aucta sunt, & Officiorum solennitates, quod quando ipsæ solẽnitates occurrunt in diebus in quibus non est ieiunium, Hyemis tẽpore, quo dies sunt breuissimi, non videmus cœnam fieri posse in luce, absque manifesta

corpo-

corporum læsione. Et si voluerimus Diuinorum celebrationem multum tempestiuè expedire (cum maiori ex parte Monasteria nostra habeant maximum populi concursum) eis scandalum gigneretur: & malum exemplum caperent de vtraque tempestiua refectione. Considerato etiam quod non deuiat à iustitia, variare quandoque antiqua, propter rerum & causarum varietatē, & propter nouos Ecclesiæ ritus: Propterea dispensando ordinamus, q̃ ab Abbatis pendeat arbitrio temporum horum accommodatio, tam quoad Officiorum Solennitates, quam quoad refectionem, habita temporum & locorum diligenti consideratione, nec non salua corporum valetudine.

Vt post Completorium nemo loquatur.

CAP. XLII.

OMni tempore silentio debent studere Monachi, maximè tamen nocturnis horis. Et ideo omni tempore, siue ieiunii, siue prandii; si tempus fuerit prandii, mox vt surrexerint à cœna sedeant omnes in vnum, & legat vnus collationes, vel Vitas Patrum, aut certè aliquid quod ædificet audientes. Non autem Heptateuchũ, aut Regum: quia infirmis intellectibus non erit vtile illa hora hanc Scripturam audire: aliis verò horis legantur. Si autem ieiunii dies fuerint, dicta Vespera paruo interuallo mox accedant ad Lectionem, vt diximus, & lectis quatuor, aut quinque foliis, vel quantum hora permittit,

omni-

omnibus in vnum concurrentibus, per hanc moram Lectionis. Si quis fortè in assignato sibi commisso, fuerit occupatus, occurrat. Omnes ergo in vnum positi compleant: & exeuntes à completorio nulla sit licentia denuò cuiquam loqui aliquid. Quod si inuentus fuerit quisquam præuaricari hanc taciturnitatis regulam, grauiori vindictæ subiaceat: Excepto si necessitas Hospitum superuenerit, aut fortè Abbas alicui aliquid iusserit. Quod tamen & ipsum cum summa gravitate & moderatione honestissimè fiat.

1. (MOX VT SVRREXERINT A COENA.) *Intellige mox, largo modo: quia plerumq; differūt per horam, vel amplius: ne huiusmodi Lectio ob recentem cænam sit tediosa. Pro qua Lectione pulsatur primum Completorij signum, & fratres omnes in Capitulo conueniunt ad huiusmodi Lectionem.*

2. (QVANTVM HORA PERMITTIT.) *Aduertimus, prout infra ordinabimus spatia diei, quorum quodlibet opus suum habet, quod hora permittit tantum Lectionem vnius horæ quarta parte, & non vltra durare posse.*

De ijs qui ad opus Dei, vel mensam tarde occurrunt. CAP. LXIII.

A Dhoram Diuini Officii mox vt auditū fuerit signum, relictis omnibus quælibet fuerint in manibus summa cum festinatione curratur: cū grauitate tamē, vt nō scurrilitas inueniat fomitē. Ergo nihil operi Dei præponatur. Quod si quis ad Nocturnas Vigilias post Gloriam Psalmi 94. (quem

propter

propter hoc omnino protrahendo & moro-
sè volumus dici) occurrerit: non ſtet in or-
dine ſuo in Choro, ſed vltimus omnium ſtet,
aut in loco quem talibus negligentibus ſeor-
ſum conſtituerit Abbas, vt videatur ab ipſo,
vel ab omnibus: vſque dum completo Ope-
re Dei publica ſatisfactione pœniteat. Ideo
autē eos in vltimo aut ſeorſum iudicauimus
debere ſtare: vt viſi ab omnibus, vel pro ipſa
verecundia ſua emendentur. Nam ſi foras
Oratorium remaneant, erit fortè talis qui ſe
aut recollocet & dormiat, aut certè ſedeat fo-
ris, vel fabulis vacet, & detur occaſio mali-
gno: ſed ingrediatur intro, vt nec totum per-
dat, & de reliquo emendetur. Diurnis autem
horis, qui ad opus Dei poſt verſum, Glori-
am Primi Pſalmi, qui poſt verſum dicitur
occurrerit, lege qua ſupra diximus in vltimo
ſtet, nec præſumat ſociari Choro Pſallentium
vſque ad ſatisfactionem: niſi fortè Abbas li-
centiam dederit permiſſione ſua, ita tamen
vt ſatisfaciat reus ex hoc. Ad Menſam autem,
qui ante verſum nō occurrit, vt ſimul omnes
dicant verſum, & orent, & ſub vno ſimulo
mnes accedant ad menſam, qui per negligen-
tiam ſuam, aut vitium non occurrerit, vſque
ad ſecundam vicem pro hoc corripiatur: ſi
denuò non emendauerit, nō permittatur ad
menſæ communis participationem, ſed ſe-
queſtratus à conſortio omnium reficiat ſo-
lus, ſublata ei portione ſua vini, vſque ad ſa-
tisfactionem & emendationem. Similiter au-
tem patiatur, qui ad illum verſum non fuerit

præsens, qui post cibum dicitur. Nec quisquã præsumat ante statutam horam vel postea quicquam cibi vel potus percipere. Sed & si cui offertur aliquid à Priore, & accipere renuerit: hora qua desiderauerit hoc quod prius recusauit, aut aliud omnino non percipiat, vsque ad emendationem congruam.

1. (AD HORAM DIVINI OFFICII.) *Quam solicitos nos velit esse ad Diuina Officia Beatissimus Pater noster Benedictus in his verbis ostendit: Ideoque aliquid strictius suadente ratione, ab ipsa tamen regula non discedentes ordinandum duximus.*

2. *Vt videlicet ad nocturnas vigilias seruetur ad literam regula: sed quando dicitur officium Beatæ Virginis, in principio nocturnalis officij, qui venerit post Hymnum genu flectat, & facto à Superiore signo vadat ad locum suum: qui verò post Gloriam primi Psalmi, genuflectat: & expectato Superioris signo se excuset, vel locum negligentium petat.*

3. *In Diurnis verò horis qui venerit post Hymnum qui præmittitur Psalmis, genuflectat vt supra, & vadat ad locum suum: si autem post Gloriam primi Psalmi, etiam in horis in quibus Hymnus non præmittitur Psalmis occurrerit, genuflectat, factoq; à Superiore signo excuset se, vel pœniteat vt supra.*

4. *Ad Lectionem verò quæ dicitur ante Completorium, qui occurrerit postquam data benedictione, Lector incœperit legere, genuflectat, vt supra, & se excuset: aut vltimus sedeat.*

5. *Ad Completorium verò, si non interfuerit Le-*

ctioni, nec se excusauerit, quandocumque occurre-
rit, genuflectat, factoq; à Superiore signo, se excuset,
aut in vltimo stet: si vero se excusauerit, aut inter-
fuerit Lectioni, & inde cum licentia recesserit, &
post absolutionem, quæ datur in principio Comple-
torij venerit, genuflectat, expectatoque Superiori
signo, vadat ad locum suum. Si vero post gloriam,
primi Psalmi venerit genuflectat vt supra, & se ex-
cuset, aut vltimam sedem petat.

6. (DVM COMPLETO OPERE DE
PVBLICA SATISFACTIONE POENI-
TEAT). Hæc publica satisfactio actu fiat, potius qui
verbo: propter silentium. Ideo huiusmodi frater, cō-
pleto Diuino Officio, in medio Chori coram Supe-
riore genibus flexis tamdiu maneat, quousq; Supe-
rior faciat ipsi signum.

1 (VT SIMVL OMNES DICANT
VERSVM) Declaramus sufficere, quod Frater
intra ostium refectorij, cū Superior incipit versum,
Benedicite. Quo pronuntiato qui deinde ingredium-
tur, genuflectant, factoque à superiore signo surgā-
2. (PROPTER ID CORRIPIATVR.
2. Ordinamus, quod tam Negligentes, quam etiam
qui fuerint iusta causa occupati, vt disciplina & hu-
militas ostēdatur genuflectant: & facto sibi signum
Superiore surgant, & causam suæ tarditatis ipsi
Superiori pandant submissa voce, vt cognoscatur
negligens à legitime occupato.
3. Seruitores vero Coquinæ licet genuflectant, non
tamen se excusent: quia satis liquet eos legitime oc-
cupatos.
4 Si quis autem legitime occupatus non posset in

ad Officium, vel exercitium, vel ad mensam, vel quando aliter Conuentus congregatur: excusationē suam per se, vel per alium faciat, dicendo Superiori causam suæ occupationis.

5. Si vero alicui necesse fuerit discedere ab Officio, siue ab exercitio, siue à Conuentu quomodocunque congregato per paruum temporis spatium, licentiā à Superiore solo nutu petat: cui verò necesse esset discedere animo non redeundi, dicat causam Superiori, & super hoc obtineat licentiam particularem.

6. Prælati vero euntes ad alia Monasteria, pro benedictione, aut intrātes Chorum, vel Refectorium, si tardè eos contingat occurrere, non ob id genuflectant, nec etiam licentiam petant, si inde abire voluerint, nisi ibi fuerit Pater Præsidens.

De iis qui excommunicantur, quomodo satisfaciāt.

CAP. XLIV.

QVi pro grauiori culpa ab Oratorio, & à mēsa excommunicatur, hora qua opus Dei in Oratorio celebratur, ante fores Oratorij prostratus iaceat, nihil dicens, nisi tantū posito in terram capite, & prostratus, pronus omniū de Oratorio exeūtiū pedibus se proiiciat. Et hoc tādiu faciat vsq; dū Abbas iudicauerit satisfactū esse. Qui dū iussus ab Abbate venerit, prouoluat se ipsius Abbatis pedibus, deinde omniū vestigiis Fratrū, vt orēt pro eo. Et tūc si iusserit Abbas recipiatur in choro vel in ordine quo Abbas decreuerit: ita sane vt

Psalmum aut Lectionem vel aliud quid non præsumat in Oratorio imponere, nisi iterum Abbas iubeat. Et omnibus horis dum completur opus Dei, proiiciat se in terram in loco in quo stat: & sic satisfaciat, vsque dum ei iubeat Abbas, vt quiescat iam ab hac satisfactione. Qui verò pro leuibus culpis excommunicantur tantum à mensa, in Oratorio satisfaciant: vsq; ad iussionem Abbatis hoc semper faciant vsque dum benedicat, & dicat sufficit.

De iis qui falluntur in Oratorio.

CAP. XLV.

SI quis dum pronuntiat, Psalmum, Responsorium, aut Antiphonam, vel Lectionem fallitur, nisi cũ satisfactione ibi coram omnibus humiliatus fuerit maiori vindictæ subiiceat: quippe qui noluit humilitate corrigere quod negligentia deliquit. Infantes verò pro tali culpa vapulent.

1. (CORAM OMNIBVS.) *Declaramus, quando error est modicus, sufficiat tangere terram manu: sed si error fuerit notabilis, vt putà quando suo excessu alios errare fecerit, aut necesse fuerit emendari legendo, aut cantando, aut magnum strepitum fecerit, mox completa Lectione, vel Antiphona, aut cantu, si in his fuerit occupatus, genuflectat ante Superiorem, donec sibi signum factum fuerit*

De iis qui in aliis quibuslibet rebus delinquunt.

CAP. XLVI.

SI quis dum in labore quouis, in Coquina, in Cellario, in ministerio, in pistrino, in Orto, in arte aliqua dum laborat, vel in quocunque loco aliquid deliquerit, aut fregerit quippiam, aut perdiderit, vel aliud quid excesserit vbi vbi: & non veniens continuo ante Abbatem, vel Congregationem ipse vltrò satisfecerit, & prodiderit delictum suum: dũ per alium cognitum fuerit, maiori subiaceat emendationi. Si animæ verò peccati causa latens fuerit: tantum Abbati, aut Spiritualibus Senioribus patefaciat, qui sciant curare sua, & aliena vulnera non detegere aut publicare.

1. (ET NON VENIENS CONTINVÒ.) *Declaramus, hoc esse seruandum, quando Abbas ibi adesset, aut in loco propinquo, & hoc delinquens scierit: aliàs satisfaciat ante Congregationem in sequenti Capitulo: quod ob hoc teneri volumus singulis diebus post primam, præterquam in diebus Festiuis, vt supra diximus: considerato tamen, quod si contingeret Fratrem commisisse peccatum mortale (quod absit,) & hoc esset notorium, licet dicat suam culpam in Capitulo ob satisfactionem Fratrum, confiteatur tamen & suo Confessori: qui eum in forma Ecclesiæ absoluat, aliàs non esset absolutus.*

2. (SI ANIMÆ CAVSA LATENS FVERIT.) *Diligenter hic est animaduertendum, quod si Regula præcipit in fractura rerum insensibilem, & in exceßibus, qui palam contra proximum commituntur, mox illos debere manifestari Prælato, & satisfacere: quanto magis credendum est illos occultos, & spirituales defectus, qui Deum immediate offendunt, & perimunt ac frangunt animam, debere Fratres mox confiteri, & pro illis satisfacere.*

3. *Et quia quasi continue delinquimus, & septies in die cadit iustus, ne Patres occupati tota die teneantur, statuimus, vt quilibet Frater confiteatur saltem semel in hebdomada. Quod tempore Sanctißimi Patris nostri Benedicti seruabatur: eò quod in Capitulo de hebdomadario Lectore dicit, quod Lector accipiat mixtum propter Sanctam Communionem, quæ Communio fiebat singulis Dominicis, & consequenter confeßio, contrafaciens dicat suã culpa in Capitulo, & comedat in terra in Refectorio.*

4. *Ordinamus item quod nullus ex nostra congregatione Monachus, commissus, vel nouitius, extra Sacramentalem confeßionem legitimis factam Sacerdotibus, aliquid secreto recipiat sub sigillo confeßionis ab aliquo de ipsa congregatione. Contrafacientes vero nõ poßint dispensari pro tali inobedientia, nisi à suo Prælato: iniuncta eis pœnitentia ieiunandi tribus diebus in pane & aqua intra vnius mensis spatium.*

De

De significanda hora operis Dei.

CAP. XLVII.

NVntianda hora Operis Dei die noctuq; sit cura Abbatis, aut ipse nuntiare: aut ali sollicito Fratri iniungat hanc curam, vt omnia horis competentibus compleantur. Psalmos autem, vel Antiphonas post Abbatē ordine suo, quibus iussum fuerit imponāt. Cantare autem, aut legere non præsumat nisi qui potest ipsum officium implere, vt ædificētur audiētes. Quod cū humilitate, & grauitate, & tremore faciat, & cui iusserit Abbas.

1. (NVNTIANDA HORA OPERIS DEI.) *Imponatur hoc officium Sacristæ.*

2. (CANTARE, AVT LEGERE.) *Idcirco debentes legere aut cantare præuideāt lectione quas debent legere aut cantare, præparentq; libros tempore congruo: adeo quod scandalum non sequatur, contrafacientes grauiter puniantur.*

3. (QVI POSSIT DICTVM OFFICIVM IMPLERE.) *Ideoque ordinamus, quod Patres Monasteriorum nostræ congregationis cum consilio suorum Seniorum Fratres quos ad discendum idoneos indicauerint, in Grammatica, & cantu plano, & casibus conscientiæ, sollicitè instrui faciāt à Fratribus doctis, si commode fieri potest: sin autem ab aliis mercede conductis, si possibilitas loci permiserit.*

4. *Cum vero impium, & à Monastica disciplina alienum sit, inertia otioq; languescere, & ab antiquis Patribus qui Ecclesiam militantem omni doctrinæ*

genere, & facultate illustrarunt Filios degenerare: vt huiusmodi ignominiam & notam fugiamus, o- tiumq; & nugas, efficax Diaboli virus euitemus: Diuinarumq; scripturarum speculationi efficacius intendere possimus, simul vt coalescenti in dies, au- thore Deo, Congregationi nostræ, hæc etiam inter cætera Scientiæ gemma non desit: Hac præsenti Co- stitutione ita decernimus.

5. In omnibus Monasteriis quantuscumq; sit nu- merus Monachorum, frequentissima, vel saltem die- ebus Dominicis omnibus aut semel in hebdomada habeatur Lectio Sacræ Scripturæ, vel Catechismi Romani. Diebus autem non festis, quotidiana Le- ctio sit Grammaticæ, vel humaniorum literarum pro auditorum captu, vel indigentia. Et si locorum ac personarũ ratio feret, diebus singulis, aut salte alternis, altera etiam Lectio sit de officiis pœnite- tiæ, quæ casus conscientiæ vocant.

6. In Monasteriis S. Faustini Brixiæ, S. Simplicia Mediolani, S. Saluatoris Papiæ, S. Petri Mutinæ, Ab- batiæ Florentinæ, S. Seuerini Neapolis, S. Nicola Catanie, perpetua lectio sit sacrorum Canonum.

7. In Monasteriis Prataleæ, S. Benedicti de Padol- rone, S. Ioannis Parmæ, Casini, S. Trinitatis Cam. S. Angeli Cauiosi, S. Placidi Messanæ, binæ Lectio- nes perpetuo sint, Logicæ scilicet ac naturalis Philo- sophiæ.

8. In Monasteriis S. Georgij Venetiarum, S. Naza- rij Veronæ, S. Petri in Glassiatæ, S. Sixti Placentiæ Pontosiæ, vel S. Benedicti Ferrariæ, S. Vitalis Ra- uennæ, S. Mariæ Cesenæ S. Pauli de Vrbe, S. Lauren- tij de auersa, Montis Regalis, quotidiana Lectio Logicæ aut Philosophiæ, pro auditorum qualitate

9. In Monasteriis S. Georgij Venetiarum, S. Eufemiæ Brixiæ, Sancti Proculi Bononiæ, Lectio sit quotidiana Græcæ Linguæ, vel Hebraicæ.

10 In Monasteriis S. Iustini Patauij, S. Pauli de Argon, S. Petri Perusij, & S. Martini de Scalis, Seminaria instituantur futurorum Lectorum Theologiæ, ac Philosophiæ: ad quæ ij tantum Scholares mittantur, qui Logicæ apprimè calleant, & in primordiis Philosophiæ specimen non contemnendum ingenij dederint.

11. In singulis autem huiusmodi Seminariis, vt minimum bini Lectores sunto, alter Theologiæ & alter Philosophiæ: vterq; imprimis probatis moribus, & doctus: qui assiduè scholarium disputationibus & collationibus intersit.

12. Prædictæ autem lectiones in omnibus suprascriptis monasteriis ad id designatis perpetuo habeantur: neq; ab his amoueri possint aut alterari, nisi per Capitulum generale, de consensu duarum partium Prælatorum, seruatis seruandis: vt in alijs ordinationibus per Prælatos abrogandis, siue approbandis. Isq; ordo ac regula seruetur tam in Seminariis, quã in alijs monasteriis, qui à Capitulo generali ad studiosorum profectum statuetur.

13. Et vt fratres nostri ardentius præfatis studiis incumbant, quo maior eis commoditas data fuerit: hortamur Prælatos & Superiores monasteriorum per viscera misericordiæ Dei nostri, vt omnem eis commoditatem tribuant, etiam à communibus exercitiis, & ab aliquibus horis canonicis (non tamen diebus festis, nec prætermissa oratione mentali, integra etiam pro viribus regulari obseruantia) si opus fuerit eximendo.

14. Pro fratrum quoque studio vacantium diligentiori custodia, & seueriori disciplina, atque v tempus non inutiliter conteratur, vnus ex deputatis monasterij, qui scholis præsideat, in reformation Officialium eligatur: qui cuncta secundum Deum & scholarum profectum exequens pro viribus sem per adesse procuret.

De opere manuum quotidiano.

CAP. XLVIII.

OCiositas inimica est animę: Et ideò certis temporibus occupari debent fratres in labore manuum: certis iterũ horis in lectione diuina. Ideoque hac dispositione credimus vtraque tempora ordinari, id est, à Pascha vsque ad Calendas Octobr. man exeuntes, à prima vsque ad horã pæne quar tam laborent, quod necessarium fuerit. A hora autem quarta vsque ad horã quasi sex tam, lectioni vacẽt. Post sextam autẽ surgen tes à mensa, pausent in lectis suis cum omn silentio: aut fortè qui voluerit legere, sibi si legat, vt alium non inquietet. Et agatur no na temperiùs, mediante octaua hora: & ite rum, quod faciendum est, operentur vsqu ad vesperum. Si autem necessitas loci, au paupertas exegerit, vt ad fruges colligend per se occupentur, non contristentur: qui tunc vere monachi sunt, si labore manuum suarum viuunt: sicut & Patres nostri & Apo stoli. Omnia tamen mensuratè fiant, propte pusillanimes. A Calendis autem Octobris

vſque ad caput Quadrageſimæ, vſque ad horam ſecundam plenam, lectioni vacent, hora ſecunda agatur tertia, & vſque ad nonam omnes in opus ſuum laborent, quod eis iniũgitur. Facto autem primo ſigno horæ nonæ, diſiungant ſe ab opere ſuo ſinguli, & ſint parati dum ſecundum ſignum pulſauerit. Poſt refectionem autem, vacent lectionibus ſuis, aut Pſalmis. In Quadrageſimæ verè diebus, à mane vſque ad tertiam plenam, vacent lectionibus ſuis: & vſque ad decimam horam plenam, operentur quod eis iniungitur. In quibus diebus Quadrageſimæ accipiant omnes ſingulos codices de Bibliotheca; quos per ordinem ex integro legant. Qui codices in capite Quadrageſimæ dandi ſunt. Ante omnia ſanè deputentur vnus aut duo ſeniores, qui circumeant monaſterium horis quibus vacant fratres lectioni: & videant ne forte inueniatur frater acidioſus, qui vacat ocio, aut fabulis, & non eſt intentus lectioni, & non ſolum ſibi inutilis eſt, ſed etiam alios extollit. Hic talis ſi (quod abſit) repertus fuerit, corripiatur ſemel & ſecundo: ſi non emẽdauerit, correptioni regulari ſubiaceat taliter, vt cæteri metum habeant. Neque frater ad fratrem iungatur horis incompetentibus. Dominico die lectioni vacent omnes exceptis his, qui variis officiis deputati ſunt. Si quis vero ita negligens & deſidioſus fuerit, vt non velit, aut non poſſit meditari, aut legere, iniungatur ei opus quod faciat, vt non vacet. Fratribus infirmis vel

deli-

delicatis talis opera aut ars iniungatur, vt nec ociosi sint, nec violentia laboris opprimantur, vt effugentur. Quorum imbecillitas ab Abbate consideranda est.

1. (CREDIMVS VTRAQVE TEMPORA ORDINARI.) *Quia nostris diebus occupationes maiores antiquis temporibus Monachis excreuere, tam in diuinis officiis, quam circa fraterna obsequia: ideo videtur nobis difficillimum, quodam modo posse Regulam seruari secundum diuisiones suas, præcipuè hyemali tempore, quo diei breuitas vix sinit Monachos diuini officij debitum exoluere.*

2. *Attendentes igitur quod nec Regula, ita firmiter ista diuidit tempora, quod velit omnino illa seruari, sicut sonat verbum* CREDIMVS. *Declaramus horum omnium dispositionem in arbitrio Abbatis esse reponendam, tam quoad diuina officia, quam quoad Lectiones, aliaque exercitia: qui omnia rationabiliter habita locorum, & temporum consideratione disponet, ita vt Ecclesiæ, & populo satisfiat, & ne Monachi nimium quam par sit grauentur.*

3. (VSQVE AD CALENDAS OCTOBRIS.) *Intellige omnes Calendas, quæ sunt decem, & octo: aliter contradiceretur iis, quæ statuuntur in Capitulo quadragesimo primo quibus horis oporteat reficere Fratres: vbi dicitur, quod ab Idibus Septembris vsque ad caput Quadragesimæ, ad Nonam semper reficiant Fratres: & sic incipimus ieiunare, & cessare à meridiana dormitione, in ipsa die in qua occurrit Festum S. Crucis.*

4. (LECTIONI VACENT.) *Dispensamus quod Fratribus nostris post refectionem primæ mensæ, per spatium vnius horæ liceat ire per hortum aut per Monasterium, pro sua recreatione, dummodo alter alteri non se coniungat absque Patris aut Seniorum licentia. Prælati verò Monasteriorum nostrorum sint benigni ad concedendam huiusmodi licentiam Fratribus nostris pro eorum recreatione, præcipuè in solennitatibus duplicibus, exceptis illis quæ occurrunt in Quadragesima, & Aduentu.*

5. *Elapsa verò vna hora, post primam mensam, pulsetur pro Dormitione, incipiendo à Pascha, nisi occurrat in mense Aprilis. Quo casu dispensamus, quod præfata Dormitio incipiat in festo Sanctissimi Patris nostri Benedicti, & dormiant Fratres per vnius horæ spatium, vsque ad medium Aprilis, inde vsq; ad medium Augusti duarum, & inde vsque ad Idus Septembris, per vnius horæ, vt supra, spatium dormiant. Quo tempore dormitionis qui non vult dormire, seruet silentium in Cella: nec illo tempore vagetur per Monasterium, nec in aliis exercitijs occupetur. Post Dormitionem pulsetur & dicatur Nona.*

1. (A CALENDIS AVTEM OCTOBRIS.) *Intellige inclusiuè, videlicet omnes Calendas illius mensis includendo. Aduertendum tamen omni tẽpore anni, quando est ieiunium de præcepto Ecclesiæ, vt ita moderentur interualla temperum, quod Fratres hora Nona, vel circa reficiant, vt volunt Doctores.*

Post primam mensam habeant Fratres horam vnã ad sui recreationem, vt supra in AEstate: postea vacant Lectioni, vel exercitio, sicut fuerit ordinatũ.

1. (IN QVADRAGESIMÆ VERO DIEBVS.) *Hoc tempore prima pulsetur circa ortum solis: qua dicta, immediate dicantur Psalmi pœnitentiales cum Litaniis, quando fit de Feria.*

2. *Spatia verò aliarum horarum, scilicet Tertiæ, Sextæ, Nonæ, Missæ, & Vesperarum, Prælati Monasteriorum nostrorum, sic moderentur: vt in diebus horum ieiuniorum, hora Nona, quæ est in meridie, completa sint & persoluta; postea reficiant Fratres.*

3. *Sed aduertendum est, quando occurrit festum duodecim Lectionum in Quadragesima, post Tertiam cantari debet Missa de festo, & post Nonam dicatur Missa de feria.*

4. *Item post agnus Dei pulsetur signum, pro Vesperis primum: & quando Sacerdos dicit Orationes in fine Missæ, pulsetur secundum signum.*

5. *Si vero sequenti die erit festum duodecim Lectionum, primum signum pulsetur statim post eleuationem Dominici sanguinis: alia vero duo signa, vt supra.*

6. *Dictis Vesperis fratres reficiant. Post primam mensam transacta hora vna, Fratres vacent Lectioni, aut exercitio manuali, prout fuerit ordinatum, vsque ad Completorium: quod hoc tempore pulsetur, paulo ante horam vigesimam tertiam.*

7. *Et notandum, quod quando Fratres debent ire ad exercitiũ, pulsetur Campana Capituli per ictus distinctos, per spatium vnius Pater noster, & Aue Maria. Et si Monasterium fuerit ita magnum, quod hæc Campana audiri nequeat, dentur prius quinque ictus Campana Campanilis, & tunc fratres se congregent in locum ad id deputatum, vt audiant*

à Supe-

à Superiore, qui ibi fuerit, quale exercitium sit faciendum. Et in principio cuiuslibet exercitij, vnusquisque genibus flexis dicat, Aue Maria, vt deuotius opus perficiatur.

Quando autem ire debent ad Cellas, vt vacent Orationi, vel Lectioni, Campana Capituli pulsetur extēsè per spatium vnius Pater nost. & Aue Maria.

9 *Item hortamur, quod, quando fit exercitium in loco quieto, pro ædificatione legatur aliquid. Si autem exercitium fuerit in motu fiat cum silētio: aut loquantur submissa voce, vbi occurrerit loquendi necessitas.*

10. (NEC FRATER IVNGATVR AD FRATREM HORIS INCOMPETENTIBVS.) *Declaramus horas incompetentes esse totum tempus, quod superest vltra Canonicas horas & refectionem & exercitij tempus, & aliud tempus, in quo qualitas negotij exegerit plures Fratres in vnū conuenire.*

De Quadragesimæ obseruatione.

CAP. XLIX.

LIcet omni tempore vita Monachi Quadragesimæ debeat obseruationem habere: tamē quia paucorū est ista virtus, ideo suademus istis diebus Quadragesimæ omni puritate vitā suā custodire omnes pariter negligentias aliorū temporū his diebus Sāctis diluere. Quod tunc digne fit, si ab omnibus vitiis nos temperemus. Orationi cum fletibus, Lectioni, & compunctioni cordis, atque

abſti-

abſtinentiæ operam demus. Ergo his diebus augeamus nobis aliquid ad ſolitum penſum ſeruitutis noſtræ: Orationes peculiares, ciborum & potus abſtinentiam: vt vnuſquiſque ſuper menſuram ſibi indictam, aliquid propria voluntate cum gaudio ſancti Spiritu offerat Deo: id eſt ſubtrahat corpori ſuo de cibo, de potu, de ſomno, de loquacitate, de ſcurrilitate, & cum ſpiritualis deſiderii gaudio ſanctum Paſcha expecter. Hoc ipſum tamen quod vnuſquisque offert, Abbati ſuo ſuggerat, & cum eius ſiat oratione & voluntate: quia quod ſine permiſſione Patris ſpiritualis fit, præſumptioni deputabitur & vanæ gloriæ non mercedi. Ergo cum voluntate Abbatis omnia agenda ſunt.

1. (ISTIS DIEBVS QVADRAGEGIMÆ *Hanc Quadrageſimam declaramus incipere, quia ad abſtinentiam huiuſmodi, ſecunda Feria poſt Quinquageſimam: ſic vt feria ſecunda, & tertia ante cineres abſtinentia à lacticiniis in omnibus locis ab omnibus Fratribus & Prælatis noſtris inuiolabiliter obſeruetur. Qui contra feciſſe fuerint conuicti, Prælati integrum Pſalterium recitent totiesquoties, cæteri ter ieiunent in terra, in pane & aqua tribus diebus ſequentibus.*

2. Et vt iuxta Regulam, augeamus aliquid ad ſolitum penſum ſeruitutis noſtræ: vltra Pſalmos Pœnitentiales, & Officium Mortuorum, Diſciplina quæ fit omni tempore Feria ſexta, fiat tota Quadrageſima, quarta & ſexta Feria. In hebdomada ſancta addatur Feria quinta.

3. Similiter à prima Dominica de Aduentu inclusiuè, incipimus abstinere à lacticiniis, & secunda feria ieiunare, continuando vsque ad festum sacratissimæ natiuitatis Domini.

De Fratribus qui longè ab Oratorio laborant, aut in via sunt. CAP. L.

FRatres qui omnino longè sunt in labore, & non possunt occurrere hora competenti ad Oratorium, & Abbas hoc perpendit, quia ita est, agant ibidem opus Dei, vbi operantur, cum tremore Diuino flectentes genua. Similiter qui in itinere directi sunt non eos prætereant horæ constitutæ, sed vt possunt agant sibi, vt seruitutis pensum non negligant reddere.

1. (FLECTENTES GENVA.) *Intelligimus, quãdo dicitur Pater noster & Collecta, temporibus quibus est ordinatum ab Ecclesia quod tunc dicentes Officium genuflectant.*

De fratribus, qui non satis longè proficiscuntur CAP. LI.

FRatres qui pro quouis responso proficiscuntur, & ea die sperant reuerti ad Monasterium, non presumant foris manducare, etiam si à quouis rogentur: nisi fortè eis ab Abbate suo præcipiatur. Quod si aliter fecerint, excommunicentur.

1 (NON PRÆSVMANT FORIS MANDVCARE.) *Declarando ordinamus, quod nullus nostræ Congregationis quantumcumque rogatus præsumat manducare aut pernoctare in domibus, possessionibus vel locis quibuslibet secularium, in Ciuitatibus aut locis in quibus habentur Monasteria vel loca nostra, etiam si sit in itinere constitutus. Qui autem contrafecerit, comedat in terra in Refectorio in pane & aqua, pro qualibet vice.*

De Oratorio Monasterij.
CAPVT LII.

ORatorium hoc sit, quod dicitur, nec ibi quicquam aliud geratur, aut condatur. Expleto Opere Dei, omnes cum summo silentio exeant, & agatur reuerentia Deo: vt Frater qui fortè sibi peculiariter vult orare, non impediatur alterius improbitate. Sed si alter vult sibi fortè secretius orare, simpliciter intret & oret; non in clamosa voce, sed in lachrymis, & intentione cordis. Ergo qui similem opus non facit, non permittitur expleto Opere Dei remorari in Oratorio, sicut dictum est: ne alius impedimentum patiatur.

1. (EXPLETO OPERE DEI OMNES CVM SVMMO SILENTIO EXEANT) *Nisi qui remanere voluerint, vt Orationi vacent. Nam si quis orare volens compelleretur exire, distraheretur fortè à deuotione, aut aliò diuertens, non rediret ad Orationem. Facimus tamen complexo opere Dei, breuem morulam in Choro, vt Fratres*

possint

possint Deo satisfacere, si quid omiserint de diuino Officio.

2. Orationem verò mẽtalem, singulis diebus, per dimidiæ saltem horæ spatium facimus, post Nonã, à Resurrectione Domini, vsque ad festum S. Crucis de mense Septembris, nisi dies ieiunij fuerit, quo tempore fit post Vesperas. A prædicto autem festo vsque ad Pascha, post Matutinum.

3. Ea autem omni tempore, sic fieri debet. Finito Officio Sacrista statim faciat signum, sicuti mos est, cum tribus ictibus Campanæ distinctis: & sic remaneant Fratres omnes in Choro, per quartam vnius horæ partẽ, tali Orationi vacantes. Tunc Superior postmodum faciat signum: & si qui voluerint ibidẽ Orationem prædictam complere, compleant. Alij autem ad Cellas se recipiant, pro eadem complẽda, per aliam quartam partẽ eiusdem horæ residuam. Qua expleta idem fiat per Sacristiam finis signum, quod principij factum fuerat, sicque intelligatur finita mentalis Oratio, nisi forte aliqui affectu deuotionis eandem diutius protrahere voluerint.

4. Et quoniam hisce temporibus laudabilis ac sacratissima inoleuit consuetudo faciendæ Orationis, per quadraginta horarum spatium, ante Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in altari inspiciẽdum positum: eandẽ nos quoque summa cum deuotione, & pro viribus sequamur iustum est. Ideo hortamur Prælatos, vt in hebdomada Sancta, aut in præcedenti, prout melius iudicauerint expedire deuotioni, & vtilitati Monachorum, & Fidelium hanc Orationem in Ecclesiis Monasteriorum nostrorum instituant: seruenturque ceremoniæ in Ritualibus descriptæ.

5. Volumus item quod secundum dispositionem muris communis, seruetur semper silentium in Choro, in Dormitorio, vt prædictum est, in Refectorio, etiam extra horam refectionis, & in quadam parte Claustri circa Capitulum, excepto si in dictis locis oporteret aliqua loqui breuiter & submissa voce.

6. Huiusmodi etiam silentium seruetur ad ignem communem Fratrum.

De hospitibus suscipiendis. CAP. LIII.

Matth. 25. OMnes superuenientes hospites, tanquam Christus, suscipiantur: quia ipse dicturus est, Hospes fui, & suscepistis me. Et omnibus congruus honor exhibeatur, maximè domesticis fidei, & peregrinis. Vt ergò nunciatus fuerit hospes, occurratur ei à Priore vel à fratribus cum omni officio charitatis, & primitùs orent pariter, & sic sibi socientur in pace. Quod pacis osculum non prius offeratur, nisi oratione præmissa, propter illusiones diabolicas. In ipsa autem salutatione, omnis exhibeatur humilitas omnibus venientibus siue discedentibus hospitibus, inclinato capite vel prostrato omni corpore in terra, Christus in eis adoretur qui & suscipitur. Suscepti autem hospites ducantur ad orationem: & postea sedeat cum eis Prior, aut cui iusserit ipse. Legatur coram hospite lex diuina, vt ædificetur: & post hæc omnis ei exhibeatur humanitas. Ieiunium à Priore

Matth. 18.

fra

frãgatur propter hospitẽ: nisi fortè præcipuus sit dies ieiunii qui non possit violari. Fratres autem consuetudines ieiuniorum prosequãtur. Aquam in manibus Abbas hospitibus det: pedes autem hospitibus omnibus tam Abbas quam cuncta congregatio lauet. Quibus lotis, hunc versum dicant: Suscepimus, Deus misericordiam tuam in medio templi tui. Pauperum, & peregrinorum maximè, susceptio omni cura solicitè exhibeatur: quia in ipsis magis Christus suscipitur. Nam diuitum terror ipse sibi exigit honorem. Coquina Abbatis & hospitum per se sit, vt in certis horis superuenientes hospites, qui nunquã desunt monasterio, non inquietent fratres. In quam coquinam ad annum ingrediantur duo fratres, qui ipsum officium benè impleant. Quibus, vt indigent, solatia ministrentur, vt absque murmuratione seruiant. Et iterùm quandò occupationem minorem habent, exeant vbi eis imperatur, in opera. Et non solùm in ipsis, sed & in omnibus officiis monasterii ista sit consideratio: vt quandò indigent, solatia accommodentur eis: & iterùm, quando vacant, obedient imperanti. Item & cellam hospitum habeat assignatam frater, cuius animã timor Dei possideat, vbi sint lecti strati sufficienter, & domus Dei à sapientibus sapienter administretur. Hospitibus autem, cui non præcipitur nullatenus societur neque colloquatur: sed si obuiauerit aut viderit, salutatis humiliter, vt dictum est, & petita benedictione, pertranseat, di

Psal. 47.

Matth. 18

cens, non licere sibi colloquí cum hospite.

1. (OMNES SVPERVENIENTES HOSPITES.) *Etsi modernis temporibus frequentia hospitum difficultatem generet adimplendi omnia quæ textus regulæ continet: habita tamen discretione, & temporum ac personarum consideratione, facile saltem vtiliora implebuntur.*

2. (VBI NVNCIATVS FVERIT HOSPES.) *Portarius viso hospite, iuxta qualitatem personæ, & temporum conditionem, aut extra expectare faciat, aut monasterij portam eum introducat, notumque faciat Superiori, si hospitandi conditio requiret, & Prælatus ordinauerit. Aut tunc siue ab vno Superiorum aut ostiariorũ, vel certam hospitum habẽtium, vel ab alio cui visum fuerit, seu pluribus, ipsi occurratur. Et ad Orationem & pacis osculum inclinato capite, vel prostratoque corpore, siue genibus flexis, si fuerit Prælatus, vel aliquis Dei seruus, aut religiosæ vitæ recipiatur officiosissime. Quæ omnia, vt valeant commodius fieri, sit Sacellum quantum possibilitas permittit iuxta portam Monasterij, quo ad Orationem huiusmodi hospites introducantur.*

3. (ADORETVR CHRISTVS.) *Mentalis scilicet Oratione, & deuotione. Consuetudo tamen omnium pæne Religiosorum est, quando eis occurritur, in osculo recipi, postmodum duci ad Orationem, quod quia ita communiter fit, inhumanum videretur, maxime si fuerint noti, primo occursu non exhibere eis osculum, sed post Orationem, propter communem consuetudinem: tutius tamen esset seruare Regulam.*

4. Cred

4. Credimus tamen hoc respectu, si in principio osculum obtulerimus, præmissa tamen Oratione mẽtali, & etiam dicto exterius aliquo, quod ad Orationem, vel Dei laudem pertineat, & Hospitem similia proferre fecerimus, puta: Deo Gratias. Benedictus Dominus noster IESVS CHRISTVS, & huiusmodi, non discedere ab effectu iustitiæ, dũmodo postea ad Orationem ducatur Hospes.

5. Osculum dicimus amplexum, quem præsertim Religiosis, & deuotis personis exhibemus. Si verò ob multitudinem, aliquando ita integrè huiusmodi ceremoniæ fieri non poterunt, fiant animo & mẽte: aliter seruetur Regula.

1. (LEGATVR CORAM HOSPITE LEX DIVINA.) Maxime laudamus, hoc fieri si commode possit, & tempus hoc permiserit, vt dum refectio paratur, aliquid Hospiti legatur, vel spiritualia dicantur, vnde ædificetur, habito respectu ad personæ qualitatem, & necessitatem: saltem non omittatur, quin ad mẽsam Hospiti aliquid legatur, iuxta conditionem personæ, vt ædificetur.

2. (AQVAM IN MANIBVS ABBAS HOSPITIBVS DET.) Intellige, si est præsens: alias Prior, vel alius Superior, aut ipsi curam Hospitium habentes.

3. Hospitibus autem, præterquam infirmis, debilibus, aut ex itinere fatigatis, in Infirmitorio, aut alio loco, seorsum esus carnium non concedatur, iuxta conditionem personarum.

4. (PEDES HOSPITIBVS, &c.) Hæc solennis lotio pedum, præcipue exhibetur iis qui conuersionis desiderio ad nostra Monasteria veniunt.

Aliquando, iis etiam qui deuotionis gratia, longo itinere Monasteria nostra visitant, aut aliis honestis causis, sicut Patribus Monasterij visum fuerit.

5. *Laudamus etiam hanc lotionem fieri maxime personis, vnde magis ædificatio sequi possit & augmentum deuotionis, erga Religionē. Nam sæpe huiusmodi actibus humilibus fit vt mēs aliena à Christo, concepto sancto desiderio, Christum cordis hospitio suscipiat, meliusq; tunc in eis Christus suscipiatur, quam in mensa Hospes.*

6. *Ipsa autem lotio ita fit, conuenientibus Fratribus in Capitulo aut in alio loco, sicut decet, Prælatus, & in eius absentia Prior Claustralis, & non Titularis, genibus flexis ante Hospitē pedes eius lauet. Quos dum incipit lauare, mox duo Fratres in medio loci genuflexi incipiant aliquid cantare, quod deuotionem excitet: & dicto primo versu, cæteri Fratres diuisis Choris genuflexi versus Hospitem eundem versum, cantando respondent, quem etiam post singulos versus, quos illi duo Fratres cantando prosequuntur, repetunt. Cum verò Superior ambos pedes lauerit, tergat primo pedem sinistrum, deinde dextrum, quo terso cooperiat linteo, excepta parte quadam, quam ipse primo osculatur, & sic successiuè Fratres omnes Hospiti pedem osculantur, incipiendo à Superiore, & subsequendo per ordinem vtriusque Chori.*

7. *Hoc quoque modo dicuntur Fratres omnes lauare pedes Hospitis, cum ibi eius causa assistant. Nā nimis absurdum esset, quod omnes Fratres, qui fortè erunt sexaginta, actualiter lauarent pedes vnius Hospitis.*

8. *Completa deosculatione calciatisque pedibus*

hospi-

hoſpitis, ſtatim ſurgit: & ſimul cum hoſpite genuflectens, omiſſo à fratribus cantu incipiat verſum: Suſcepimus Deus, &c. Reſpon, In medio templi tui. Pater noſter ſecretò. Verſ. Et ne nos inducas. Reſp. Sed libera nos à malo. Verſ. Saluum fac ſeruum tuum. Reſpon. Deus meus. Verſ. Mitte ei Domine auxilium de Sancto. Reſpon. Et de Sion tuere eũ. Verſ. Eſto ei Domine turris. Reſpon. A facie, &c. Verſ. Nihil proficiat. Reſp. Et filius. Verſ. Domine non, &c Reſpon. Neque ſecundum. Verſ. Dominus vobiſcũ. Reſpon. Et cum ſpiritu tuo. Oratio. Actiones noſtras. Oratio. Famulornm tuorum. Oratio, Interceßio nos quæſumus Domine beatißimi Patris noſtri Benedicti, &c.

9. Poſtea mandet fieri breuem orationem pro Hoſpite: & facto ſigno, dataque benedictione, omnes, (exceptis habentibus curam Hoſpitum, ſi quos retinere voluerit Prælatus, per conſolatione, aut obſequio Hoſpitis) vadant cum ſilentio ad cellas ſuas.

10. Cæteris autem Hoſpitibus, maximè qui de lõge venerint, vel qui aliàs in Monaſterio non fuerint Hoſpitati, ſicut opus fuerit habentes curam Hoſpitum, pedes lauent.

11. Quod ſi multitudo non ſineret lotionem fieri, aut alia cauſa vrgentior impediret, faciant quomodo poſſunt: ſcientes ſe multam retributionem à Domino recepturos ſi iuxtà Regulam fecerint, è contrario pœnam ſi ex negligentia omiſerint.

12. Fratres autem noſtri, ad Monaſteria noſtra quauis cauſa euntes, vt diſciplina Regularis, quantum fieri poteſt vbique ſeruetur: Ordinamus, vt poſt duas ad plus in Hoſpitio refectiones, communem vitam ſequi debeant, diuiniſque inter ſint

Officiis & Capitulo culparū, haud secus, ac sibi cō-
uētuales essent, nisi forte sint debiles & infirmi, au
in negotiis occupati, quod Prælatorum discretio
relinquimus.

13. Si qui vero legitimo impedimento detenti in
aliquo Monasterio cōmorabuntur, nec inde ad su
Monasteria se conferre poterunt, non poßit Mona-
sterium illud, aliquid expetere, pro expēsis cibariis.
Si autem ob infirmitatem, alicubi fieret cōmoratio
vbi medicinas, aliaq; necessaria infirmi habuissent
eorum Monasteriū in quo deputati sunt, hæc omnia
exoluat, nec aliud ab eo repeti poßit. Si vero ob ne-
gotia, quis moram trahere coactus fuerit, Prælati
inter se componant in omnibus cum mansuetudine
& discretione, habita ratione personæ, loci, tempo-
ris & negotij.

14. In suscipiendis autem Hospitibus, prohibeant
Prælati vanos apparatus, maxima cum precio
temporis iactura, minimaque & forte nulla cum
vtilitate fieri, in ornandis scilicet thalamis aut mē-
sis aut huiusmodi: nisi forte Hospitis suscipiendi di-
gnitas hoc exigeret. Si autem fuerint familiares ac
domestici, ducatur maiori cum solicitudine ad refe-
ctionem ordinariam in Refectorio cum Conuentu.

15. Prohibemus autem omnino esum carnium se-
cularibus, in Monasteriis nostri concedi.

16. Hospites suscepti in ipsis Diuinis Officiis pote-
runt se cum illius Monasterij Fratribus conforma-
re. Qui Fratres non mittantur à Prælatis suis ad
alia Monasteria iuxta Regulam, sine literis cōmen-
datitiis: cōferantque cū illius Monasterij Superiori
de negotiis quorum causa illuc aduenerint, & sub
illius obedientia sint & correptione.

17. Caueant autem ne in diebus Festis negotientur aut equitent, propter scandalum. Et modeste (vt de et Religiosis) se habeant in hospitiis secularium: ne ipsis scandalum præbeant, & contentiones omnino deuitent.

18. Propter grauamina vero Monasteriis nostris incumbentia: monemus Patres, & Fratres, ne facile pro quibuslibet Hospitibus ad Monasteria nostra accedere volentibus, literas commendatitias scribant: sed honeste & prudenter quantum fieri potest se excusent.

19 Et ne conuersatione secularium hominum, pacē & quietem Fratrum nostrorum perturbari contingat, cum non deceat in eodem Monasterio diuersorum morum & habitus homines cōmorari: statuimus, quod nullus secularis, cuiuslibet status aut cōditionis existat, etiam si aliqua parentela & affinitate alicui ex nostris Monachis fuerit coniunctus, ad habitandum longo tempore in Monasteriis nostris vt secularis suscipiatur: etiam sub prætextu cuiuscunq; donationis, testamenti, legati, vel alia quauis occasione commodi temporalis, sine licentia Capituli Generalis, vel Regiminis: quod tamen non intelligimus de factoribus, procuratoribus, & aliis famulis secularibus Monasteriorum nostrorum.

20. Mulieres vero siue laicas siue Religiosas, cuiuscunque ætatis, gradus, status & cōditionis sint, prohibemus districtius intra septa Monasteriorum nostrorum quauis occasione duci, ingredi aut morari. Quod si contra scienter fuerit attentatum, iuxta literas Eugenij IV. & Pij V. & Gregorij XIII. tam ipsæ Mulieres quam earum ductores & receptores (si voluntariè hoc fecerint) ipso facto

senten-

sententiam excommunicationis incurrunt, alysq; pœnis, pro vt in ipsis bullis subiacebunt.

Quod non debeat Monachus literas, vel Eulogia accipere sine iussu Abbatis.

CAP. LIIII.

NVllatenus liceat Monacho nec à parentibus suis, nec à quoquam hominum, nec sibi inuicem literas, aut Eulogia, vel quelibet munuscula accipere aut dare, sine præcepto Abbatis sui. Quod si etiam à parentibus suis ei quicquam directum fuerit: non præsumat suscipere illud, nisi prius indicauerit Abbati. Quod si iusserit suscipi, in Abbatis sit potestate cui illud iubeat dari: Et nè contristetur Frater cui fortè directum fuerat, vt non detur occasio Diabolo. Qui autem aliter præsumpserit, disciplinæ Regulari subiaceat.

1. (QVÆLIBET MVNVSCVLA.) *Temerariam præsumptionem Monachorum nostrorum, qui cum nihil habeant nec habere debeant, munera accipere & dare non metuunt, Regulæ & professioni nostræ aduersantes, tãquam seminarium diaboli, & mortale virus, penitus inter dicentes, quia sæpe ex huiusmodi numerum collatione, & receptione inordinata oritur affectio, seu complacentia: nolumus quod inuicem sibi Fratres dent, vllatenus munuscula iuxta Regulam, neque etiam aliis quibuscunque aut aliunde sibi directa accipiant, sine Prælati speciali licentia.*

2. Sed nec ipsi Prælati Fratribus aliorum Monasteriorum munuscula mittant: nisi fortè à patribus dictorum Fratrum fuerint requisiti.

3. (LITERAS.) Si qua vtili, & honesta causa, volunt Fratres scribere literas, habita prius scribendi licentia, scribant. Deinde literas apertas deferant Prælatis: quas mandamus ab ipsis Prælatis legi, subscribi & signari. Similiter & qui ipsas recipiunt, antequam ipsas legant, clausas præsentent Prælato suo: quas volumus omnino & iubemus Prælatum legere, vel eo absente vicem eius gerentem: & si videbitur sibi, Fratribus, quibus directæ sunt reddat.

4. Nisi fortè Congregationis sigillo, videlicet Pax, essent signatæ: quas nec à Prælato, nec à conuisitatore, nec à Præsidente, nec ab aliquo alio aperiri permittimus: nisi ab iis dumtaxat quibus diriguntur, vel de eorum voluntate. Qui autem contrafecerit, tribus primis diebus Mercurij sequentibus ieiunet in pane & aqua in terra in Refectorio: nec ab aliquo dispensari possit nisi in casu grauissimæ infirmitatis.

5. Sub eadem quoque pœna districtè prohibemus: quod nemo literas Præsidenti, diffinitoribus, aut visitatori cuilibet, vel regimini intra annũ directas, nisi de eorum voluntate ad quos diriguntur, aperire præsumat. Quod si quis de huiusmodi errore conuictus fuerit, si quidem literæ sunt munitæ sigillo Pax, vltra prædictam pœnam stet degradatus per mensem. Quod si Prælatus fuerit, dicat ex ordine totum Psalterium, & ieiunet ter in pane & aqua secretò. Si autem non fuerint munitæ sigillo Pax, stet degradatus per quindecim dies: & si Prælatus fuerit,

dicat

dicat Psalmos pœnitentiales, & ieiunet vt supra.

6. *Eidem quoque pœnæ, Prælatos & Fratres nostros quoscunq;, qui literas, etiã priuatis sigllis munitas vel Fratribus quibusq;ũque directas intercipere seu aperire præsumpserint, subiacere decernimus.*

7. *Præter casus autem prædictos, Fratres qui sine licentia Prælati sui scripserint, aut literas ad sẽ directas legerint, quoties contrauenerint, toties ieiunent in pane & aqua in Refectorio: nec aliter dispẽsari possint.*

8. *Mandamus autem Prælatis omnibus, vt hanc Ordinationem inuiolabiliter seruent & obseruari faciant à Visitatoribus, si secus fecerint ipsi puniendi, cui quoque Ordinationi volumus & Abbates Titulares omnino esse subiectos.*

9. *Quicunque vero ex nostra Congregatione, etiã si fuerint Ostiarij, vel Hospites portantes literas vel munuscula Prælato ea statim præsentent: & nihil dicant, nec quibus diriguntur, nec aliis. Cõtrafacientes dicant suam culpam in Capitulo, & comedãt in terra in Refectorio.*

De Vestimentis, & Calceamentis Fratrum.

CAPVT LV.

VEstimenta Fratribus secundum locorũ qualitatem vbi habitant, vel aërum tẽperiem dentur: quia in frigidis regionibus amplius indigetur, in calidis verò minus. Hæc ergo cõsideratio penes Abbatẽ sit. Nos tamen mediocribus locis sufficere credimus Monachis, per singulos Cucullam, & Tuni-

cam-

cam. Cucullam in Hyeme villosam, in æstate puram aut vestutam, & Scapulare propter opera. Indumenta pedum, Pedules & Caligas. De quarum rerum omnium colore aut grossitudine non causentur Monachi: sed quales inueniri possunt in Prouincia qua degunt, aut quod vilius comparari potest. Abbas autem de mensura prouideat, vt non sint curta ipsa vestimenta vtentibus eis, sed mensurata. Accipientes noua, vetera semper reddant in præsenti, reponenda in vestiario propter pauperes. Sufficit Monacho duas tunicas & duas cucullas habere, propter noctes, & propter lauare ipsas res. Iam quod superfuerit, superfluum est, & amputari debet. Et pedules & quodcumque est vetustum reddant, dum accipiunt nouum. Fœmoralia hi qui in via diriguntur de vestiario accipiãt: quæ reuertentes lota ibi restituant. Et cucullę & tunicæ sint aliquanto iis quas habere soliti sunt meliores: quas exeuntes in viam accipiant de vestiario, & reuertentes lotas ibi restituant. Stramenta autem lectorum sufficiant, Matta, Sagum, Lena & Capitale. Quæ tamẽ lecta frequenter ab Abbate scrutanda sunt: propter opus peculiare, ne inueniatur. Et si cui inuentum fuerit quod ab Abbate non acceperit, grauissimæ disciplinæ subiaceat. Et vt hoc vitium peculiare radicitus amputetur, dentur ab Abbate omnia quę sunt necessaria: id est, cuculla, tunica, pedules, caligæ, bracile, cultellus graphium, acus, mappula, tabulæ: vt omnis auferatur necessitatis

ſitatis excuſatio. A quo tamen Abbate ſemper conſideretur illa ſententia Actuum Apoſtolorum: quia dabatur ſingulis, prout cuique opus erat. Ita ergo & Abbas conſideret infirmitates indigentium, non malã voluntatem inuidentium. In omnibus tamen iudiciis ſuis, Dei retributionem cog tet.

Actor. 2.

1. (DE QVARVM RERVM OMNIVM COLORE.) *Propter hanc cauſam in ſtatu Monaſtico varius inoleuit mos & veſtium color: nos autem aſſumpſimus colorem nigrum, Beatiſſimum Patrem noſtrum Benedictum ſectantes, qui (vt legimus) nigro vſus eſt colore.*

2. *Idcirco ordinamus, quod omnes Congregationis noſtræ Monachi vniformiter eadem qualitate pannorum nigrorum, quantum poſſibile fuerit veſtiantur. Et hoc intelligimus de Cucullis, Scapularibus, Tunicis, Mantellis, & Biretis.*

3. *De aliis veſtimentis interioribus, ſtatuimus quod ſint alba vel nigra, vel beritina. Nec vllus color rubro vti audeat omnino aut purpureo in quouis veſtium genere, etiam ſi occultiſſimè deferri poſſent. Caligas autem, & Pedules albi volumus eſſe coloris. Et in prædictis veſtibus ſeruetur eadem penitus æqualitas & vniformitas in omnibus. Caueant inſuper omnes cingulis ſericis, aut etiam laneis ſuper Tunicam, ſed omnino vtantur cingulis ex corio cõfectis.*

4. *Prohibemus autem vſum pellium Caprarũ, aut * Camocciarum, aliarumuè huius generis quarumcumque, tam in Caligis, quam in Fœmoralibus.*

** Vulgo Chamois.*

5. (QVOD

.(QVOD VILIVS COMPARARI POTEST.) Diligenter attendatur, hæc particula Regulæ: Nam cum dicit quod vilius, omnem mollitiem & pretiositatem habitumque delicatum excludit. Quod procul dubio nõ modo pro vestibus, sed pro omnibus rebus quibus tum ad necessitatem, tũ ad commodum corporis apparenter vtimur est accipiendum.

6. Ideo tam salubribus Regulæ monitis adhærentes, inuiolabiliter statuimus, quod omnes de Congregatione nostra tam Prælati quam alij diligenter aduertant, sicque se gerant, vt in pretio aut vsu Equorum scandalo aut admirationi non sint secularibus, aliisue quibusuis.

7. Fulçimenta etiam eorundem, iuxta Clementinam; Ne in agro, non modo auro & argento aut ære non permittimus esse ornata: sed nec clauis ferreis stammo aut alia re coloratis aut ornamento aliquo, nisi quantum necessitas exposcit, concedimus adornari. In Vehiculis quoq; vitetur omnino omnis luxus, & superfluitas.

8. Chlamydes verò, siue de rascia, siue de panno, siue de feltro, sint secundum consuetudinem Congregationis nostræ, non serico supernè contextæ, nec laicorum more bullis sericis ante bullatæ, aliaue pretiosa re ornatæ, sed quæ secundum Regulam vilius & vtilius comparari possunt. Pilei, siue de lana siue de palea non sint (vt seculares vtuntur,) in turbinè elati aut acuti, aut etiam serico ornati: sed depressi, plani, ac simplici rascia cooperti si fuerint cooperiẽdi. Qui aliter fecerint, priuentur illis & puniantur.

9. Vitetur curiositas, & pretiositas in gladiis.

tabulis, calcaribus, stiualibus, & in omnibus rebus quibus vtimur, considerato quod ex Regula Monachus monetur qualibet vilitate, & extermitate esse contentus.

10. Et quoniam sæpissimè in mutationibus fratrum contingit suboriri ambiguitates de pretio ipsorum vestimentorum. Præsenti Ordinatione statuimus, & pro pretio vnius Cucullæ duo scuta cum dimidio: pro Tunica nigra tria: pro Tunica, de rascia, siue nigra siue beretina, (si aliquibus erit danda) duo: pro Coretto vnum: pro Mantello biretino tria: pro Tunica biretina duo cum dimidio: pro Scapularibus quinque pro Tunicella totidem monetæ venetæ soluantur.

11. Quarum vestium detur vnicuique Monachi portio necessaria, singulis annis æquiualens aureis nummis quinque: Commissis, autem quatuor: has possunt Fratres habere quolibet anno, si voluerint. Quod si non acceperint, vltra deinde petere non valeant.

12. Quod si contingat aliquem, ex prædictis monachis ad aliud Monasterium, non possit petere nisi quantum eo anno, si non fuisset mutatus, erat habiturus.

13. Quod si loco dictarum vestium pecunia erit danda, non teneatur Monasterium à quo discedit dare Monacho nisi Scuta quinque: Commisso, quatuor computata Tunicella, & Scapulari.

14. Qui vero Pellicea, propter aliquam infirmitatem, seu necessitatem indiguerit, careat rata vestimentorum illo anno sibi contingente. Et hæ Pellicea ad necessitatem non ad ostentationem aut luxum concedendæ sunt. In ipsis igitur cauendum est ne ornatus, nec illis vti liceat loco Tunicarum, aut

Tunicis, sed superinduantur illis vtentes & Tunica: præsertim accedentes ad Chorum, aut Refectorium.

16. Fratribus autem mutatis, quorum portio pannorum sibi contingens iam in libro consueto Vestiariæ descripta est, liceat electionem facere, num ipsas assignatas vestes, an pecuniam pro eis debitam malint. Et cum panni dantur, denter vestes consutæ, & perfectæ.

16. Si autem non essent panni adhuc ipsis assignati, pecunias sibi debitas ratione temporis accipiant & discedant: & solliciti sint Prælati, tempore statuto, portionem pannorum necessariam, vnicuique contingentem assignare, vt inferius dicetur plenius.

1. (DE MENSVRA.) In mensura vestium seruetur consuetudo nostra: non de parua, sed de notabili differentia curantes.

2. Itaq; Cucullæ sint longæ vno digito super terrã: manicæ longæ vltra manum extensam per dimidiũ brachij: largæ verò per tres quartas, cum dimidio.

3. Tunicæ Monachorum super collum pedis: quæ iuxtà Clementinam debent esse circumquaq; clausæ. Manicæ Tunicarum ita largæ, vt possint capere alterum pugillum.

4. Scapularia Monachorum, sint longa super Tunicam per dimidium quartæ, lataque secundum latitudinem rasciæ. Scapularia Nouitiorum, sint stricta & curta: & protendantur vsque ad genua. Tunicellæ per vnam quartam super terram.

5. Ordinamus autem, ne Fratres nostri vllo tempore, ad Chorum, Refectorium, & Capitulum conuentualiter sine Tunica accedant: vt disciplina & grauitas Monastica seruetur.

6. De Caputiis autem ordinamus, quod in quo-
bet Monasterio habeatur forma à Capitulo consti-
tuta, quam sequantur. Sed Caputia Scapularium
sint aliquanto minora, Caputiis cucullarum: si
quibus, casu grauissimè infirmitatis, cum hastata
tum siue patientia credimus, absque periculo exci
municationis posse Fratres nostros stare.

7. Tunicæ commissorum sint super terram, p
quartam partem vnius brachij, & similiter Ma
tella, quæ circumclusa sint, cum aperturis à late
bus, vnde possint manus extrahere.

8. Color autem omnium vestium extrinsecarum
eorum, sit beretinus obscurus, vniformis quantu
haberi possit. Mantella quoque ipsorum, & Tunic
sint ad arbitrium Prælati de panno, aut de rascia.

9. Accipientes autem noua, intra octo dies lot
& munda omnino restituant vetera, secundum R
gulam. Contrafacientes dicant suam culpam in Ca
pitulo: & comedant semel in pane & aqua in R
fectorio, & priuentur rebus nouis quousq; restitu
ant vetera.

10. (DVAS TVNICAS.) Ordinamus qu
Fratres nostri habeant singuli Tunicam vnam
panno: possint etiam alteram habere pro AEsta
de panno vetusto, seu de rascia. Habeant & Cuc
lam, quæ secundum Clementinam; Ne in agro vo
catur Floccus: & Scapulare quod habet quasi fo
mam cucullæ. De interioribus vero vestibus, Pra
torum discretioni relinquimus: qui vt vnicuiq
prout opus habebunt, de omnibus sufficienter
rationabiliter prouidere possint: sic statuendum
bis visum est.

11. Quod singulis annis, post Prælati à Capitu

regressum, omnes conficiant inuentarium vestium quarumcunque quas habent, apposita qualitate, num vetera, an noua, an mediocria sint: ibique subscribant, quibus vestibus indigent, scriptumque hoc Prælato consignent. Qui vniuscuiusque indigentia considerata, omnibus rationabiliter prouidebit: ita vt superflua amputentur, & necessaria abundè subministrentur, qua decet charitate: seruato tamē in omnibus vestium generibus tali moderamine, vt neque ob luxum scandali præbeatur occasio: neque ob sordes aut fracturam Monastica grauitas in contemptum deueniat.

1. (QVÆ TAMEN LECTA.) *Pro obseruātia huius textus: Prælati prohibeant ornamenta Lectorum, & præsertim ne circum circa sint panno lineo, aut laneo septa cuiusuis coloris & qualitatis. Qui etiam vel quibus ipsi mandauerint, bis aut ter in anno scrupulosè omnes cellas visitent aut visitari faciant. Neque permittant in dictis Cellis teneri poma, odoramentaue cuiuslibet generis, specula, picturas lasciuas qualescumque, picturas varias in capsis, scabellis aut parietibus, aut ad eosdem parietes pannum viridem vllum, lineum siue laneum aut alterius coloris, aut alia huiusmodi statui Religiosorum non competentia: & superflua omnia amputentur, iuxta Regulam.*

2. *Et cum Monachis vsus lineorum interdicatur, hoc præcipuè in stramentis lectorum seruari debet. Permittimus tamen super cancellos aut tabulas aut scabella posse teneri pannum viridem lineum siue laneum, qui prohibentur circa lecta aut in parietibus, vt dictum est.*

3. Licet etiam super Sagum aut mattam pannum laneum habere, aut lineum grossiorem, qui possit remoueri & ablui.

De Mensa Abbatis. CAP. LVI.

MEnsa Abbatis cum Hospitibus & Peregrinis sit semper. Quoties tamen minus sunt Hospites, quos vult de Fratribus vocare, in ipsius sit potestate. Seniorum autem vnum, aut duos, semper cum Fratribus dimittendos procuret, propter disciplinam.

1. (QVOTIES MINVS SVNT HOSPITES, QVOS VVLT.) *Vel si elegit esse in Refectorio cum Fratribus, magis laudamus.*

De Artificibus Monasterij. CAP. LVII.

ARtifices, si sunt in Monasterio, cum omni humilitate & reuerentia faciant ipsas artes: si tamen iusserit Abbas. Quod si aliquis ex eis extollitur, pro scientia artis suæ eò quod videatur aliquid conferre Monasterio: hic talis euellatur ab ipsa arte, & denuo per eam non transeat: nisi fortè humiliato ei iterum Abbas iubeat. Si quid verò ex operibus artificum venundandum est, videant ipsi, per quorum manus trãsigenda sunt, ne aliquam fraudem præsumant inferre. Memorentur Ananiæ & Saphiræ: ne fortè mor-

Actor. 5.

tem quam illi in corpore pertulerunt, hanc isti vel omnes quialiquam fraudem de rebus Monasterii fecerint in anima patiantur. In ipsis autem pretiis, non subrepat auaritiæ malum: sed semper aliquantulum vilius detur quam à secularibus datur, vt in omnibus glorificetur Deus.

1. (ARTIFICES SI SVNT IN MONASTERIO.) *Hortamur Prælatos, ne faciliter eximant Fratres, propter eorum artes à Diuino Officio, à communibus exercitiis, & aliorum Fratrum obseruantia: nisi animæ vel corporis saluti necessarium esse censuerint, vel aliqua incubuerit necessitas, ob quam sic expedire iudicauerint. Nihil autem de quauis arte in Monasterio exercita vendatur sine Prælati licentia.*

2. *Artem verò Alchimiæ, nullum Congregationis nostræ per se vel per alium quoquo modo exercere volumus: & hoc in virtute sanctæ obedientiæ, præcipiendo mandamus.*

3. *Si quis autem (quod Deus auertat) huic curioso vitio se implicuerit: conuictus stet degradatus per mensem, & qualibet hebdomada comedat vna die in pane & aqua in terra in Refectorio.*

4. *Nullus autem audeat imprimere, vel imprimi facere noua opera sua, vel alterius: nisi prius obtinuerit licentiam ab officio Sanctissimæ Inquisitionis, & à Capitulo Generali, iuxtà Conciliũ Tridentinũ. Qui contrauenerit carceri mancipetur, grauiter pro delicti qualitate puniẽdus. Nec audeat quisquam nouos libros in Monasterium introducere, nisi de licentia Abbatis: quem volumus, vt omnino huiusmodi libros diligenter inspiciat, & consideret,*

antequam licentiam concedat. Contrafacientes grauiter puniantur, ipsisque libris priuentur.

De disciplina suscipiendorum fratrum.
CAPVT LVIII.

NOuiter veniens quis ad conuersionem, nõ ei facilis tribuatur ingressus: sed sicut
2. Ioan. 4. ait Apostolus, probate spiritus, si ex Deo sunt.
Ergo si veniẽs, perseuerauerit pulsans, & illatas sibi iniurias & difficultatem ingressus post quatuor aut quinque dies visus fuerit patienter portare, & persistere petitioni suæ, annuatur ei ingressus: & sit in cella hospitum paucis diebus. Postea autem sit in cella nouitiorũ, vbi meditetur, manducet, & dormiat. Et senior ei talis deputetur, qui aptus sit ad lucrandas animas: qui super eũ omninò curiose intendat, & solicitus sit, si verè Deum quærat si solicitus est ad opus Dei, ad obedientiã, ad opprobria. Prædicẽtur ei omnia dura & aspera per quæ itur ad Deũ. Et si promiserit de stabilitate sua perseuerãtiã, post duorum mensiũ circulum legatur ei hæc regula per ordinem, & dicatur ei: Ecce lex, sub qua militare vis; si potes obseruare, ingredere: si vero non potes, liber discede. Si adhuc steterit, tunc ducatur in supra dictam cellam nouitiorum: & iterum probetur in omni patientia. Et post sex mensium circulum relegatur ei regula, vt sciat, ad quid ingreditur.
Et si adhuc stat, post quatuor menses iterũ

lega-

legatur ei hæc eadem regula. Et si habita secum deliberatione, promiserit se omnia custodire, & cuncta sibi imperata seruare, tunc suscipiatur in congregatione, sciens lege regulæ constitutum, quod ei ex illa die non liceat de monasterio egredi, nec collum excutere de subiugo regulæ, quam sub tam morosa deliberatione licuit recusare aut suscipere. Suscipiendus autem, in Oratorio coram omnibus promittat de stabilitate sua, & conuersione morum suorum, & obedientia coram Deo & sanctis eius, vt si aliquando aliter fecerit, ab eo se damnandum sciat, quem irridet.

De qua promissione sua faciat petitionem ad nomen sanctorum, quorum reliquiæ ibi sunt, & Abbatis præsentis. Quam petitionē manu sua scribat, aut certe si non scit literas, alter ab eo rogatus scribat: & ille nouitius signum faciat, & manu sua eam super altare ponat. Quam dum posuerit, incipiat ipse nouitius mox hunc versum: Suscipe me Domine, secundum eloquium tuum, & viuam, & non cōfundas me ab expectatione mea. Quē versum omnis congregatio tertio respondeat, adiungentes, Gloria patri. Tunc ipse frater nouitius prosternatur singulorum pedibus, vt orent pro eo: & iam ex illa die in congregatione reputetur. *Psalm. 118*

Res, si quas habet, aut eroget prius pauperibus, aut facta solenniter donatione, conferat monasterio, nihil sibi reseruans ex omnibus: quippe qui ex illo die nec proprii

corporis potestatem se habiturum sciat. Mox ergo in Oratorio exuatur rebus propriis, quibus vestitus est, & induatur rebus monasterij. Illa autem vestimenta, quibus exutus est, reponantur in vestiario conseruauda: vt, si aliquando, suadente diabolo, consenserit vt egrediatur de monasterio, (quod absit) tunc exutus rebus monasterij proiiciatur. Illam tamen petitionem eius, quam desuper altare Abbas tulit non recipiat: sed in monasterio reseruetur.

1. (NOVITER VENIENS.) *Ideo ordinamus, quod nullus veniens recipiatur ad ingressum Religionis, sine consensu maioris partis Seniorum computata voce Prælati. His tamen seruatis vt de vita, natalibus, moribus, & literatura, aliisque qualitatibus Nouitiorum, antequam suscipiantur, diligenter inquirant, non solum Abbates & Superiores singulorum Monasteriorum in quibus postulauerint recipi, sed etiam Visitatores. Qui postmodum Capitulo Generali fideliter referant singulorum qualitates, vt habita tam Monasteriorum, quam suscipiendorum ratione assignentur vestiendi, tum in Monasteriis, quibus præcipue sunt affecti: Tum etiam aliis quibus suscipiendi nouitios licentia fuerit per Diffinitores concessa. Ita enim & magis exploratbitur eorum obedientia, & propensus ad Religionem animus; & in omnibus Monasteriis certi & benè cogniti adolescentes recipientur.*

2. *Si qui autem Nouitij prædictis omnibus nõ obseruatis fuerint ad probationem recepti, ad proprios remittantur: & Prælati qui eos susceperint, graviter arbitrio regiminis puniantur. Præter dicta au-*

tem aduertatur, quod si aliqui mutilati, Claudi, Strabones, aut aliquo alio corporali defectu vitiati ad probationem suscipi peterent, non prius suscipiantur quam vniuerso Conuentui & Fratribus in Capitulo fuerint propositi: ne possit postmodum professionis tempore tale eis vitium obiici à quoquam.

3. *Prohibemus autem in infrascriptis Monasteriis suscipi Nouitios, videlicet in Monasterio S. Mariæ Gangæ, S. Mariæ Frondoni, S. Mariæ Montis Regalis, S. Laurentij Auersæ, S. Benedicti Ferrariæ, S. Angeli Gaiatæ, S. Mariæ Farfæ, S. Pauli de Vrbe, S. Eugenij Senarum, S. Petri Regij. S. Spiritus Papiæ, S. Bartholomæi Astensis, S. Catharinæ Ianuæ, S. Iuliani Ianuæ, S. Hieronymi Siluariæ Ianuæ. S. Iacobi Pontide, S. Pauli Argon, Sanctorum Felicis, & Fortunati Vincentiæ, S. Nicolai in littore Venetiarum.*

4. POST QVATVOR AVT QVINQVE DIES.) *Declaramus quod Nouitius stet, antequam detur ei habitus nouitialis, per quindecim dies cum suis vestibus secularibus: vt interim possint eius mores cõsiderari ab omnibus. Plus enim vident oculi, quam oculus: quibus diebus stet in Cella, sub cura Magistri Nouitiorum.*

5. (MANDVCET, ET DORMIAT.) *Quia in nostris Monasteriis nõ habemus loca apta ad hoc, consueuimus quod Nouitij in Refectorio comedant simul cum Monachis, sed in mensa segregata ab eis, vbi cõmode videri possint à Patribus, & dormiant in Dormitorio.*

6. (LIBER DISCEDE.) *Qui Nouitius si discesserit aut fuerit expulsus, in alio Monasterio non recipiatur, absque participatione Prælati à quo repudiatus fuit, nec non Capituli Generalis licentia,*

siue

siue regiminis intra annum, & tunc per annũ probetur, antequam profiteatur.

7. *Quando autem Nouitius aliquis est repudiatus à Conuentu, vltra in monasterio permanere non permittatur.*

8. *Determinata itaque per Prælatum, & Seniores Nouitij receptione, fiat ei in sero Mandatum in Capitulo per Patrem Monasterij, astantibus Fratribus, vt dictum est in Capitulo quinquagesimo tertio, de Hospitibus suscipiendis, & induatur vestimentis Religiosis in loco, quo iusserit Abbas. Sequenti mane ad Missam statim post Communionem Sacerdotis & Conuentus, quando fit Communio Generalis, ad altare maius ab ipso Abbate detur ei habitus Nouitialis, Chlamys videlicet & Scapulare strictum.*

9. (SVSCIPIATVR IN CONGREGATIONE.) *Ita tamen vt prius habeatur licentia à Capitulo Generali, & à Visitatoribus suis in actu visitationis diligentissimè fuerint examinati: vt ex eorum profectu, & quantum ipsi ad religionem sint apti coniici possit, & cura ac diligentia Magistri explorari, ac consensus maioris partis Seniorum computata voce Prælati: qui hoc casu quatuor ad minus vocentur, supplendo ex maturioribus, antequam proponatur Conuentui, si recipi debeat. Nec etiam habita licentia & consensu à Præfatis recipiatur, nisi duæ partes Conuentus consentiant, secundum Priuilegia nostra.*

10. *Hoc stricte mandantes, vt nullus ea quæ in Capitulo dicta de Nouitio fuerint (quæ maximum scandalum generare possent) ipsi, nec aliis audeat reuelare. Si quis vero contrafecerit, dicat suam cul-*

pam in Capitulo, & comedat in terra in pane & aqua in Refectorio.

11. Et vt liberius & cum pacis conseruatione omnia procedant, volumus quod si fuerit in Conuentu aliquis dicti Nouitij consanguineus vsque ad tertium gradum exclusiuè, etiam si ipsius Monasterij Prælatus fuerit, tempore eiusmodi discussionis Capitulum exeat: vt liberius Fratres quid de ipso Nouitio sentiant loqui possint. In danda autem voce ballotæ suæ, sicut, & cæteri Fratres Capitulo interfit. Ballota.

12. Eadem quoque ratione de Magistro Nouitiorum idem censemus: vt videlicet non interfit tam cum congregatis Superioribus quam in Conuentu, quando de Nouitio tractabitur: sed dicta prius simpliciter opinione sua exeat, donec huiusmodi tractatus ineatur: postea verò ballotationi vbique interfit. Ballotatio.

1. (FACIAT PETITIONEM.) Forma Petitionis erit hæc, videlicet. In nomine Domini nostri IESV CHRISTI. Amen. Anno à Natiuitate eiusdem. M. D. Die N. Mensis N. Ego Domnus N. de tali loco promitto stabilitatem meã, & conuersionem morum meorum, & obedientiam, secundum regulam S. Benedicti, coram Deo, & omnibus Sanctis, quorum reliquiæ habentur in hoc Monasterio S.N. De N. in præsentia Venerandi Patris D.N. eiusdem Monasterij Abbatis, vel Prioris, & Monachorum eiusdem Monasterij, sub Congregatione Casinensi, alias S. Iustinæ de Padua. Ad cuius rei fidem hanc Petitionem manu propria scripsi, die quo supra. Et propria manu faciat crucem in cartula Petitionis.

2. Deinde

2. Deinde post Orationes, vestium benedictionem, ac susceptionem, sanctique Spiritus inuocationem, & cæteras Regulæ Congregationis consuetas solennitates recipiatur ab omnibus ad osculum pacis.

3. Declaramus etiam, & firmiter statuimus, Commissos nostros Fratrum nostrorum nomine censeri, & in eorum numero computari debere, qui nostris Priuilegiis inscripti, & specialiter nominati gratiis, indulgentiis, & immunitatibus, sicut cæteri Monachi plenissimè gaudent, donec in Congregatione sub obedientia vixerint, prout habetur in Priuilegio Eugenij IV.

4. Et, vt tranquillioribus animis propositi sui Domino exhibeant famulatum, & actiuæ vitæ cui maximè inseruire noscuntur, operam feruentius impendant: omnium bonorum, tam spiritualium, quam temporalium, quæ in nostra Congregatione fiunt, & fient in posterum, ipsos Commissos, tanquam cæteros Fratres comparticipes esse censemus. Prouideatur, etiam eorum necessitatibus, tam spiritualibus quam corporalibus cum omni charitate, & sollicitudine: fiantque orationes, & Missæ, post mortem eorum, sicut propriè pro Monachis.

5. Qui Commissi, post completum annum probationis, & non ante, quando Prælato cum Senioribus suis visum fuerit, ac de concordia & consensu omnium ipsorum, quos quatuor saltem, vltra vocem Prælati esse volumus, aut duarum partium Conuentus, si ipsi non conuenerint, ad stabilitatem recipiantur. Quæ receptio fiat in Capitulo, datoq; illius Prælato Mantello in signum receptionis & stabilitatis, ab ipso & ab omnibus Fratribus recipiantur ad osculum pacis.

6. Por-

6. Portent autem omnino coronam tonsam super aures, nec deinceps barbam nutriant. Quin Mandamus omnes, qui nunc in Religione sunt, vt barbā deponant, siue Iuniores siue Seniores sint. Visitatoresque omnem adhibeant diligentiam, vt hæc Ordinatio obseruetur. Nec ipsis cōmissis liceat mutationem petere, grauiter puniēdi, si id præsumpserint, cū recipiantur pro seruitiis Monasteriorum: ideo mutētur ad instantiam tantum Prælatorum, & pro eorundem aut Monasteriorū necessitate & commodo.

7. Et donec nobiscum perseuerauerint, teneantur seruare castitatem, paupertatem & obedientiam. Qui tamen debent & ipsi aliquod pensum seruitutis Deo persoluere. Videlicet in Nocturnis, & Matutinis triginta tres Pater noster, & Aue Maria. Ad Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, & Completorium, per quamlibet horam, septem. Ad Vesperas autem duodecim.

8. Præterea vltimi, secundum suos ordines, stent vbique post Monachos. In Refectorio autem comedant, ad quandam mensam à Monachis separatam. Attendatur etiam, ne diebus festis vacent otio.

9. Ordinamus præterea, quod de cætero nulli Cōmissorum nostrorum permittatur literas addiscere, neque in clericum recipi possint. Qui vero legere sciunt, cum licentia Superiorum suorum, seorsum & ita legant, quod cæteri non prouocentur, & oriatur scandalum.

10. Præfigimus, etiam Oblatis nostris terminum confitendi, saltem semel in mense, & communicandi in solennitatibus præcipuis.

11. Hortamur autē Prælatos, & Cellerarios, vt cū sollicitudine moribus famulorū in Monasteriis de-

gen-

gentium intendant, nec vitiis deditos sustineant, curentque vt saltem ter in anno computato Paschate, ad Sacramentum pœnitentiæ & Sanctissimæ Eucharistiæ accedant. Conuersos autem in Congregatione nostra amplius non recipimus.

12. Ipsi Oblati si sunt literati, dicant Officium de Domina, & Officium Mortuorum, nec non aliquando septem Psalmos pœnitentiales cum Litaniis, secundum suam deuotionem.

13. Si autem sunt Idiotæ, dicant Officicum sicut commissi, vel saltem quotidie coronam de Domina maiorem.

De filiis nobilium, vel pauperum, qui offeruntur.

CAP. LIX.

SI quis fortè de nobilibus offert filium suum Deo in Monasterio, si ipse puer minori ętate est, Parentes eius faciant Petitionem quam supra diximus. Et cum oblatione, ipsam Petitionem; & manum pueri inuoluant in palla altaris, & sic eum offerant. De rebus autem suis, aut in præsenti Petitione promittant sub iureiurando, quia numquam per se, numquam per suspectam personam, nec quolibet modo ei aliquando aliquid dét, aut tribuant occasionem habendi. Vel certè si hoc facere noluerint, & aliquid offerre voluerint in eleemosynã Monasterio, pro mercede sua, faciant ex rebus, quas dare voluerint Monasterio donationem, reseruato sibi, si hoc voluerint vsufructuario. Atque ita omni

obstruan

obstruantur, vt nulla suspicio remaneat puero, per quam deceptus perire possit (quod absit) quod experimento didicimus. Similiter autem, & pauperiores faciant. Qui verò ex toto nihil habent, simpliciter petitionem faciant, cum oblatione offerant filium suum coram testibus.

I. (SI IPSE PVER MINORI ÆTATE EST.) *Huiusmodi pueros minoris ætatis nullatenus in Congregatione recipimus, vt supra in Capitulo trigesimo. De pueris minori ætate, iuxta Decreta Concilij Tridentini.*

De Sacerdotibus, qui voluerint in Monasterio habitare. CAP. LX.

SI quis de ordine Sacerdotum in Monasterio se suscipi rogauerit, non quidem ei citius assentiatur: tamen si omnino perstiterit in hac petitione, sciat se omnem Regulæ disciplinam seruaturum, nec aliquid ei relaxabitur, vt sit sicut scriptũ est. Amice ad quid venisti? Concedatur ei tamen post Abbatem stare, & benedicere, aut Missas tenere, si tamẽ iusserit ei Abbas: sin alias, nullatenus aliqua præsumat, sciens se disciplinæ Regulari subditum, & magis humilitatis exempla omnibus det. Si forte ordinationis, aut alicuius rei causa fuerit in Monasterio illum locum attendat quando ingressus est in Monasterium, non illum qui ei pro reuerentia Sacerdotij *Matth. 26.*

concessus est. Clericorum autem, si quis eo-
dem desiderio Monasterio sociari voluerit,
loco mediocri collocetur. Et ipse tamẽ si pro-
mittit de obseruatione Regulæ, vel propri-
stabilitate.

1. (SI QVIS DE ORDINE SACERDO-
TVM.) *In sacerdotibus, & Clericis Congregatio-
nem nostram ingredientibus obseruamus ordinem
professionis.*

2. *Verum Presbyteros propter Sacerdotij reve-
rentiam, super alios Nouitios collocamus. Idem qu-
que potest facere Prælatus de alius, si sibi videbitur
aliqua rationali causa: quibus tamen propter hoc
non intendimus præiudicare, quoad tempus Profe-
sionis.*

3. *Inhibemus etiam, plerumque præfatis Sacerdo-
tibus celebrationem Missarum ad tempus, vt ex hoc
eorum humilitas comprobetur, & vt eam etiam ma-
lius addiscant: & tunc ipsi communicent cum cle-
ricis.*

De Monachis peregrinis, qualiter suscipiantur.
CAP. LXI.

SIquis Monachus peregrinus de longin-
quis Prouinciis superuenerit, si pro Ho-
spite voluerit habitare in Monasterio, & con-
tentus fuerit consuetudine loci, quam inue-
nerit, & non fortè superfluitate sua perturbe
Monasterium, sed simpliciter contentus est
quod inuenerit: suscipiatur quanto tempo
cupit. Si qua tamen rationabiliter & cum hu-

militat

militate charitatis reprehendit aut ostendit, tractet Abbas prudenter, ne forte eum propter hoc ipsum Dominus direxerit. Si vero postea voluerit stabilitatem suam firmare, nõ renuatur talis voluntas: & maximè, quia tempore hospitalitatis potuit eius vita dignosci. Quod si superfluus, aut vitiosus inuentus fuerit tempore hospitalitatis, non solum non debet sociari corpori Monasterij, verumetiam dicatur ei honestè vt discedat: ne eius miseria etiam alij vitientur. Quod si non fuerit talis, qui mereatur proiici, non solum si petierit suscipiatur Congregationi sociandus: verum etiam suadeatur, vt stet, vt eius exemplo alij erudiantur: Et quia in omni loco vni Domino seruitur, & vni Regi militatur. Quem etiam, si talem esse perspexerit Abbas, liceat eum in Superiore aliquantulum constituere loco. Non solum autem Monachum, sed etiam de supradictis gradibus, Sacerdotum, vel Clericorũ stabilire potest Abbas in maiori quam ingrediũtur loco, si eorum talem prospexerit esse vitam. Caueat autem Abbas, ne aliquando de alio noto Monasterio Monachum ad habitandum suscipiat, sine consensu Abbatis eius, aut literis commendatitiis, quia scriptum est: quod tibi non vis fieri alteri ne feceris.

20. q. 4. *Monachũ* & 18. q. 2. *Abbates.* *Matt. 7.* *Ioh. 4.*

1. CONGREGATIONI SOCIANDVS) *Pater noster in Regula videtur concedere Monachos alterius Monasterij suscipi posse, si tamen literas commẽdatitias habuerint. Verum cũ temporibus*

nostris multæ succreuerunt Religiones, variique sint eorum mores, & ex his plerique leuitate potius quã sanctitatis zelo, propria deserentes loca ad nostra que accedendes, difficillime iam assumptos valeant deponere mores, ita vt sua varietate, vel murmurationibus, seu detractationibus eorum quæ vident, vel instabilitate sua, sæpissimè Gregem conturbẽt: Et cum longæ experientia didicerimus, rarò tales ad profectum dictis causis peruenisse.

2. Propterea, vt eorum stabilitati, & nostræ Congregationis paci vtiliter consulamus, Ordinamus primo, quod nullus de ordine Mendicantium suscipiatur ad Monachatum in Congregatione nostra. Quia ex constitutione Martini Papæ V. recipientes essent ipso facto excommunicati, & ipse receptus cogeretur redire ad suum ordinem: quorum postremũ iubet quoque Pius V.

3. Ordinamus etiam quod Professi in Congregatione nostra, si alibi firmauerint stabilitatem suam, & redire voluerint recipiantur: sed omnino obseruatis, quæ in Capitulo vigesimo nono statuta sunt.

4. Item de aliis ordinibus, in quibus aliquod Monasterium fuerit in obseruantia, non recipiantur vniendi corpori Congregationis, prout in Bulla Pij V. sed moneantur vt perseuerent ea vocatione qua vocati sunt: nisi esset persona adeo notabilis & tantæ maturitatis, quod dubitari non posset, quin nisi Zelo sanctioris vitæ velit mutare statum, & insuper dispensatio particularis obtenta fuisset.

5. Si vero nullum Monasterium fuerit in obseruantia in suo ordine, aut constiterit eum nunquam fuisse in obseruantia Regulari, talis suscipi possit prædictis obseruatis: quia in his cessant causæ pre-

dictæ.

dictæ. In supradictis tamen prohibitionibus, exceptis de Mendicantibus, dispensationem Generali Capitulo reseruamus.

De Sacerdotibus Monasterij.

CAP. LXII.

SI quis Abbas sibi Presbyterum, vel Diaconem ordinare petierit, de suis eligat, qui dignus sit Sacerdotio fungi. Ordinatus autē caueat elationem aut superbiam. Nec quicquam præsumat, nisi quod ei ab Abbate præcipitur: Sciens se multo magis disciplinæ Regulari subditum. Nec occasione Sacerdotii obliuiscatur Regulæ obedientiam, & disciplinam: sed magis, ac magis in Domino proficiat. Locum verò illum semper attendat, quo ingressus est Monasterium, præter officium altaris, & si fortè electio Congregationis, & voluntas Abbatis pro vitæ merito eum promouere voluerit: Qui tamen regulam à Decanis, vel Præpositis constitutam sibi seruādam sciat; quod si aliter præsumpserit, non vt Sacerdos, sed vt rebellis iudicetur, Et sæpe admonitus, si non correxerit, etiam Episcopus adhibeatur in testimoniū. Quod si nec sic emendauerit, clarescentibus culpis, proiiciatur de Monasterio: si tamen talis fuerit eius contumacia, vt subdi aut obedire Regulæ nolit.

1. (ELIGAT ABBAS.) *Cum consilio, & consensu maioris partis Seniorum suorum, compu-*

tata voce Prælati.

2. (QVIDIGNVS SIT.) Ideo volumus quod Patres Monasteriorum, vna cum Senioribus, prius diligenter, ad sacros ordines, maximè verò ad Sacerdotium promouendos examinent super sufficientia & literatura moresque, & vitam attentius considerent. Et si (humana tamen fragilitate considerata) fuerint iudicati idonei officium implere ad quod assumuntur: considerato quod in Monachis qui curam non habent animarum, non exigitur tanta sufficientia, quanta in aliis qui hanc curam habent, non prius ordinentur quam obtenta licentia à Capitulo Generali, ac etiam à suis Visitatoribus: etiam si alter actu, & non officio Visitator esset.

3. Quam tamen licentiam dare non possint, nisi cum in actu visitationis sunt: vt præsentialiter eos examinare possint, ac vitam & mores intelligere.

4. Casu tamen magnæ necessitatis, puta pro morte aliorum Sacerdotum, vel amotione, ita quod scandalum esset expectare tempus Capituli vel visitationis, sufficiat licentia Præsidentis, vel vnius Visitatoris: vel si arctior necessitas vrgeret, Prælati & Seniorum, præmissa (vt diximus) examinatione & discussione circa ordinandos.

Sess. 24. 12. 13.

5. Hoc sanè ante omnia attendentes, quod nullus etiam his stantibus necessitatibus, ad aliquem ordinem promoueatur, nisi de triennio in triennium à die ingressus Religionis, obseruatis tamen quæ statuit Sacrosancta Synodus Tridentina, quoad huiusmodi ordinandos.

6. Visitatores tamen possint ex legitima causa dispensare per duos aut tres menses tantũ cum huius

mod

modi ordinandi, saluis tamen adamussim Decreti Concilij Tridentini, præscriptis.

7. Si quos autem Capitulum proximè præteritum, aut visitatores, aut examinatores Episcoporum, ad præfatos ordines ob insufficientiam vel aliam causam aliquos non admiserint, non possint amplius illi iidem per integrum annum promoueri, aut præsentari, vt promoueantur. Interimque teneant omnes locum post eos, qui iam promoti erũt ad eum ordinẽ, ad quem ipsi minus idonei censentur: quod non solum de reiectis, sed etiam de non propositis ob insufficientiam intelligi volumus: vt sic saltem rubore confusi, magis solliciti reddantur ad discenda necessaria quæ neglexere prius, sicuti tenebantur addiscere. Qui deinde cum fuerint ordinati restituantur suo loco Professionis.

8. Si autem ea quæ supradiximus seruata non fuerint, aut ordinatus non fuerit repertus idoneus, suspẽdatur ab ordinis illius administratione donec iudicetur idoneus: & Pater qui causa eius ordinationis fuit, puniatur iudicio Capituli Generalis.

9. Caueant tamen Patres, ne primo anno, quo quis Frater in aliquo Monasterio deputatur, eundem ad ordines sacros promoueri faciant: nisi seruatis supradictis omnibus, & insuper habito consensu Prælati, & Seniorum Monasterij, in quo prius idem Frater morabatur.

10. Mandantes vniuersis Prælatis nostræ Congregationis, quatenus pro Missis nouis celebrandis, non permittant solennes inuitationes, aut oblationes fieri: sed purè, ac simpliciter fiat, prout nostræ consuetudinis est. Nec Missæ nouæ cãtentur in alienis quibusuis Ecclesiis, sed tantũ in Ecclesiis Cõgregationis.

11. Ordinati verò Sacerdotes, si celebrare noluerint, dicant Antiphonas: nisi aliqua legitima causa, maioris partis Seniorũ iudicio approbanda excusentur.

12. Et quia ad Sacerdotis officium pertinet ligare, & soluere, vbi authoritas, & scientia requiritur: iniungimus Prælatis, vt ad audiendas confessiones Sæcularium, eligant Fratres ad id idoneos, iuxta dispositionem Concilij Tridentini.

Sess 24. 141.

13. Et hoc diligentius attendi volumus, ne (quod absit) in præiudicium animarum, & confusionem Religionis, ad ipsum officium exercendum, præsentari aliquos contingat.

14. Fratres verò, sic electi studeant diligenter huic tam commendabili operi se aptos reddere, omnemque industriam adhibeant, & curam ob Dei honorem, & salutem animarum, qua nihil est Deo acceptius, vt quam melius possunt, tam pium opus, vtiliter exequantur: vt quod dignius implere queat, etiam Visitatores, si opus fuerit Prælato ea sollicitè seruare mandabunt.

15. Interdicet, etiam Prælatus iis, qui ad audiendas Confessiones instituti sunt, ne quauis occasione seu prætextu pietatis & eleemosynæ faciendæ pauperibus, neque etiam pro Missis celebrandis aliquam pecuniam petant, aut oblatam accipiant à confitentibus, quouis quæsito colore: sibi hunc casum, si quis contra fecerit reseruando, & pro qualitate excessus, si sibi videbitur, etiam vsq; ad priuationem dicti Officij puniendo.

16. Quod si quis ex confitentibus pertinacius insisteret, aliquid dare, ad Sacristam Monasterij dirigatur.

17. Licet autem in nostris Monasteriis, omnes venientes apud nos possint communicare, iuxta Primi-

nostra, tamen declarauit Eugenius IV. non esse intelligendum de die Paschæ, quo tempore non licet ciues locorum, vbi sita sunt Monasteria, absque suorum Superiorum licentia communicare: sed forenses possunt sine licentia. Nota.

18. Tamen Pius II. concessit oraculo viuæ vocis Cōgregationi nostræ, vt omnia Sacramenta, etiam in die Paschæ conferri possunt per Monachos peregrinis famulis & hospitibus, quos in Monasteriis nostris contigerit infirmari.

19. Inhibemus præterea, ne Prælati aut Monachi nostræ Congregationis, occasione Visitationis, aut custodiæ infirmorum, extra Monasteria dormiant.

20. Ad sepulturas verò, & mortuorum exequias, nulli accedere liceat.

21. Ad præcauendos autem casus suspectos, pro conseruatione bonæ famæ (quæ sæpius mulierum conuersatione maculari solet.) edicto perpetuo & irrefragabili constitutione prohibemus, & districtè præcipiendo mandamus, ne sub cura nostra Monasteria Monialium, vllatenus acceptentur, nec earum, aut aliarum Mulierum cuiuscunque status, gradus, ætatis, aut conditionis existant, confessiones audiantur intra, vel extra Monasteria nostra: nisi fortè duntaxat in illis Monasteriis, quæ curam habent animarum, & hoc superueniente ineuitabili necessitate, nec sine licentia Superioris fiat.

22. Nec quis de Congregatione nostra audeat instruere, vel informare quempiam, de modo quo Patres congregationis induci possint ad huiusmodi Monasteria recipienda, dando eis formam, & modum, quem circa hoc seruare debeant: grauissimè si contra fecerit puniendus.

*23. Accessus quoque ad ea Monasteria, accepti mu-
munusculorum, literarum, vel nunciorum Mona-
lium pari lege, imo & strictori, vt in Capitulo qua-
to, & decimo, de Monialibus, prohibemus.*

*24. Fratres verò nostri fugitiui, vel qui extra ob-
dientiam nostram, ad sacros ordines promouentur
si redierint non permittantur in eis ministrare: ni-
per Capitulum Generale cum eis dispensetur, & o
nouem Diffinitoribus octo consentiant, praterquam
si in apostasia ordines recepissent.*

De ordine congregationis. CAPVT LXIII.

ORdines suos in Monasterio iuà conse-
uent, vt conuersionis tempus & vita
meritum discernit, vtque Abbas constituerit.
Qui Abbas non turbet gregem sibi commis-
sum, nec quasi libera vtens potestate, iniusto
disponat aliquid: sed cogitet semper, quia de
omnibus iudiciis & operibus suis redditurus
est Deo rationem. Ergò secundum ordinem
quos constituerit, vel quos habuerint ipsi fra-
tres, sic accedãt ad pacem, ad cõmunionem,
ad Psalmum imponendum, in choro standum.
Et in omnibus omninò locis ætas non discer-
natur in ordine, nec præiudicet: quia Samuel
& Daniel pueri presbyteros iudicauerunt. Ergò
exceptis his, quos, vt diximus, altiori con-
silio Abbas prætulerit, vel degradauerit con-
tis ex causis, reliqui omnes vt conuertuntur
iuà sint: vt verbi gratia, qui secunda hora die
venerit in Monasterium, iuniorem se nouerit
illius esse, qui prima hora venit die

1. Reg. 7.
Dan. 13.

cuiuslibet ætatis aut dignitatis sit. Pueris verò per omnia ab omnibus disciplina teneatur. Iuniores igitur, priores suos honorent: priores, iuniores suos diligāt. In ipsa autē appellatione nominum, nulli liceat alium puro nomine appellare: sed priores, iuniores suos fratres nominent: Iuniores autem, priores suos Nonnos vocent: quod intelligitur paterna reuerentia. Abbas autem, quia vices Christi agere creditur, domnus & Abbas vocetur: non sua assumptione, sed honore & amore Christi. Ipse autem cogitet, & sic se exhibeat, vt dignus sit tali honore. Vbicunque autem sibi obuiant fratres, iunior à Priore benedictionem petat. Transeunte maiore minor surgat, & det ei locum sedendi. Nec præsumat iunior consedere, nisi ei præcipiat senior suus: vt fiat quod scriptum est: Honore inuicem præuenientes. Rom. 12. Pueri, paruuli, vel adolescentes in Oratorio vel ad mensas, cum disciplina ordines suos consequantur. Foris autem vel vbiubi, custodiam habeant & disciplinam, vsque dum ad intelligibilem ætatem perueniant.

1. (SECVNDVM ORDINES, QVOS CONSTITVERIT.) *Declaramus, secundum morem nostrum antiquum, quod post Abbates, Priores claustrales, siue vbi esset titulus Prioratus, primus Decanus locum habeant: post prædictos, Priores titulares, si qui sint. Deinde Magistri Nouitiorum: postea Decani: ita vt omnes Decani teneant locum secūdum ordinē professionis inter se,*

Post

Post præfatos sequantur cæteri secundum ordin
suæ profeßionis, præter quam hi qui aliquaca
degradati fuerint.

2. Quod autem attinet ad Priores, & Decano
tulares, tituli huiusmodi de cætero, tam indiffere
ter non conferantur: sed iis tantum, qui in illis
ciis se laudabiliter exercuerint, & propter æta
aut valetudinis imbecillitatem, ad illa sustine
inhabiles sunt effecti. Locus autem Superior
aiunt) nemini concedatur, est enim tanquam
ambitionis.

3. Qui sacerdotes, Diaconi & Subdiaconi exp
secundum constitutiones nostras tempore nō fue
ordinati, quacunque de causa, teneāt locum in
cedendi capite sibi aßignatum post promotos, sc
ad eum ordinem ad quem ipsi adhuc promoveri
potuere transacto talis promotionis tempore.

4. Vt autem prædictus ordo melius seruari po
habeatur in singulis Monasteriis Matricula om
Fratrum nostræ Congregationis Professorum,
qua singulis annis scribantur Fratres, qui Profe
nem emiserunt, ponendo diem & annum.

5. (EXCEPTIS IIS QVOS, VIDI
MVS.) Ad omnem ambiguitatem tollenda
nostra Congregatione circa illos quos altiori con
duximus præferendos: Ordinamus, quod P
Præsidens omni tempore teneat locum primum
ter Patres Congregationis: sedem etiam Ab
in Choro, si ibi præsens fuerit teneat. Quo à C
absente liceat Abbati tenere sedem suam. Ben
ctionem, & omnia signa tam particularia, q
generalia faciat. Vbique incipiat, Te Deum

mus. Cantet Euangelium ad Matutinum, & Antiphonas duplices.

6. Idipsum faciant etiam Visitatores, cum in actu visitationis absente Præsidente fuerint, & teneant primam secundi Chori sedem. Quo tempore, vel si fortè Præsidens adsit, in signum reuerentiæ, Prælatus loci etiamsi esset visitator teneat secundam sedem primi Chori.

7. Quod si visitatores fuerint in aliquo Monasterio, & non causa visitationis, teneant quidem semper locum super Prælatum: sed signa duntaxat præeminentiæ faciant principalia, sibi inuicem deferendo, secundum ordinem professionis suæ, nisi fortè Prælatus loci esset & ipse visitator: quia tunc in Monasterio suo tantum, etiam super antiquiores visitatores locum tenebit, ratione particularis Regiminis.

8. Visitator autem actu & non officio, si Prælatus extiterit, tempore visitationis tantũ præcedet Prælatum loci, nisi qui visitatus esset, & ipse visitator officio, quo casu immediatè post ipsum locum teneat, & eo absente omnia signa faciat, sicut & cæteri visitatores.

9. Idem seruetur in visitatore actu, qui non esset Prælatus: vt videlicet omnia signa faciat absente Prælato, sicut cæteri visitatores Prælati.

10. Reliqui verò Prælati faciant vbique in absentia Prælati, & visitatorum signa præeminentiæ sibi inuicem deferendo, secundum professionis tempus.

11. Prælatus autem loci si affuerit, præcedet & antiquiores. Titulares verò immediatè post alios Prælatos sequantur, secundum professionis suæ tempus sibi inuicẽ deferendo, quibus locum assignamus post primam sedem primi Chori: qui sint per omnia

Prela-

Prælatis cum quibus degunt subditi, sicut cæteri Monachi, etiam in scribendis & recipiendis literis, sicut supra dictum est: teneantque loca suæ professionis cum in Capitulo Generali cæteri Prælati fuerint absoluti. Habeant tamen aliqua priuilegia, quibus cæteris Monachis distinguantur, Titulares ij, qui alias Abbates cum administratione fuerint: vt scilicet, cum tardè in Choro aut aliis locis venerint, non genuflectant. Similiter cum exire aliqua de causa voluerint è Monasterio, fiat quidem cum voluntate & scientia Prælati, sed non genuflectant: simulque commoda quædam eis tribuantur, vt omnino emeritis.

Nota pro patribus antiquis.

12. Seniores vero, sic sibi inuicem deferant, vt Priores Claustrales, & Primi Decani Monasteriorum habentium titulum Prioratus, ex suo Monasterio ad aliud euntes, teneant loca post Priorem Claustralem Monasterij in quo fuerint, vel post primum Decanum, si esset titulus Prioratus, Magistri Nouitiorum. Similiter Decani, post Decanos, Cellerarij locum tantum habentes, post Cellerarios, secundum professionem sibi inuicem deferentes: & absentibus Superioribus Monasterij faciant signa etiam particularia. Similiter, qui non sunt Superiores, absentibus Superioribus suis, & dignitate & professione idem faciant.

13. Administratores vero Monasteriorum, nullum habentes titulum, in Monasteriis administrationis suæ, omnes Priores Claustrales præcedant, in aliis vero sequantur.

14. Abbatem vero Casinensem, propter dignitatem loci ac reuerentiam, merito ab hac generalitate excipientes: Statuimus, quod in toto Regno Neapo-

tano præcedat omnes Prælatos etiam loci, & visitatores, excepto tamen visitationis tempore. Tam in suo Monasterio quam in aliis: extra Regnum Neapolitanum, præcedat omnes Prælatos, exceptis visitatoribus, & Prælato loci.

15. Prior quoque Casinensis, in Regno Neapolitano, præcedat omnes alios etiam Priores loci: extra autem teneat locum suæ professionis.

16 Abbatem vero S. Pauli de Vrbe, propter temporale Dominium, in Monasterio & locis suis tantum, locum super visitatores, excepto visitationis tempore, tenere decernimus. Procurator in Curia semper & vbique teneat locum super omnes Priores, etiam loci.

17. Constituta vero per visitatores, vel Prælatos Monasteriorum in Monasteriis suis durant post officium suum, nisi à successoribus suis fuerint reuocata: nec ea volumus reuocari, nisi iustis de causis: & trãsgressores, grauiter puniantur.

18. De licentiis autem particularibus dandis, aut dispensationibus, quæ vltra visitationis tempus sunt duraturæ. Præsidens seu visitatores se nullatenus intromittant: ne forte confusionem potius quam pacẽ in Monasteriis relinquant: sed illas particularibus Prælatis, qui animarum sibi commissarum clariorẽ habent notitiã, relinquant: nisi in casibus, quos ad se pertinere rationabiliter patebit.

19. Et tunc in scriptis dent præfatas licentias, cum appositione parui sigilli Congregationis: aliter non credatur eis, nec ipsis vti valeant.

1. (PRIORES, IVNIORES SVOS FRATRES VOCENT.) Ex nostra antiqua

consue-

consuetudine, ad differentiam Mendicantium, Mo-
nachos nostros appellamus Domnos: sed affectu Fra-
tres. Iuniores Seniores suos Patres vocant. Abbas ve-
rò iuxta Regulam, Domnus, & Abbas, non Dom-
nus appelletur.

2. (BENEDICTIONEM PETAT.) Ha-
Benedictionis petitionem, intelligimus signo ma-
quam verbo, ideo per inclinationem capitis fiat.

De ordinando Abbate. CAP. LXIV.

IN Abbatis ordinatione illa semper con-
deretur ratio, vt hic constituatur, quem si-
bi omnis concors congregatio secundum t-
morem Dei, siue etiã pars quauis parua co-
gregationis saniori consilio elegerit. Vi-
autem merito, & sapientiæ doctrina eligatu-
qui ordinandus est, etiam si vltimus fuerit i-
ordine congregationis. Quod si etiam omn-
congregatio vitiis suis (quod quidem abs-
consentientem personam pari consilio el-
gerit, & vitia ipsa aliquatenus in notitiã Ep-
copi (ad cuius Diœcesim pertinet ille locu-
vel Abbatibus, aut vicinis Christianis clarui-
rint, prohibeant prauorum præualete co-
sensum, & domui Dei dignum constitua-
dispensatorem: scientes pro hoc se recepu-
ros mercedem bonam, si illud castè & ze-
Dei faciant, sicut è diuersò peccatum si neg-
gant. Ordinatus autem Abbas, cogitet se-
per quale onus suscepit, & cui redditurus s-
rationẽ villicationis suæ. Sciatque sibi op-

tere prodesse magis, quam præesse. Oportet ergò eum esse doctum lege diuina, vt sciat, vndè proferat noua & vetera. Castum, sobrium, misericordem, & semper superexaltantem misericordiam iudicio, vt idem ipse consequatur. Oderit vitia, diligat fratres. In ipsa autem correptione prudenter agat, & nè quid nimis: nè dum nimis cupit eradere æruginem, frangatur vas. Suamque fragilitatem semper suspectus sit: memineritque calamum quassatum nõ conterendum. In quibus non dicimus, vt permittat nutriri vitia, sed prudenter & cum charitate ea amputet; prout viderit cuique expedire, sicut iam diximus, & studeat plus amari, quàm timeri. Non sit turbulentus & anxius, non sit nimius & obstinatus, non sit zelotypus, & nimis suspiciosus, quia nunquàm requiescet. In ipsis imperiis suis sit prouidus & consideratus, siue secundum Deum, siue secũdum seculum sint. Opera quæ iniungit, discernat & temperet, cogitans discretionem sancti Iacob, dicẽtis: Si greges meos plus in ambulando fecero laborare, morientur cuncti vna die. Hæc ergò aliaque testimonia discretionis matris virtutum sumens, sic omnia temperet: vt & fortes sint qui cupiant, & infirmi non refugiant. Et præcipuè, vt presentem regulam in omnibus conseruet, vt dum benè ministrauerit, audiat à Domino, quod seruus bonus qui erogauit triticum conseruis suis in tempore suo. Amen dico vobis, super omnia bona sua cõstituet eum.

1. (IN ABBATIS ORDINATIONE

Hodie secundum Priuilegia nostra eliguntur p
Capitulum Generale, aut per Dietas infra annu
celebratas, in quibus interueniāt, tantūmodo Pr
lati, cum Regimine, & nullo pacto Titulares.

2. Et nemo deinceps elegi possit in Abbatem: n
prius fuerit Prior claustralis, & in obseruantia R
gulari immediate exercitatus: præter procurator
in curia. Nec etiam quis eligi possit in Abbatem
solo titulo, nisi prius fuerit Abbas, cum Regimi
Illa siquidē dignitas, talibus debetur, tanquā de C
gregatione bene meritis: nisi aliqui tituli vacare
Et Prælatorum prædictorum electiones fiat, secu
dum merita: non ad fauorem Principum, iux
formam Apostolici Breuis Gregorij XIII. de q
in prima parte Ordinationum: & præuia trina V
sitatorum approbatione: iuxta aliud eiusdem su
mi Pontificis Breue. Qui Abbates habent omnia Pr
uilegia & insignia & iurisdictionem quam perpe
& benedicti habere consueuerūt. Possunt benedic
corporalia, vestes, cæteraque Ecclesiastica ornamen
ta, etiam eis vndecumque delata, tam à nostris, q
ab alijs.

3. Idem possunt Priores vbi titulus est Priorat
& nō Abbatiæ. Qui Prælati Congregationis nostr
sine Conuentu habent potestatem erigendi, & co
secrandi altare in Monasterijs, & locis suis: secun
Priuilegia nostra, necnon altare portatile.

4. Membra quoque Monasteriorum suorum,
Beneficia sibi subiecta visitare procurent.

5. Missas, autem, vel Diuina Officia in Pontifi
libus, non nisi de Capituli Generalis siue Regimi

licen

licentia celebrent: præterquam si casus repentinus occurreret, ob infestationem Dominorum temporalium, ex quo scandalum sequi, verisimiliter posset, priusquam licentiam habere possent.

6. Inhibemus, etiam Prælatis ipsis accessum ad Curiam, nisi accedente consensu Patris Præsidentis, & vtriusque Visitatoris suæ prouinciæ.

7. Prohibemus, etiam eis executionem vltimarũ voluntatum: vt videlicet neque ipsi id exercere, neque Monachos suos ad huiusmodi habilitare valeãt, sine licentia Patris Præsidentis, aut Visitatorũ, nisi in casu alicuius imminentis necessitatis.

8. Damus etiam eis liberam potestatem regendi & gubernandi Monasteria eis per Capitulum Generale vel Regimen commissa: Monachosque, ac commissos, & nouitios, cæterosque ad Monasteria sibi credita spectantes, tam in spiritualibus quam in tẽporalibus, secundum sanctissimi Patris nostri Benedicti Regulam, & constitutiones nostras. Ipsi autem, cum in Prælatos eliguntur, aut ad aliud Monasterium mutantur, quamprimum se ab omnibus aliis negotiis expedientes, recto tramite ad sibi assignata Monasteria se conferant.

9. Damus insuper eis etiã potestatem, eligendi sibi de Congregatione nostra confessores, qui eos absoluant, & salutarem eis pœnitentiam iniungant: aut si in itinere constituti Fratrum nostrorum copiam, non habuerint, confiteantur, vt melius possunt.

15. Authoritatem, etiam audiendi confessiones omnium Prælatorum, & Fratrum nostræ congregationis ad se venientiũ. Alia etiã Sacramenta conferendi, vel alteri suo Monacho prædicta committẽdi.

11. Habeant præterea authoritatem, corrigendi

excessus prædictorum Fratrum, & pro qualitate delicti imponendi eis pœnitentias, ac si essent proprio sibi subditi.

21. *Ipsi etiam Fratres sint prædictis Prælatis obedientes, & subiecti in omnibus.*

13. *Præterea eis conferimus potestatem, examinandi licentias Fratrum nostrorum: & quos reperent non complesse conditiones suarum licentiarum, vel aliter deprehenderint esse fugitiuos, gyrouagos, apostatas capi faciendi, & in custodia retinēdi, impetrato etiam si opus fuerit auxilio brachij secularis.*

14. (AD NOTITIAM EPISCOPI.) *Hinc ex indulto Apostolico tota nostra Congregatio, Monasteria exempta sunt ab omni Ordinariorum iurisdictione, & immediatè Apostolicæ Sedi subiecta: quamobrem nullo modo recurrendum est ad præfatos Ordinarios.*

De Præposito Monasterij
CAP. LXV.

SÆpius quidem contingit, vt per ordinationem Præpositi scandala grauia in Monasteriis oriantur: Dum sint aliqui maligno spiritu superbiæ inflati, qui æstimantes secundos Abbates esse, assumentes sibi tyrannidem scandala nutriunt, & dissensiones in Congregatione faciunt, & maximè in illis locis, vbi ab eodem Sacerdote, vel ab eisdem Abbatibus, qui Abbatem ordinant, ab ipso etiam & Præpositus ordinatur. Quod quia

ſit abſurdum facile aduertitur: quia ab ipſo initio ordinationis materia ei datur ſuperbiẽdi: dum ei ſuggeritur à cogitationibus ſuis, exutum eum eſſe à poteſtate Abbatis ſui, quia ab ipſis eſt ordinatus, à quibus & Abbas, Hinc ſuſcitantur inuidiæ, rixæ, detractiones, æmulationes, diſſenſiones, exordinationes. Et dum contraria ſibi inuicem Abbas prępo ſituſque ſentiunt, & ipſorum neceſſe eſt ſub hac diſſenſione animas periclitari. Et ij, qui ſub ipſis ſunt, dum adulãtur partibus, eunt in perditionem. Cuius periculi malum illos reſpicit in capite, qui talis inordinationis ſe fecerunt autores.

Ideoque nos pręuidemus expedire propter pacis charitatiſque cuſtodiã, in Abbatis pendere arbitrio ordinationẽ Monaſterij ſui. Et ſi poteſt fieri, per Decanos ordinetur, vt antea diſpoſuimus, omnis vtilitas Monaſterij, prout Abbas diſpoſuerit: vt dũ pluribus cõmittitur, vnus non ſuperbiat. Quod ſi aut locus expetit, aut Congregatio petierit, rationabiliter cũ humilitate, & Abbas iudicauerit expedire, quemcunq; elegerit Abbas, cũ conſilio Fratrum timentium Deum, ordinet ipſe ſibi Præpoſitum. Qui tamen Præpoſitus illa agat cum reuerentia quę ab Abbate ſuo ei iniuncta fuerint, nihil contra Abbatis voluntatem, aut ordinationem faciens: quia quanto prælatus eſt cęteris, tanto eum oportet ſolicitius obſeruare prącepta Regulæ. Qui prępoſitus, ſi repertus fuerit vitioſus, aut elatione deceptus ſuperbiæ, aut cõtemptor S. Regulæ

fuerit comprobatus, admoneatur verbis, n
que quater: si non emendauerit adhibeat
ei correctio disciplinæ regularis. Quod si n
que sic correxerit, tunc deiiciatur de ordi
Præposituræ: & alius qui dignus est, in lo
eius subrogetur. Quod si & postea in Co
gregatione quietus & obediens non fuer
etiam de Monasterio expellatur. Cogitet
men Abbas se de omnibus iudiciis suis D
redditurum rationem; ne fortè inuidiæ, z
zeli flamma vrat animam suam.

1. (ORDINATIONEM MONASTERII SV
*Sicut nobis est curæ, ne Prælati existant perpe
sed quolibet anno à sua Prælatione absoluantur
diligenter intendimus, ne Præpositus Monast
qui secundum morem nostrum Prior Claustr
vocatur, Senioresq; ac cæteri Officiales Monaste
rum perpetui videantur.*

2. *Idcirco statuimus quod post absolutionem Ca
tuli Generalis, intra octo dies, si cõmodè fieri po
postquam venerit Prælatus ad Monasteriũ sibi a
gnatum, conuocatis omnibus Fratribus in Capit
omnes habentes Officium aliquod vel admini
tionem in ipso Monasterio, effectualiter absolu
Ipsiq; in signum assensus prædictæ absolutioni
clinato capite reuerenter assurgant, accusant
se de excessibus suis in huiusmodi Officiis cõmiss
niam prostrati coram omnibus postulent: cla
ad ipsa Officia pertinentes, si quas habent, Pr
consignẽt, cæteraq; omnia, vt supra in Capitul
gesimotertio. Si debeãt Monachi proprium ali
habere: ac locum professionis teneant, nec ipsu*

ciis vlterius se intromittant, nisi Prælatus aliter disposuerit, & eorum curam ipsis interim cõmiserit.

3. Omnes etiam qui occasione alicuius Officij in Superiori erãt loco constituti, per tres saltem dies loca suæ Professionis teneant. Prælatus verò, qui ad generale Capitulum non accesserit: si confirmatus in eodem loco fuerit, idipsum faciat intra octo dies, postquam de ipsa confirmatione certior factus fuerit,

4. Itaq; nutu Prælati, iuxtà tenorem Regulæ, Præpositus cæteriq; officiales instituantur; & inde rursus amoueantur, cũ consilio tamen Seniorũ suorũ.

5. In noua ausẽ Officialiũ vel depositione vel publicatione Prælatus legat in Cõuentu Ordinationes & admonitiones factas in Capitulo generali. Quæ ter in anno legendæ sunt, ne quis de ignorantia se excuset: cũ videlicet Prælatus redierit à Capitulo circa Festũ omnium Sanctorũ, & circa Quadragesimam.

6. Constituimus etiam, vt casu quo Prælatus moreretur, aut ad Capitulum Generale proficisceretur, omnis eius in spiritualibus authoritas remaneat penes Priorem. Quæ authoritas permaneat, donec ad Monasterium veniat nouus Prælatus vel pristinus reuertatur: etiam si Prælati loco relictus alteri Monasterio interea fuisset assignatus.

8. Volumus autem quod in ipso tempore id obseruetur, quod Prælatus constituerit antequam moreretur, vel iret ad Capitulum. Quod si Prior, aut alius superior contrafecerit, & scandalum ob id ortum fuerit, deponatur. Si autem res minoris considerationis fuerit, stet per mensem in loco suæ professionis: vt obedientiam & humilitatem discat.

9. Similiter si contigerit Prælatum non ire ad Capitulum, cessante causa manifestæ infirmitatis

aut aliqua legitima causa, iudicio Patris Præsidentis aut Visitatorum approbanda, ipso facto vt cæteri Prælati fuerint in Capitulo absoluti, ipse quoq; absolutus intelligatur: & in Priorem Claustralem in hoc casu, omnis tam in spiritualibus quam in temporalibus transfertur potestas, vsq; ad nouam prouisionem Monasterij.

10. Secus autem, si cum licentia præfatorum, aut iusto infirmitatis impedimento remanserit. Tunc enim continuatā ei omnē potestatem, vsq; ad nouum Prælatum, vel suam conformationem declaramus.

11. In supradictis casibus, Cellerarij & alij Fratres qui temporalia curant, interim recurrant ad prædictum loco Prælati constitutum: ipsique pareant, & eius consilio omnia faciant.

12. Sed præter casus prædictos in loco suo remanentibus Prælati declarent quam authoritatem relinquant dum abesse contingat: tam circa casus reseruatos, quam circa reliqua occurrentia.

13. Caueant autem diligenter Priores Claustrales, ne Prælatis suis absentibus, æstimantes se secundos Abbates esse, Fratribusque gratificari cupientes, nouitates facere, & præter Ordinationum tenorem seu rationabilem consuetudinem dispensare, vel recreationes concedere vllo pacto de cætero præsumant: si secus fecerint, præter alias pœnas, periculum quoque depositionis subituri.

14. Quapropter ordinamus, ne amodò in eo Monasterio, in quo quis Prior fuerit, possit in Prælatum deputari, etiamsi ad gradum Prælationis alibi fuerit habilitatus. Qui si promouendus fuerit, in alio Monasterio promoueatur.

De Ostiario Monasterij.

CAPVT LXVI.

AD portam Monasterii ponatur senex sapiens, qui sciat accipere responsum & reddere: cuius maturitas eum non sinat vagari. Qui Portarius Cellam debet habere iuxta portam: vt venientes semper præsentem inueniant, à quo responsum accipiant. Et mox vt aliquis pulsauerit aut pauper clamauerit, Deo Gratias respondeat, aut Benedicat: & cum omni mansuetudine timoris Dei reddat responsum festinanter, cum feruore charitatis. Qui Portarius si indiget solatio, iuniorem Fratrem accipiat. Monasteriũ autem si possit fieri ita debet construi: vt omnia necessaria, id est, aqua, Molendinum, Hortus, Pistrinũ, vel artes diuersæ, intra Monasterium exerceantur, vt non sit necessitas Monachis vagandi foras: quia omnino non expedit animabus eorum. Hanc autem Regulam, sępius volumus in Congregatione legi: ne quis Fratrum de ignorantia se excuset.

1. (AD PORTAM MONASTERII PONATVR SENEX.) *Non tam ætate, quam moribus.*

2. (MONASTERIVM SI FIERI POTEST, ITA DEBET CONSTRVI.) *Quia sæpè ex multa auiditate ædificandi magnæ iacturæ Monasteriis inferuntur: & plerunque ipsa ædificia regulariter viuentibus minus congrua con-*

struuntur, dum pro libito quisque ædificare satagit. Idcirco ordinamus & constituimus, vt ædificia Monasteriorũ non faciliter aut præcipitanter per Prælatos nostræ Congregationis construantur aut destruantur.

3. In ipsis igitur ædificijs, si res extiterit parui sumptus & modicæ nouitatis fiat per Prælatos. Si vero aliquantulum maioris sumptus & nouitatis faciant cum consensu Seniorum suorum.

4. Quod si ædificia ipsa grandis sumptus essent aut notabilis nouitatis, non fiant sine consensu Prædictorum Prælatorum & Seniorum: addita etiam licentia seu consensu Regiminis aut saltem vnius ex Visitatoribus eiusdem Monasterij.

5. Et hæc ipsa notabilitas consideretur secundum conditiones Monasteriorum, habito respectu ad expensas seu nouitates seu aliam rem nota dignam, quia sæpe contingit paruam rem (puta) scalam, gestium, & huiusmodi, maioris esse nouitatis, quam fabricam vnius Cameræ.

6. Si autem contigerit fabricam aliquam notabilem fieri debere in Monasterio vbi Prælatus fuerit Præsidens aut Visitator, aduocetur alter Visitator. Qui si accedere non possit, aduocentur duo Patres viciniores.

7. Cum verò euenerit Visitatorem discordare à sensu Patris Monasterij & deputatorum aut aliter simul concordare non posse: tunc differatur ad Capitulum, aut recurratur ad Regimen. Et audita sententia Visitatorum aut aliorum Patrum vicinorum, nec non Prælati & Seniorum, stetur iudicio maioris partis eorum.

8. Et prædicta intelligantur non solum de actu fa-

bricandi, sed etiam de modo, qualiter scilicet fabricari debeat.

9. Vnde in omnibus congregationis nostræ Monasteriis, si iuxta prædictum ordinē fabricare contigerit, prius designa fiāt. Quibus diligenter consideratis, postea fiant Modelli: arbitrio tamen Præsidentis & Visitatorum, adiunctis aliis duobus Prælatis.

10. Nullus verò Prælatorum audeat mutare ipsos Modellos, aut fabricas, per alios incœptas, nisi Capituli Generalis, vel saltem Visitatorum, addito etiam peritorum, consilio. Et si quis voluerit in Monasterio, vbi aliquæ fabricæ incœptæ sint fabricare, teneatur omnino fabricas cœptas perficere, nec aliunde initium fabricandi sumere possit.

11. In quibus quidem ædificiis vbique vitetur Tarsia, Aurum, & Pictura, & præsertim in Cameris & & Hospitijs: præterquam in Ecclesiis rebusque Ecclesiasticis.

12. Præterea ordinamus & in virtute sanctæ obedientiæ præcipimus, ne quis Congregationis nostræ Prælatus, Rector aut Cellerarius, propter huiusmodi ædificia construenda Monasterium debitis grauent: nec vltra Monasterij sui possibilitatem hoc est annuum prouentum, pecunijs alienis sine Patris Præsidentis aut duorum Visitatorum adminus licentia (quæ non est concedenda, nisi casu necessitatis) fabricare vel emere bona immobilia audeat. Nec omnino fabricetur in Monasteriis ære alieno grauatis.

13. Constitutioni huic nostræ si quis contra facere ausus fuerit, pœnæ priuationis dignitatis, Regiminis, & Officij in proximo futuro Capitulo subiacebit.

14. Cellerarij verò sine expressa Prælati licentia nihil penitus fabricare præsumant.

15. (HANC REGVLAM.) *Legatur singulis diebus lectio de Regula in Capitulo, post pretiosa præterquam in Dominicis, & festis, vt supra in Capitulo decimooctauo: Quot Psolmi.*

De Fratribus in via directis.

CAP. LXVII.

DIrigendi Fratres in via, omnium Fratri vel Abbatis orationi se commendent & semper ad Orationem vltimam Operis Dei commemoratio omnium absentium fiat. Reuertentes autem de via Fratres ipsi die quo redeunt per omnes Canonicas horas dum expletur Opus Dei prostrati solo Oratorij ab omnibus petant Orationem, propter excessus: ne quid forte subripuerit in vi visus, aut auditus malæ rei, aut otiosi sermonis. Nec præsumat quisquam aliis referre quæcumque foris Monasterium viderit aut audierit: quia plurima destructio est. Quod si quis præsumpserit, vindictæ regulari subiaceat. Similiter & qui præsumpserit Claustra Monasterij egredi, vel quocunque ire vel quippiam quamuis paruum sine Abbatis iussione facere.

1. (AD ORATIONEM VLTIMAM.) *Quod hoc addimus in fine Orationis, quam dicimus memoriam Beatæ Mariæ Virginis, quæ est vltima Oratio: Et famulos tuos ab omni aduersitate custodi.*

2. (Pr

2. (PER OMNES HORAS.) *Intelligimus, de horis sequentibus eorum aduentum, & cum venerint ex longo itinere, & diu puta per mensem & vltra steterint extra monasterium. Et hic erit orandi modus. Frater qui fuerit reuersus, iuxta formam Declaratorij, se præsentet in Oratorio, & in fine omnium horarum illius diei à reuersione genuflexus stet in medio Chori facie ad altare versa, dum dicitur antiphona ad laudem beatæ Virginis, in fine horarum dici consueta, cum subsequenti Oratione. Qua finita Abbas aut Superior in Choro, immediatè dicat: Oremus Fratres Deum omnipotentem, vt huius Fratris nostri reuersio sit cum eius salute. Factoq; paruo interuallo pro tali Oratione, idem Superior Fratri benedicens consuetum signum surgendi faciat.*

3. *Cum verò vltra tres dies: & minus quam per mensem, extra Diocesim fuerint morati, sufficiat petere Orationem in vna horarum Canonicarum illius diei. Quod si post Completoriũ venerint (quia amplius nullæ sunt horæ illius diei) petant hanc Orationem à Prælato.*

4. (REFERRE.) *Hanc partem Regulæ studeant Patres obseruari facere, & transgressores grauiter punire: quia plurima destructio est.*

5. *Quapropter si quis in hoc notabiliter excesserit, dicat suam culpam in Capitulo: & comedat in terra in pane & aqua, arbitrio Prælati, toties quoties contrauenerit. Cui pœnæ subditi quoque sint pari lege, qui referre foris ausi fuerint quæ in Monasteriis acciderint.*

6. SINE IVSSIONE ABBATIS.) *Hæc iussio accipitur aliquando pro licentia. Ideoque no-*

stra

ſtra antiqua conſuetudine nemo Fratrum Congregationis noſtræ ſine iuſſione vel licentia Abbatis, vel eius qui ipſo abſente eius vices gerit Monaſterium egredi permittitur.

7. *Habita vero licentia genibus flexis benedictionem petit, propter periculum, tã animæ, quã corporis. Quod etiam ſtrictius ſeruari mandamus, & tranſgreſſores ſicut in grauibus culpis puniri. Pariterque poſtea in reuertendo ſimilem benedictionem petat: quia ſicut piſcis extra aquam, ita Monachus extra Monaſterium.*

8. *Et quod nullus Fratrum poſſit accedere ad Præſidentẽ, ſeu Viſitatores exiſtentes in alio Monaſterio, niſi habita licentia à Prælato ſuo, ſiue ab ipſis Viſitatoribus, & Præſidente.*

9. *Si quis autem Frater mutatus habuerit Syndicatum, aut Procuratoriam in perſonam ſuam, Monaſterio à quo recedit, penitus interdicimus, ut non præſumat amplius eo vti: arbitrio Capituli Generalis vel Regiminis, ſi aliter præſumpſerit puniendus. Et ad cautelam volumus omnino, vt in talium mutatione reuocentur huiuſmodi Syndicatus.*

Nota. 10. *Statuimus etiam quod licentia eundi ad Affines vel conſanguineos viſitandos, vel ad alia locaria creationis cauſa, vltra vnius diei iter à Monaſterio in quo Frater petens licentiam deputatus fuerit, nemine poſſit concedi, præterquã à Capitulo Generali. Quod ſi quis Prælatus voluerit aliquem ex ſuis Monachis ad aliud quodcunque vicinum Monaſterium, recreationis vel negotij priuati cauſa, mittere, non prius id faciat, quam conſentiat Prælatus eius Monaſterij ad quod talem Fratrẽ mittere intendit.*

11. *Si verò intra annum neceſſitas accideret ad*

quibus vltra vnius diei iter eundi, tunc Pater Præsidens vel primus Visitator illius Prouinciæ in qua non fuerit Pater Præsidens, possit prædictam licentiam concedere; hoc tamen addito, quod cum ad beneficium dictorum consanguineorum ire petierint, de cætero ipsorũ consanguineorum expensis, & sumptibus vadant; ne Monasteria nostra grauentur.

13. Prohibemus autem, Fratribus nostris, negotia & lites consanguineorum Affinium aliorumve secularium amplecti: & præsertim ne ad tribunalia quæuis accedant, nisi ex vrgẽtissima causa à Prælato cognoscenda.

14. Euntes autẽ Fratres vltra vnius diei iter portent secũ literas testimoniales Prælati sui: sine quibus si fuerint inuenti carceri mancipentur. Mutati autem ad alia Monasteria huiusmodi literas accipiãt à Superioribus Monasterij, vnde mutati erunt.

15. Curantes quoque iuxta Regulam, omne periculum proprietatis extirpare, volumus quod Fratres mutati cum primum ad loca mutationis suæ peruenerint, pecuniam resque omnes Superiori cõsignent intra triduum. Alitir in pane & aqua ieiunent. Quam pœnitentiam toties iterent, quot diebus id facere distulerint.

16. Et quoniam ex vagatione Monachorum multa oriuntur scandala: Ordinamus, vt Fratres nostri mutati recta via proficiscantur, nullibi declinantes: & notent seriatim omnes expensas quas in itinere fecerint. Caueant autem omnino Patres, quantum possunt, è mutationibus Fratrum, & præsertim iuniorum & non Sacerdotum: qui non nisi ex vrgentissima necessitate sunt mutandi: & cum hoc ad loca viciniora, nec aliter alioue modo mutentur.

17. Quod si mutati pecuniam, pro vestibus acce-
ptam, præter necessarias itineris expensas, in alis
superfluis sine licentia Prælati sui expenderint: n
in eo in quo delinquerint puniantur, non teneatur
Prælatus eis concedere ipsas vestes. Et ad euitanda
fraudes, scriptum habeant à Superiore Monaste
vnde recesserint, continens omnia quæ secum defe
runt, tam in pecunia quam in libris & vestibus c
cæteris omnibus, reseruato Prælati arbitrio, cir
numerum & qualitatem librorum auferendorum
Qui sufficientiã, professionem, & indigentiam mu
tati Fratris, necnon & distantiam loci considerabi
quod ratio dictabit concessurus. Conficiantq; alius
scriptum prædicto simile, quod in Monasterio vn
discedunt relinquant: quod autem secum deferun
Prælato Monasterij ad quod accedunt statim con
gnent. Et qui contra fecerit, ieiunet in pane &
qua, & nihilominus supradicta facere teneatur
nec possint Cellerarij aut alij accipere à Fratrib
aut retinere pecunias, aut etiam eas describere in
bro computorum Monasterij.

18. Declaramus autem, quod quando Fratres mu
tantur per Patres diffinitores in Capitulo, Prælat
Monasteriorum ad quæ mittuntur teneantur scri
bere Superioribus Monasteriorum in quibus deg
bant mutati, vt ipsis in discessu prouideant de e
pensis necessariis in itinere faciendis, confecto sup
his chyrographo: quod deinde in eodem Monaste
remaneat, scindendum aut delendum, cum restitu
tio præstitæ pecuniæ, si qua præstita fuerit, fiet q
fieri volumus quo citius poterit, aut saltem omni
in Capitulo Generali proximè celebrando.

19. Quod si Prælati, aliqua ex causa, non scrip

rint, aut literæ scriptæ non peruenerint, transacto tempore quo peruenisse debuissent: Superiores ipsi prouideant mutatis de necessariis, & de hoc moneant Prælatos per literas: quas deferendas talibus mutatis, vna cum inuentario omnium aliarum rerum consignent. Nec permittant mutatos secum deferre capsas: nisi forte per mare, aut per flumina nauigabilia iter facerent: quam vnicam esse tantum volumus. Prohibemusque dictis Fratribus vti Valisiis siue paruis siue magnis omni loco & tempore.

20. *Aduertant autem Superiores talibus mutatis prouidentes, quod si nouerint eos habere alias pecunias à sibi per mutationem debitis, eas computare debent in expensis itineris: quas si minus esse cognouerint, suppleant, deinde ipsi cauentes à grauandis Monasteriis ad quæ mutati accedunt, sed in omnibus prouidè ac considerate se habentes.*

21. *Quod si mutationes fient per Patres Præsidentem & Visitatores, & præsertim ad Monasteria ad quæ tam cito ob distantiam itineris non potest nuntius peruenire: ipsimet per literas moneant Superiores Monasteriorum, in quibus tales mutati reperiuntur, vt eis prouideant de necessariis expensis: sicuti supradictum est, admoneantque tam ipsi Patres quam Superiores Monasteriorum mutatos Fratres, qua via & quomodo teneantur ad sua Monasteria se conferre.*

22. *Quod si contra factum fuerit, non possit Monasterium illas pecunias præstitas repetere, nec audiatur à iudicibus, nisi literas, aut apodixem, huiusmodi fidem mutuatæ pecuniæ ostenderit.*

23. *Statuimus autem, quod si qui Venetias accede-*

re voluerint, necessario vltra licentias Prælatorum Venetiarum, habeant etiam licentiam Patris Prælidis aut Visitatoris vnius suæ Prouinciæ; nequaquam tamen prohibentes, quin negotia Monasteriorum publica possint tractari per Prælatos aut alios ministros in hac eadem ciuitate.

Si Fratri impossibilia iniungantur.

CAP. XLVIII.

SI cui Fratri aliqua forte grauia aut impossibilia iniunguntur, suscipiat quidem iubentis imperium, cum omni mansuetudine & obedientia. Quod si omnino virium suarum mensuram viderit pondus excedere: impossibilitatis suæ causas ei qui sibi præest patienter & opportunè suggerat, non superbiendo, resistendo vel contra dicendo. Quod si post suggestionem suam in sua sentētia Prioris imperium perdurauerit: sciat iunior ita sibi expedire, & ex charitate confidens de adiutorio Dei obediat.

Vt in monasterio non præsumat alter, alterum offendere. CAP. LXIX.

SVmmopere præcauendum est, ne quasi occasione præsumat alter alterum offendere Monachū in Monasterio, aut quasi ruere etiam si qualibet consanguinitatis propinquitate iungantur. Nec quolibet modo in Monachis præsumatur: quia exinde grauissima occasio scādalorum oriri potest. Quisquis, hæc trāsgressus fuerit, acrius coercea-

Vt non præsumat quisquam aliquem passim cædere aut excommunicare.

CAP. LXX.

VT vitetur in Monasterio omnis pręsumptionis occasio, Ordinamus atque cõstituimus, vt nulli liceat quenquam Fratrum suorum excommunicare aut cædere: nisi cui potestas ab Abbate data fuerit. Peccantes autem coram omnibus arguantur: vt cæteri metum habeant. Infantibus vero vsque ad quintum decimum annum ætatis disciplinæ diligentia sit, & custodia adhibeatur ab omnibus. Sed & hoc cum omni mensura, & ratione. Nam in fortiori ætate qui præsumpserit aliquatenus sine præcepto Abbatis, vel in ipsis infantibus sine discretione exarserit disciplinæ Regulari subiaceat: quia scriptũ est, Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.

1. (CÆDERE.) *Sed nec etiam proclamare aut increpare siue corripere tam Professum quam Nouitium seu Commissum: nec alio quam proprio nomine appellare: vel aliter indecenter & derisoriè nominare. Si quis contra fecerit, teneatur dicere suam culpam in Capitulo, grauiter pro excessus qualitate puniendus.*

2. *Sed si quis aliquid correctione dignum in aliquo cognouerit, studeat Prælato aut Senioribus intimare ad quos huiusmodi correctiones spectare decernimus.*

3. Possit tamen Frater Fratrem delinquentē ch
tatiuè humanis verbis & cū humilitate admon
4. Et vt pax, & charitas inter Fratres illibata
uetur, & cūctis trāsgrediendi materia præcid
Ordinamus quod si quis ex Fratribus nostris, su
te diabolo ausu fuerit in aliquem vti verbis cō
natoriis, turpibus, aut iniuriosis, dicat suam cul
in Capitulo: comedatque in pane & aqua in
in Refectorio, cum Zona ad collum.
5. Quod si in personam Superiorem deliquerit,
dictas pœnas, diebus octo maneat degradatus,
Prælatum per mensem.
6. Si quis vero Superiorum infra Prælatum,
quo supra in Fratrem deliquerit, ieiunet sem
pane & aqua in refectorio, comedens in terra
Zona ad collum.
7. Si quis vero aliquem Fratrem percusserit pr
quam quod est ipso iure excommunicatus, &
Prælato absoluendus, illicò etiam carcerali cu
mancipetur, arbitrio Prælati & Visitatorum,
extra visitationis tempus, pro circumstātiis &
litate casus extrahendus.
8. Quoties autem aliqua orta fuerit conten
ter aliquos siue Fratres siue Superiores aut Pr
adhibeatur per Prælatos aut Præsidem aut V
tores aut Regimen respectiue omnis opera, vt
reconcilientur: aliter si recusauerint, à Diuin
spendantur. Et si admoniti obstinati perstiter
superiores fuerint, omni præterea gradu priu
si inferiores, carceri mancipentur ad arbitriu
giminis. Quod si post reditum in gratiam
pertum fuerit simultates inter se gerere, si p
fuerint de loco suæ professionis post omnes deici

sin Superiores etiam Prælati, à gradu & administratione suspendãtur: donec constet verè reconciliatos esse, & officia charitatis sibi inuicem exhibere.

Vt obedientes sint sibi inuicem Fratres.

CAP. LXXI.

OBEDIENTIÆ bonum non solum Abbati exhibendum est ab omnibus: sed etiam sibi inuicem ita obediant Fratres, scientes se per hanc obedientiæ viam ituros ad Deum. Præmisso ergo Abbatis, aut Præpositorum, qui ab eo constituuntur imperio (cui non permittimus priuata imperia præponi.) De cætero omnes iuniores prioribus suis omni charitate & sollicitudine obediãt. Quod si quis contentiosus reperitur, corripiatur. Si quis autem Frater pro quauis minima causa, ab Abbate vel à quocunque Priore suo corripiatur quolibet modo, vel si leuiter senserit animum Prioris cuiuscunque contra se iratum vel cõmotum quamuis modicè, mox sine mora tamdiu prostratus in terra ante pedes eius iaceat satisfaciens vsque dum benedictione sanetur illa commotio. Quod si quis contempserit facere, aut corporali vindictæ subiaceat; aut si contumax fuerit, de Monasterio expellatur.

1. (VEL SI LEVITER SENSERIT ANIMVM PRIORIS IRATVM VEL COMMOTVM.) *Hanc iram, vel com-*

motionem maxime ex iniusta causa quantum potest Superiores euitent. Qui tamen si commo-buntur, & (vt Regula præcipit) eorum infe-genuflexi satisfecrint, benignissime ignoscant, benedicant sicut Regula dicit.

2. Si tamen eorum excessus pœnitentiam mere-nullus eam nisi Prælatus aut aliqui Superiorum quos spectat iniungere pœnitentias, imponat.

De Zelo bono, quem debent habere Monachi. CAP. LXXII.

SICVT est zelus amaritudinis malus, q-parat à Deo, & ducit ad infernum: i-zelus bonus, qui separat à vitiis & duc-Deum & ad vitam æternam. Hunc ergo-feruentissimo amore exerceant Monach-est, vt honore se inuicem præueniant. Ini-tates suas siue corporum siue morum pa-tissimè tolerent: obedientiam sibi cer-impendant. Nullus quod sibi vtile iudic-quatur, sed quod magis alij. Charitatem-ternitatis casto impendant amore. Deu-meant: Abbatem suum sincera, & humil-ritate diligant. CHRISTO omnino-præponant, qui nos pariter ad vitam æte-perducat Amen.

De eo quod non omnis obseruatio iustitiæ in hac sit Regula constituta.

CAP. LXXIII.

REGVLAM autem hanc descripsimus, vt eam obseruantes in Monasteriis aliquatenus vel honestatē morum aut initium cōuersationis nos demonstremus habere. Cæterum ad perfectionem qui tendit, sunt doctrinæ Sanctorum Patrum: quarum obseruatio perducit hominem ad celsitudinem perfectionis. Quæ enim pagina, aut quis sermo diuinæ authoritatis Veteris ac Noui Testamenti, non est rectissima norma vitę humanę? Aut quis liber Sanctorum Catholicorum Patrum hoc non resonat, vt recto cursu perueniamus ad Creatorem nostrum? Nec non, & collationes Patrum, & instituta, & vita eorum; sed & Regula S. Patris nostri Basilii, quid aliud sunt, nisi bene viuentium & obedientium Monachorum exempla & instrumenta virtutum? Nobis autem desidiosis & male viuentibus atque negligentibus rubor confusionis est. Quisquis ergo ad patriam cælestem festinans, hanc minimam inchoationis Regulam descriptam adiuuante CHRISTO perfice: & tunc demum ad maiora, quæ supra commemorauimus, doctrinæ virtutumque culmina DEO protegente perueniés. Facientibus hæc Regna patebunt superna. Amen.

1 QVIA tam sanctissimus Pater Noster B[illegible] dictus hanc Regulam scribendo, quam et[illegible] nos locis congruis & opportunis declarando, n[illegible] aliud quam morum emendationem, & religiosa[illegible]tæ sanctimoniam, atque eam animæ puritatem [illegible] innocentiam Monachis, dum hac peregrinati[illegible] versantur persuadere intendimus: qua postqu[illegible] ab huius exilij ærumnis absoluti fuerint, mox [illegible] Purgatorij pœnis, quantum possibile est, ad [illegible] thorem suum læti reuertantur: quia tamen hum[illegible]na fragilitate obstante non semper assequim[illegible] quod intendimus: & quia in multis offendimu[illegible] mnes, & septies in die cadit iustus: æquum & p[illegible] est, vt curam & sedulitatem quam viuentibu[illegible] proficerent, exhibuimus, vita quoque functu vi[illegible] citius purgentur exhibeamus: vt si quas à pra[illegible] beatissimi Patris & nostris monitis deuiando [illegible] culas contraxerunt, huiusmodi piis & frat[illegible] suffragiis expiati, ad fœlicem illam requiem & [illegible] thoris sui beatissimam visionem ocius transferi[illegible]

Prou. 24. Iacob. 9.

2. Cum itaque aliquis Monachus, Commissu[illegible] Nouitius peracto cursu huius labilis & ærũnosa[illegible] spiritum Domino creatori suo reddiderit, vt ch[illegible] viuenti exhibita, etiam defuncto seruetur: volu[illegible] vt in loco vbi Frater in Domino requieuerit, v[illegible] pultura traditus fuerit, Officium totum perso[illegible] tur secundum rubricam Romanæ Curiæ in die fu[illegible] ris. Celebretur etiam Missa solẽniter, si fieri poti[illegible] tẽpus permiserit: alias sequentidie. Die quoq; v[illegible] simo, & trigesimo, & Anniuersario deposit[illegible] semel tantum Missa conuentualiter cantu[illegible] cum Responsorio, Libera me Domine, cum [illegible] sibus suis, & oratione, sicut moris est. Pater [illegible]

Monasterij ipsius in quo defunctus est Frater scribat cæteris Patribus Congregationis, notificando diem dormitionis in Domino, & nomen Fratris Defuncti omnino: nec prætermittatur ex negligentia, prout nonnulli faciunt in detrimentum animæ suæ & proximè defuncti. Qui Patres habita notitia Fratribus denuntient, arctius eis animam Fratris ipsius defuncti commendando: & quamprimum fieri poterit singuli in suis Monasteriis conuentualiter celebrari faciant Missam pro defuncto Fratre aut pluribus, sicut nunciatum eis fuerit.

3. Et quia olim Sacerdotes triginta Missas, pro quolibet defuncto Fratre dicere tenebantur: quia nunc Deo propitio tantum creuit Congregatio nostra, & consequenter quolibet anno numerus defunctorum ad tollendum scrupulum de mentibus Fratrum, declarantes Ordinamus, vt singuli Sacerdotes in triginta Missis ad participationem tantum huiusmodi defunctos admittant, momoriamque faciant expressè vel secretè. Cæteri antem Monachi, & Commissi in suis Officijs mortuorum, vsque ad triginta dies idem faciant. In Monasterio tamen in quo aliquis requieuerit Frater, dicantur triginta Missæ, pro animæ eius remedio: quarum distribuendarum curasit Sacristæ eiusdem Monasterij.

4. Et quia post precum emissionem, ad extinguendos Purgatorij cruciatus multũ confert eleemosyna: Ordinamus, quod in Monasterio, in quo Frater decessit, ponãtur quotidie in loco vbi sedere solitus erat ad mensam in Refectorio, omnes cibi & vinum, sicut singulis Fratribus datur, ac si viueret. Quæ postmodũ dentur in eleemosyna alicui pauperi vel pluribus pro anima ipsius defuncti, aut tantundem, sicut

Superior ordinauerit, vsque ad triginta dies. Ni
lusque sedeat in loco illo: sed vacuo remanente, a
ponatur Crux parua lignea super mensam in
locum vacuum, in memoriam Fratris defuncti:
Fratres memoria mortis compuncti, & pro Fra
feruentius orent, & ad perfectius viuendum ex
tentur.

5. Ordinamus insuper quod singulis annis impon
tur triginta Missæ, pro quolibet Monasteriorum n
strorum, in solutione Capituli Generalis, pro hi
tibus literas gratiosas, qui illo fortè anno decess
rint. Quas quidem Missas pro vnoquoque Mona
riorum nostrorum sufficere volumus, ad debiti
stri & dictarum literarum gratiosarum satisfa
onem.

6. Charitatis etiam affectum erga Fratres C
gregationis nostræ exercere volentes, vniuersos
rentes, Fratres, & Sorores Fratrum nostrorum, p
sentium & futurorum, ad participationem omn
bonorum quæ in nostra fiunt, & fient Congrega
ne, sicut fit illis, quibus literæ gratiosæ concedun
admittimus: prohibentes ne quis de cætero, prop
dictis, literas gratiosas requirant.

7. Et sciendum quod Leo Decimus concessit, q
omnes Sacerdotes Congregationis nostræ, qui s
Altare Sanctissimi Patris nostri Benedicti in Mo
sterio Casinensi, vel super altare S. Iustinæ in M
nasterio suo Paduano celebrauerint tres Missas
anima cuiuscunque Fratris defuncti siue Patris
Matris vel Sororis alicuius ipsorum Fratrum, in
trabunt, & obtinebunt illis plenam remissio
omnium pœnarum eis in Purgatorio debitarum
hæc gratia durat in perpetuum, quæ data fuit

ſupra, viuæ vocis oraculo, & quantum ſe plenitudo Apoſtolicæ poteſtatis extēdit: quam gratiam poſtea, idem ſummus Pontifex, ad affines noſtros, & ad omnes Benefactores Congregationis, & beneuolos prorogauit.

8. *Idem quoque ſummus Pontifex conceſsit, vt quiſquis ex Monachis dictæ Congregationis in altari S. Seuerini de Neapoli: vel in altari quod dedicatum eſt Sanctiſsimo Patri noſtro Benedicto in Monaſterio S. Saluatoris Papienſis, vnam Miſſam pro defuncto Monacho vel Oblato, ſiue pro Affine Monachorum dictæ Congregationis, vſque ad ſecundū gradum incluſiuè celebrauerit: liberationem illius animæ à Purgatorio pro qua Miſſa celebrata fuerit, conſequi mereatur: in omnibus & per omnia, perinde ac ſi in altaribus Sanctorum Gregorij vel Sebaſtiani, quæ ſunt Romæ celebraſſet: omniaque illa feciſſet quæ ad liberationem huiuſmodi eſſent oportuna, & hoc viuæ vocis oraculo.*

S. GREGORIVS ROMANVS PP. HVIVS NOMINIS primus, de approbatione Regulæ Sanctissimi Patris Benedicti. Ex hoc Priuilegio Monasterio Sublacensi concesso.

EGO GREGORIVS SANCTÆ Romanæ Ecclesiæ Pre-sul, Scripsi vitã Beati Benedicti: & legi Regulam, quam ipse Sanctus manu propria scripsit. Laudaui eam: & confirmaui in sancta Synodo: & per diuersas partes Italiæ, & vbicunque Latinæ litteræ legerentur, præcepi vt diligentissimè obseruarentur quicunque ad conuersionis gratiam accessuri essent, vsque in finem mundi. Et confirmo duodecim Monasteria quæ ipse Sanctus construxit.

INDEX

RERVM, AC VERBORVM MEMORABILIVM IN SANCTISS. Patris N. Benedicti Regula:

Et Patrum Casinensis Congregationis Declarationes.

AB Abbate nõ discernatur persona in Monasterio. pag 9

Abbas amet quẽ in bonis actibus, & obedientia inuenerit meliorem. 10

Abbas animarũ sibi cõmissarum, & suæ in die iudicii rationem est redditurus. 11

Abbas bona, & sancta factis ostendere debet. 9

Abbas capacibus mandata Dei verbis proponat. 9

Abbas Casinensis quos, & in quib. locis præcedat. 158.159

Abbas caueat aliquem Monachum suscipere sine litteris commẽdatitiis sui Abbatis. 147

Abbas Christi vices in Monasterio agere creditur. 8

Abbas cogitet de omnibus iudiciis suis se redditurum rationẽ Deo. 10

Abbas cogitet, quia animas suscepit regendas. 11

Abbas consideret infirmitatem indigentium, non voluntatem inuidentium. 133

Abbas conuocet Con-

gregati-

gregationem cũ pręcipua agenda ſunt in Monaſterio. 12
Abbas cum conſenſu maioris partis Seniorum eligat promouendos ad ſacros ordines. 149
Abbas cũ de alienis, ratiociniis cauet, reddi tur de ſuis ſollicit°. 12
Abbas cum Senioribus poteſt expedire negotia Monaſteriorũ ſuis Monaſteriis vnitorum. 15.16.
Abbas cum timore Dei, & obſeruatione Regulæ omnia faciat. 12
Abbas curet ne aliis p̃dicãs, ipſe reprobus inueniatur. 9
Abbas curet, ne infirmi negligãtur, à quibus, & quare. 80.81
Abbas denunciari ſibi faciat à Fraribus libros, & quæcunque concupiſcibilia. 75
Abbas dictante iuſtitia poteſt alterum, alteri præponere. 10
Abbas Domnus, & Abbas appelletur. 155.
Abbas Fratribus neceſaria det, vt vitiũ peculare amputetur.
Abbas hoſpitibus aq in manus det. 117.
Abbas in correction prudẽter agat, & ne quid nimis. 16
Abbas in agendis rebus exilibus, vtatur tũ cõſilio Seniorũ.
Abbas non amet plu vnum, quã alium.
Abbas non cauſetur minori ſubſtantia.
Abbas non conturb gregem ſibi commi ſum. 15
Abbas non diſſimule aut paruipendat ſa lutem animarum.
Abbas non præpon conuertenti exſerui tio, ingenuum.
Abbas nullus eligẽdu qui non fuerit act Prior. 16
Abbas quãdo ferro ab ſciſionis vti debe 60.61
Abbas quem eligere beat ad Sacerdoti

dine

dinem promouendum. 149. 150
Abbas quid agere debeat vt proprietas amputetur. 74
Abbas quos Fratres ad rerũ mobilium custodiam præficere debeat. 70
Abbas regulã in omnibus conseruet. 162
Abbas sancti Pauli de Vrbe, quos pręcedat, & quando. 159
Abbas semper dimittẽdos procuret Seniorum vnum, aut duos cum Fratribus. 134
Abbas sit sollicitus circa excõmunicatos, & qualiter. 59
Abbas timeat futuram discussionẽ pastoris de creditis sibi ouibus. 11
Abbas titularis quis fieri debeat, & possit esse. 162
Abbas vitæ merito, & sapientiæ doctrina eligatur. 161
Abbatẽ oportet esse doctũ in lege Diuina. 162
Abbates habeant rationem locorum, personarum, & temporũ, in horarum dispositione. 30
Abbates benedicere possunt omnia Ecclesiastica ornamenta. 162
Abbates curam infirmorum negligentes sine misericordia puniendi. 81
Abbates hodie eliguntur per capitulũ Generale, siue per Dietas infra annum. 162
Abbates nostri habent priuilegia, signa, & iurisdictionem, quã perpetui habent. 162
Abbates titulares non possunt interuenire in Dietis. ibidem
Abbatib. nostri sin Põtificalibus celebrare quãdo liceat. 162. 163
Abbatis authoritas in assignandis Nouitii locis. 146
Abbatis authoritas in assignando loca vnicuique. 147
Abbatis vitia non dissimulan-

mulanda, nec tolleranda. 160
Abscisionis modus videtur reuocatus. 61
Abstinentia à lacticiniis à prima Dominica Aduentus, vsque ad festum Natiuitatis Domini. 113
Abstinentia à lacticiniis post Quinquagesimam statim incipienda, & inuiolabiliter obseruanda. 112
Accessus ad Monasteria Monialium, acceptationes munusculorum, & litterarum inhibentur. 154
A Coquinæ officio qui excusentur. 79
Ad Completoriũ tardè accedentes, quid agere debeant. 98
Ad lectionem capituli tardè accedẽtes, qd agere debeant. 97
Administratores in Monasteriis suę administrationis, & alibi quê locũ teneãt. 158
Ad officium diuinum accedentes, quando genuflectere debe[illegible] & se excusare. [illegible]
Adolescentes certi, [illegible] bene cogniti recip[illegible] endi, & nõ aliter. [illegible]
Adolescentes disc[illegible] tractãdi, & quare. [illegible]
Adolescentes in O[illegible] torio, & ad Mens[illegible] ordines suos con[illegible] quantur. [illegible]
Aedificia magni sũp[illegible] qua ratione fieri [illegible] beant, & possint. [illegible]
Affectio inordinata [illegible] ritur ex collatio[illegible] munusculorum. [illegible]
A Calendis Nouembris vsq; ad Pas[illegible] qua hora surge[illegible] ad nocturnos. 3[illegible]
Alchimiæ ars inte[illegible] citur Fratribus. [illegible]
Alienationes quo [illegible] cto fieri possint. [illegible]
Alienatio rerũ Ec[illegible] siasticarum fieri [illegible] potest, sine licen[illegible] summi Pontifi[illegible]
Alienatio vltra va[illegible] ducatorũ quing[illegible] ginta nõ potest [illegible] incõsulto Cap. 8[illegible]

Alienationes fiant quoad fieri potest per permurationes. 15
Alleluia quibus temporibus dicatur, & quãdo. 36.37
Alter alterum in Monasterio defendere non præsumat, & quare, 178
Anachoretæ, & Heremitæ. 7
Anima prius quam corpus reficienda. 87
Antequam suscipiatur aliquis ad probationem quid agẽdũ. 138
Antiqui monachi, omni doctrina ecclesiã illustrarunt. 103. 104.
Apparatus vani in hospitum susceptione prohibentur. 122
Aquam in manibus hospitibus, qui dare debeant. 119
Arma obedientiæ fortissima 1
Artifex qui arte sua extollitur, euellatur ab ipsa, & quousque. 134
Asperſio aquæ benedictæ quando fiat à Superiore 39
Aues, & animalia ad iocũ prouocantia prohibentur. 21
Auiditas ędificandi magnas iacturas Monasteriis inferre solet, & quare. 169
Authoritas Prælati in spiritualibus, quãdo remaneat penes Priorem, & quousq;. 167
Auxilium brachii secularis quando implorandum. 62

B

BAlnea quæ sunt in Monasterio, non extra intelligenda. 83
Balneorum licentia durat tantum per biennium. 83
Balneorum vsus infirmis quando offerendus. ibidem.
Beatissimus Pater Benedictus nigro vsus est colore. 128
Benedictio, capitis inclinatione petẽda. 160
Benedictionẽ in sero pe

tere à Superiore laudabile. 39
Benedictio quomodo, & quando petenda. 174.
Benedictus sanctus mẽsuram victus aliorum cum aliqua scrupulositate constituit. 90
Bona feudalia, & emphyteotica deuoluta quando possint iterum in feudum, vel emphyteosin dari. 14
Bona mobilia Monasteriorum solicite custodiantur. 71
Breuiarii cõsuetudo circa ordinationem Diuini officii seruãda. 29

C

CAmpana Capituli pulsanda, quando eundum est ad cellas. 111.
Cantare, aut legere quis debeat, quando, & qua grauitate. 103
Cãtus figuratus in Choro inhibetur. 44
Cantus figuratus in hebdomada sancta non varietur. 43
Cantus firmus moro[illegible] canatur.
Capite seminudato [illegible]dum, & quando.
Capitulũ generale, [illegible]mam capuciorum [illegible]stituat.
Capitulum, Regimẽ, [illegible] Prælati congregationis, quæ debeant [illegible]gressoribus iniungi [illegible]re.
Capitulum tenend[illegible] singulis diebus, [illegible] Primam, festis e[illegible]ptis.
Capucia scapularior[illegible] aliquanto minora [illegible]puciis Cucullarum.
Capuciorum forma [illegible] omnibus Monaste[illegible]sit.
Carcere liberati à [illegible]bus, & quo in [illegible] possint restitui.
Carcer quãdo ad cu[illegible]diam, & quando [illegible]pœnam.
Carnes, quando, & [illegible] Fratres comedere [illegible]sint cum licentia.
Carnis vncias octo [illegible]ciunt infirmo.

Carnium esus prohibetur secularibus in Monasteriis nostris. 122
Carnium esus quibus concedendus, & quãdo. 82
Carnium quadrupedũ abomnibus abstineatur comestio, præter debiles & ægrotos. 89
Castitas amanda. 18
Casu grauissimæ infirmitatis, hasta Scapulari tantum Fratres vti possunt. 132
Cauendum ne ob vestiũ luxũ, sordes, aut fractũ, monastica gravitas in contemptum deueniat. 133
Cædere, proclamare, aut increpare, siue corripere, quenquam Fratrum cui liceat. 179
Cellæ infirmorum quales esse debeant. 81
Cellæ Monachorum visitandæ quando, & à quo. 76
Cellerarii sine Prelati sui licentia, nihil penitus fabricare præsumant. 68
Cellerarii, & Commissi, & alii Fratres, quando & vbi possunt dormire extra Monasterium. 22
Cellerarii in Dormitorio dormiant. 68
Cellerarii Monasteria ære alieno aggrauantes deponantur. 69
Cellerarii negocia in Celleraria exerceãt. 68
Cellerarii non possint tenere pecunias Fratrum nec in libros cõputorum eas describere. 176
Cellerarii non tantum temporalibus, sed spiritualibus vacent. 68
Cellerario dentur solatia si Congregatio maior fuerit. 68
Cellerarius caueat arborum incisiones. 69
Cellerarius communicet cum Superiore vẽditiones. 69
Cellerarius computa, rationes, debita, & credita, Monasterii quater in anno ostendat

& quo tempore. 69
Cellerarius de administratione, & de anima sua in die iudicii reddet rationem. 69
Cellerarius eligendus à Prælato de consilio Seniorum, & Patribus præponendus. 68
Cellerarius excusetur à coquina. 79
Cellerarius Fratribus cõstitutam annonam sine mora offerat. 68
Cellerarius Fratri petẽti irrationabilia quomodo respõdere debeat. 68
Cellerarius grauiter puniẽd⁹, si aliquid inscio Superiore fecerit. 70
Cellerarius infirmorum & pauperũ solicitudinẽ gerat specialiter. 69
Cellerarius iter faciens pedester, sic cum famulo. 70
Cellerarius meminerit bene administrantiũ meritum. 67
Cellerarius mutatus, nõ reddens rationẽ quo modolibet, & à quibus plectendus. 9
Cellerarius mutatus ra onem ponat præsen tibus sociis suis. ibid
Cellerarius mutatus ra tionẽ reddat Superoribus & de quib. ib
Cellerarius sit Decan grauis moribus, & batus.
Cellerarius sit humi ante omnia.
Cellerarius solus non quitet, sed cum mulo.
Cellerarius vasa, & sub stantiã Monasterii sacras res cõspiciat.
Cœna, & prandiũ, qu bus ferculis instru tur. 88
Cœna expleta post sp tium vnius horæ pu setur pro dormitio ne
Cœnobita, & Monast rialis idem.
Ceremoniæ Missæ ab omnibus obseruen tur, vt in Missali mo nastico.
Charitas vnicuique vita exhibita, etiam

defun

defunctis seruetur. 84 85
Christiano nihil tã contrarium, quam crapula. 88
Christus adorãdus mẽtali oratione, & deuotione in hospitib⁹ suscipiendis. 118
Christus quibus officiis in hospite suscipiatur. 120.
Cingulis ex corio confectis vti debent Fratres. 128
Cingulis sericis, aut laneis super tunicã nemo vti audeat. ibid.
Ciues locorum nõ possumus communicare in die Paschæ tantum sine licentia suorum curatorum. 153
Claues ad capsas, aut scabellos Priore excepto nullus teneat. 53
Claues particulares tenentes arbitrarie puniendi. 54
Clamydes de rascia, de panno, aut de feltro quales. 129
Clerici, & Cõmissi memoriam defunctorũ faciant in suis officiis per triginta dies, ad participationem. 185
Clerici qui monasterio sociari voluerint quẽ locum tenere debeãt 146
Codices diuinæ authoritatis legẽdi in choro tam veteris quam noui testamenti. 32
Collationes, instituta, & vitæ sanctorum Patrum, & Regula sancti Basilii quid sint Monachis. 183
Collationes munusculorum mortale virus, & seminariũ diaboli. 124.
Commemorationes saltẽ de quibus Sanctis fieri debeant. 36
Comestionis in fine, aliquid in vulgare legẽdum, & quare. 86
Commissarii fiẽdi in alienationibus vltra ducentos aureos 15
Commissarii in alienationibus quomodo procedere debeant. ibidem

Ioidem.
Commissi actiuæ vitæ inseruire maximè noscuntur. 142
Commissi comedant ad mensam separatam in Refectorio. 143
Commissi debent pensum seruitutis Deo persoluere, & quem. 143
Commissi diebus festis otio non vacent. ibid.
Commissi emant necessaria. 15
Commissi gaudent priuilegiis sicut & Monachi. 142
Commissi in Clericos recipi non possint. 143
Commissi incorrigibiles & contumaces expelli possunt. 23
Commissi literas non addiscant. 143
Commissi mutãdi ad instantiam Prælatorum. 143
Cõmissi, participes sunt omnium bonorum, quæ in Congregatione fiunt. 142
Commissi portent coronam tonsam superiores.
Commissi post completum annum probationis, quomodo recipiẽdi ad stabilitatem. 142
Commissi quem locum teneant.
Commissi qui legere possunt, legant seorsum & quare.
Commissi qui sunt in Religione barbam deponant.
Commissi recipiuntur pro seruitiis Monasteriorum.
Commissi vitiosi, & scandalosi secundum regulam puniendi.
Commissis mutationem petere non licet. 143.
Commissorum tunicæ sint super terrã quantam partem bracchi. 132.
Communio quando tenenda.
Communionis tempus quando differri, præueniri possit.

Ibidem.
Concessiones fiant ad beneplacitum Superioris. 75
Concessio valde proprietati similis. ibid.
Concilium Tridentinũ tempus emittẽdæ professionis præscribit. 66
Confessores Clericorũ quid agere debeant 152
Congregatio nostra, & Monasteria exempta sunt ab Ordinariorũ iurisdictione. 164
Constituta à Prælato obseruanda, qui secus fecerint puniẽdi. 167
Constituta per Visitatores, & per Prælatos in Monasteriis suis durant post officium: & quando possint reuocari. 159
Constitutiones, & admonitiones à Capitulo Generali illo anno facta ter in anno legendæ & vbi 165
Conuersi amplius non recipiuntur in Cõgregatione.
Coquina Abbatis, & hospitum per se sit. 117
Coquinæ septimanarii possunt ante horã refectionis accipere singulos biberes, quare, & quando. 80
Coquinæ seruitores genuflectant, sed non se excusent, & quare. 98.
Contentiosi corripiendi. 181
Contumax de Monasterio expellendus. 182
Crapula ante omnia remouenda. 88
Crux parua lignea apponenda super mensam, iuxta locum vacuum Fratris defuncti, & quare. 186
Cucullæ quales esse debeant. 131
Culpæ quando in Capitulo audiantur. 39
Cura exhibita viuentibus vt proficerẽt, exhibenda est ipsismet vita defunctis. 184

D

DEambulationes extra mœnia ciuitatũ concedenda. 22
Decani ad Prælatos deferãt grauiores excessus. 49
Decani audiant Fratrum confessiones 49
Decani curent, vt ceremoniæ Congregationis obseruentur. ibid.
Decani faciant, vt ordinata per capitulum, & Prelatum obseruẽtur. 49
Decani Fratrũ corrigant excessus & quos. ibid.
Decani habeãt penes se Regulam, & Declarationes, & quare. 56
Decani imbecilles, & insufficientes deponãtur. 49
Decani imbecilles si fuerint emeriti fiant Titulares. 50
Decani iuxta facultatẽ sibi à Prelato traditã licentias concedant. 49
Decani non cõstituendi illiterati, & virtutibus viduati.
Decani non fiãt, nisi [illegible] triennio à promotione Sacerdotii exp[illegible] to ibi
Decani studeant exer[illegible] tiis & Capitulo c[illegible] parum interesse.
Decani tot sint in [illegible] quoque Monaste[illegible] quot decenæ Mon[illegible] chorum.
Decani vt Diuinum o[illegible] cium deuote dica[illegible] inuigilent.
Decanus in Priorem [illegible] possit promoueri [illegible] quinquennio salte[illegible] expleto in Decanat[illegible] 51.
Delictum manifestum [illegible] publice emendetur.
Deposita quomodo re[illegible] stituenda.
Deputandus vnus in o[illegible] ficialibus creãdis, q[illegible] scholis præsideat, [illegible] lectionib. interfit, [illegible]
Deputatus in aliquo M[illegible] nasterio primo [illegible] nõ ordinãdus, nisi [illegible] cõsensu Seniorũ illius Monasterii, vbi pr[illegible]

Frat[illegible]

Frater morabatur. 151.
Deus diligendus toto corde, tota anima, & tota virtute. 16
Deus non in multiloquio, sed in puritate cordis nos exaudit. 45
Deus qui inter Apostolicos: dicitur pro Eugenio quarto. 39
Diebus festis non equitandum, neque negotia tractanda. 123
Diffinitores deputare debent Cõmissarios, qui iuxta formã Cõstitutionum Pauli secundi, & Innocentij VIII. in alienationibus ꝓcedere debẽt. 15
Discedere volens à Diuino officio, exercitio, aut à Conuẽtu simul cõgregato quid agere debeat. 99
Disciplina fiat ter in hebdomada sancta. 112.
Disciplina quando fiat in hebdomada. ibid.
Disciplina vna secundũ merita præbeatur omnibus. 10
Discipuli etiam à bonis eloquiis debẽt abstinere. 21
Discipulis conuenit obedire magistro. 12
Discipulus obediẽs malo animo non est acceptus Deo. 20
Discretio mater omnium virtutum, debet esse in Abbate. 161
Dispensationes in ieiuniis regularibus, quæ & quare. 92
Diuina officia his temporibus aucta. 93
Diuina officia in noctibus, hyemis tempore qua hora dicenda. 29
Dominica Oratio in Vesperis, & Matutinis horis dicenda omnibus audientibus à Superiore, & quare. 35
Dominicis diebus, & cęteris festis, temporius surgendum ad Vigilias. 33
Dominico die lectioni vacandum ab omnibus. 107
Dominus sæpe iuniori reuelat, quod melius

est.
Domus Dei à sapientibus, sapienter administretur. 117
Dormitio meridiana, quo tempore cesset. 108.
Dormitio meridiana, pulsetur hora vna post primam mensam. 109
Dormitio meridiana, quo tempore incipiat. ibid.
Dormitione pulsata, post dimidiam horã Fratres ad Cellas se recipiant. 30
Dormitionis meridianæ modus cõstituitur. 109
Dormitionis tempore, qui dormire nõ vult, quomodo se habere debeat. ibid.
Dormitoria Monachorũ, & quomodo dormiant Monachi. 52
Dormitorium diuisum in diuersis Cellis. Ibidem.
Dormitorium, & Cellæ scopẽdę singulis hebdomadibus. 54

E
ELeemosyna mu cõfert ad extingu dos Purgatorii cruc tus.
Emina, vini est vltra quod vni Monac sufficit,
Errans leuiter, suffici terrã manu tangat.
Errans notabiliter, choro, quid agere beat. ib
Esus carnium, cui cedendus, & quan 119.
Excessus puniendi, quibus.
Excommunicandi, sint.
Excommunicandus est, qui non intell qualis sit excom nicationis pœna.
Excõmunicationis m dus qualis esse deb Ibidem.
Excõmunicationis nam incurrunt M eres ingredientes pta Monasteriorũ receptores earũd 123

Excommunicato se iungens sine Abbatis iussione, in similem incidit excommunicationem. 59
Excommunicatus non à quoquam benedicatur, nec cibus qui ei datur. 56
Excommunicatus Psalmum, lectionem, vel aliud quid in Oratorio non imponat. 56
Exercitium in loco quieto fiat cum lectione. 111.
Exercitium in motu, fiat cum silentio. ibid.
Expensæ circa curam infirmorum à quibus, & quando fiendæ. 83
Expensæ pro balneis, à quibus & quando fiendæ. ibid.
Expensæ quotidianæ ab Abbate singulo mense videndæ. 70

F

FAmuli ter in anno sacramentum pœnitentiæ, & communionis accipiant. 144
Festa duplicia nemini licet inducere. 36
Festum Sanctissimi Patris nostri Benedicti celebre habeatur etiã à Famulis Laboratoribus, & Operariis Congregationis. ibid.
Filios à Patribus degenerare turpissimũ. 104.
Floccus idem, quod Cuculla. 152
Foramen in superiori parte hosti Cellarum sit, & quare. 52
Forenses possumus cõmunicare. 153
Frater acidiosus, & otiosus, quo pacto puniendus. 170
Frater aliquid dignum correctione videns, quid agere debeat. 179
Frater cautè teneat lumen, & extinguat in Cella. 54
Frater Cellam claudere non potest, ita quod aforis aperiri nõ possit.
Frater cognoscens quẽpiam de Hæresi suspectum, & non

denun-

denuntians tanquam fautor puniatur. 58
Frater cui aliquid inuẽtum fuerit, quod ab Abbate nõ acceperit disciplinæ Regulari subiaceat. 127
Frater, cui, & quando manifestare debeat delictum suum. 102.
Frater cui impossibilia iniunguntur suscipiat iubentis imperiũ. 178
Frater cui impossibilia iniunguntur, sciat ita sibi expedire. ibid.
Frater extra Cellam suã existens, quando licẽtiam possit dare alteri Fratri, vt Cellam suam ingrediatur. 53
rater Fratrem delinquentem charitatiue, & humiliter admonere potest. 180
Frater Fratris Cellã quãdo possit ingredi. 53
Frater Cellam Hospitum habeat assignatã cuius animam timor Dei possideat. 117
Frater Fratrem percutiens, est ipso iure excõmunicatus: & carcere mancipandus.
Frater in Monaste[illegible] non præsumat, alte[illegible] defendere.
Frater in personam [illegible] perioris delinque[illegible] qua pœna puniem[illegible] 57.
Frater leuiorum culp[illegible] rũ reus participa[illegible] ne mensæ priue[illegible] 55
Frater mutatus nõ p[illegible] sit petere, nisi qu[illegible] tum eo anno si n[illegible] fuisset mutatus [illegible] habiturus.
Frater mutatus si hab[illegible] rit syndicatũ, aut p[illegible] curatoriã à Mona[illegible] rio à quo recedit, [illegible] non potest vti.
Frater non accipiat, [illegible] portet sine gabell[illegible] solutione aliquid [illegible] corum.
Frater non præsum[illegible] pro Balneis infe[illegible] Medicum.
Frater nõ potest em[illegible] quicquam nom[illegible] laicorum.

Frater non potest reuelare, quæ in Capitulo Monasterij tractata fuerint, & sunt prohibita reuelari. 15
Frater nullum sine licentia in Cellam introducere potest. 53
Frater nullus alloquatur Medicum, aut cõsulat sine licentia. 83
Frater potionem, aut pillulas non accipiat sine licentia, & quare. 83.
Frater quando possit aliquid depositi nomine recipere. 77
Frater qui à Superiore corripitur, quid agere debeat. 181
Frater quilibet confiteatur saltẽ semel in hebdomada. 102
Frater referens quæ foras viderit qua pœna plectendus. 173
Frater sordide, & negligẽter tractãs res Monasterij corripiendus, & puniendus. 70
Fratres absentes agant opus Dei, cum tremore Diuino flectentes genua. 113
Fratres absentes, & domũ reuertentes, quid facere debeant. 172
Fratres accedere volentes ad Præsidem, vel ad Visitatores, quo possint. 174
Fratres ad Balnea euntes, recto itinere vadãt, & reuertantur. 48
Fratres ad Euangelium stẽt recti versus altare, capite nudato. 47
Fratres à dimidia hora, post dormitionẽ vagantes corripiendi, & puniendi. 30
Fratres addiscere, nec docere possint cantũ figuratum, nec Instrumentorũ pulsationẽ. 44.
Fratres ad Missam planã maneãt semper genuflexi, excepto ad Euãgelium. 48
Fratres adolescentiores iuxta se non habeant lectos. 53
Fratres ad sepulturas, aut exequias mortuorũm

laico-

laicorũ nõ accedãt. 153.
Fratres alicui literas sine licentia scribere non possunt. 125
Fratres à suis monasteriis ad alia eũtes deferant literas patentes, & quales. 65
Fratres Breuiaria, & Diurna ad vsum tenere possunt. 75.
Fratres cãdelas non applicent accensas ad lecticas, aut ad parietes ligneos. 54
Fratres, consanguineorum lites, & negotia nõ amplectãtur. 175.
Fratres deferant Cucullas in Choro inuiolabiliter quando sunt deferendæ. 48
Fratres dum sacra agunt, & ministrant vtantur Scapulariis. 48
Fratres sibi inuicem obediunt. 181
Fratres eũtes vltra vnius diei iter, litteras testimoniales Prælati sui secum portent. 175.
Fratres excommunicare cui, & quãdo liceat. 179
Fratres fugitiui, vt debeãt recipi, & q ties.
Fratres fugitiui, e Congregationẽ ad cros ordines prom si redierint, non p mittantur in eis m strare, nisi de licen Capituli generalis
Fratres referentes f quæ in Monaste acciderint, quæ c plectendi.
Fratres idonei ad di dũ, sollicite instru di, & quomodo
Fratres in Dormito leui passu incedant in cunctis moder se gerant.
Fratres in ieiuniis de p cepto circa horã N nam reficiant.
Fratres in itinere con tuti carnes comed non possunt.
Fratres in monasterio extra recreationis g tia cõuenientes ca ant dissolutiones.
Fratres in vno loco d miant.

Fratres in principio exercitij genibus flexis dicant Angelicã Salutationem. 119
Fratres in secularium hospitiis modeste se habeant. 123
Fratres inuicem non emant, aut vendant aliquid. 76
Fratres iuniores per quinquennũ sint sub cura magistri Nouitiorum. 67
Fratres lauandi causa, in mari, vel in fluminibus nõ se expoliẽt. 22
Fratres musicalia instrumenta pulsare non possunt. 44
Fratres mutati, non cõsignantes omnia Superiori suo, qua pœna plectendi. 175
Fratres mutati quando possint ad libitum accipere, aut portionẽ pannorum, aut pecunias eorum loco. 176
Fratres mutati, quæ secũ deferre debeãt. 176
Fratres, nec accipere, nec dare munusc. pos. 124
Fratres non audeant instruere quempiam de modo tenendo, quo pacto Cõgregatio induci posset ad acceptandas Moniales sub cura nostra. 153
Fratres non audeant ab intus operire foramẽ hostij Cellæ. 53
Fratres non mittendi ad alia Monasteria, sine litteris cõmẽdatiis. 112
Fratres non permittantur habere cõmertium cum expulsis, & fugitiuis. 62
Fratres nõ possunt dormire extra Monasteriũ nisi præsente Prelato, vel vno ex Superioribus. 22
Fratres non præsumant foris manducare. 114
Fratres non præsumant mãducare, aut pernoctare in domibus secularium, in locis vbi prope sunt Monasteria, & loca nostra. 114
Fratres nõ sunt ordinandi, sine licentia Visitatorũ, & Cap. gen. 150

Fratres

Fratres nostri hospites, post duas refectiones, communem vitam sequantur. 121
Fratres occupandi certis temporibus in labore manuum, & certis in lectione diuina. 150
Fratres omnes, qua ratione dicantur lauare pedes hospiti. 120
Fratres per ordinem non legant, aut cãtent, sed qui. 85
Fratres, petenda ad mensã sonitu potius, quã voce petant. ibid.
Fratres, post primã mensam habeant horam, pro recreatione. 109.
Fratres quando cum licentia, simul in Cella sunt, hostium semiapertum tenere debẽt. 53
Fratres quando se inclinent, genuflectãt, sedeant, & stent in Choro. 46
Fratres qui ad inuisendos cõsanguineos vadunt, consanguineorũ expẽsis vadant. 175
Fratres quibus fuitre tutus locus a 1577.
quem locũ tenere beant.
Fratres qui in Orat peculiariter sibi o volũt, non impedi di.
Fratres quolibet Do nico die commun bant.
Fratres qui minus q per mẽsem extra cesim fuerint mo quam orationem tere debeãt reuer tes.
Fratres qui non acc rint vestimenta ti re suo, vltra ea pe non possint.
Fratres qui sint, qui prio vitio à Cõgre tione discedunt.
Fratres qui sine lice litteras scripserint sibi redditas lege qua pœna plecte 124
Fratres quo tempo gradus, & digni promouendi.

Frat

Fratres sæpius correcti non resipiscentes, qua pœna plectendi. 60
Fratres stent cum incensatur altare, & quousque. 47.48
Fratres surgẽtes ad opus Dei, se inuicẽ cohortentur, & quare. 52
Fratres Venetias accedere volentes, quid agere debeant. 177
Fratres vestiti dormiant & cincti cingulis, & quare. 52
Fratres vti vasiliis non possunt. 177
Fratribus commoditas omnis danda, vt studeãt, & quomodo. 105
Fratribus non potest cõcedi licentia trãseundi ad laxiorẽ religionẽ. 62
Fratrum confessiones audiri possunt in Dormitorio. 54
Fugitiui ante, aut post fugã flagitiosi requirendi, auxilio brachij secularis implorato. 62.63.
Fugitiui & expulsi publicandi, & quare. 66
Fugitiui extra morientes quando ad sepulturã Fratrum non recipiãtur. 65
Fugitiui in custodia retrudendi ad arbitrium Capituli generalis, siue Regiminis. 63
Fugitiui non reuertentes post 30. dies, in vltimo loco, & in carcere recipiantur. ibid.
Fugitiui pænitentes, & laudabiliter viuentes, quando possint ad dignitates promoueri, & qua ratione. 64.65
Fugitiui post integrum annum non reuertentes, qua pœna plectẽdi. 63
Fugitiuus qui extra, aut in Congregatione flagitia commisit, quomodo, & qua ratione puniendus. 61
Fugitiuus qui habitum dimisit, vt Apostata puniatur. ibid.
Fugitiui reuertentes, post quintum diem carceri mancipentur. 63

Fugitiui reuertentes intra quinque dies non sunt carceri mancipãdi. ibid.
Fugitiui sponte redeuntes suscipiantur. ibid.
Fulcimenta equorum qualia esse debeant 129

G

GIrogaui deteriores Serabatis. 8
Gladii Monachorum nõ sint pretiosi. 120
Girouagi qui. 8

H

HAbitus transformatio omnis inhibetur. 22
Hebdomadarii coquinæ exeuntes, & egredientes quid agere debeant. 80
Hebdomadarius accipiat missum antequam legere incipiat. 80. 87
Hemina vini, quid sit. 90
Hæresis suspitione laborantes denunciandi, & cui. 58
Honore inuicem se præueniant.
Hospites familiares domesticis ad refectionem ordinari cendi.
Hospites in Diuinis ciis, cũ Fratribus nasterii in quo possunt se confi re.
Hospites superuen tanquam Chris scipiantur.
Hospiti aliquid le dum refectio pa 119
Hospiti à quibus rendum.
Hospitibus cui non cipitur nullatenus cietur Frater.
Horam operis De significare deb 103
Horæ incompe quæ sint.
Horis competentibus mnia complen 103
Humilitatis culmen scendere poss 23

Hyemis & æstatis tempore qua hora, & quo modo agatur nocturna laus. 29.30.31

I

IEiunandum per totũ annum omnibus diebus Veneris nisi festũ impediat, & quare. 92
Ieiunium à festo S Crucis Septembris inclusiuè incipiendum. 108
Ieiunium frangatur à Priore, propter hospites. 117
Ientaculo serotino, quãdo fructus addẽdi. 92
In Abbatis ordinatione, quæ animaduertẽdã. 160
Incorrigibiles, Rebelles, Obstinati, & Contẽptores, qua pœna plectendi. 57
Indulgentiæ concessa à Leone decimo sacerdoti celebranti ter Missas super altare S. Benedicti in Monasterio Casinẽsi & sanctæ Iustinæ in Paduano. 186
Infantes non sunt susciendi. 84
Infirmarii sint cauti, in tractando corpora infirmorum. 82
Infirmi admonendi, vt confessionem, & cõmunionem frequentent. 84
Infirmi bis in die carnes non comedant Medico inconsulto. 82
Infirmi habeant cellam per se deputatam. 81
Infirmi patienter portãdi, & quare. 30.36
Infirmis, in temporalibus & spiritualibus prouidendum. 84
Infirmis seruitor timens Deum seruiat. 81
Infirmus quilibet habeat lectũ separatũ. ibid.
Iniuriæ substinendæ, nõ lacescendum. 26
Insufficientes reiecti ab examinatoribus, non possint per integrum annum promoueri, aut præsentari. 151
Insufficientes teneãt lo-

cum, post promotos, & quousque. ibid.
Intentio sanctissimi Patris Benedicti in scribendo Regulam, & Patrum Congregationis in eā declarando. 184.
Inuentarium de vestimentis quolibet anno, quando, & quomodo faciendum. 133
Inuentarium librorum conficiendum, quando & à quibus. 76
Inuentarium rerum, Visitatoribus exhibeatur. 70.71
Iuniores à Priore benedictionem petant, & quando. 160
Iuniores Magistrorũ ad cellam adeant, pro benedictione. 39
Iuniores, Priores suos Nonnos vocent. 160
Iuniores Prioribus suis omni celeritate obediant. 181
Iunior non sedeat astante Superiore, nisi cum ei præcipitur. 155
Iura Monasteriorũ pro virili tuenda, & quomodo.
Iussio aliquando accipitur pro licentia.

L

LAtera scalæ latus corpus, & animam nostram signant.
Lecta frequenter abbate scrutanda, propter opus peculiare 127
Lecta non sint circumcirca septa panno, quo cuiusuis color 133
Lectio de officiis potentiæ, quando, & habenda.
Lectio de Regula singulis diebus legenda Capitulo, exceptis festis.
Lectio Grãmaticæ quando, & vbi sit habenda 104.
Lectio hebraæ, vel græcæ linguæ, in quibus Monasteriis habenda 105.
Lectio in Capitulo

Completorium quãtum durare possit. 95
Lectio Logicæ & naturalis Philosophiæ, in quibus Monasteriis habenda. 104
Lectiones perpetuo legendæ, à quibus alterari possint. 105
Lectionibus, & Psalmis quando vacandum. 107
Lectio sacræ scripturę vbi, & quando sit habenda. 104
Lectio sacrorum Canonum, in quibus Monasteriis habenda. ib.
Lector mensæ petat ab omnibus pro se orari, & quando. 87
Lector non incipiat legere, nisi prius Fratres sedeant. ibid.
Lectores assiduè intersint disputationibus scholarium. 105
Lectores bini pro singulo seminario sint, alter Theologię, alter Philosophiæ. 105
Legat quilibet Frater vna septimana, alter alteri succedendo. 87
Legere, aut cantare debentes prę uideant lectiones. 103
Lex diuina coram hospite legenda, & quare. 116.117
Libelli imprimendi qui contineant cãtus hebdomadæ sanctę, & laudes in receptione nouitiorum canendas. 43
Libellus ceremoniarum in vnoquoque Monasterio habendus. 48
Libra vnciarum triginta trium. 89
Libri Monasteriorum notentur in inuentario, & quomodo. 71
Libri non signati, & cætera omnia, Fratris mortui cui remaneant. 75
Libri, post mortem vtẽtis, restituantur Monasteriis, quibus inscripti fuerint. ibid.
Libros nouos nullus audeat in Monasterium introducere, sine li-

centia Abbatis, secus facientes qua pœna plectendi. 135
Libros suspectos, & vetitos tenentes, denuntiandi, & quibus. 70
Licentiæ in scriptis dandæ, cum appositione parui sigilli Congregationis. 159
Licentiæ particulares quomodo, & à quibus dandæ. ibid.
Litaniarum vox quomodo intelligenda. 35
Litteras directas Præsidi, Regimini, siue Diffinitoribus, visitatoribus, aperientes, qua pœna, & quando plectendi sunt. 125
Litteras priuatas, sigillis signatas intercipiẽtes, & aperientes, qua pœna plectendi. 126
Litteras portantes, aut munuscula, Abbati consignent, si secus fecerint, qua pœna puniendi. ibid.
Litteras signatas sigillo PAX à nullo aperiri possunt.
Litteræ commendatitiæ non facile secularibus dandæ.
Loci restitutio, quo puto fiat.
Locus superior est sede ambitionis.
Loqui, & docere Magistrum condecet.
Lotio pedum faciendi personis, vnde ædificatio, & deuotio augeatur.
Lotio pedum priuatim quibus, & quibus, quando facienda.
Lotio pedum solemnis quibus exhibeatur.
Lucerna ardeat vsque mane in Dormitorio.
Ludicra omnia prohibent Patres.
Ludi minus conuenientes religiosis inhibentur.

M

Magistri iuniores merito benedictione data eos expedire 39
Magistri Nouitiorum culpas audiant omnium

um Monasterior. 50
Magistri Nouitiorum fiant moribus & ætate maturi. ibid.
Magistri Nouitiorum nõ fiant, nisi nouennio à promotione sacerdotis. 51
Magistri Nouitiorum nõ sint discipulis contẽptibiles. 50
Magistri nouitiorum nõ sint in correctionibus nimis tepidi, aut austeri. 50
Magistri Nouitiorũ quãdo hospitibus occurrant. 50
Magistri Nouitiorum, quibus moribus præditi esse debeant. ibid.
Magistri Nouitiorum silentia, & alias obseruantias seruari procurent. ibid.
Magistri Nouitiorum teneant locum supra omnes Decanos. 155
Mantella commissorum sint quartã brachii partem super terram circunclusa, cum aperturis à lateribus. 132
Mantella, & Tunica Cõmissorum sint de panno, siue deraschia, ad arbitrium Prælati. ib.
Martini V. & Pii V. constitutiones de Mendicantibus non suscipiendis ad Monachatũ. 148
Matricula tenẽda in singulis Monasteriis, in qua nomina professorum singulis annis scribantur. 156
Membra incolentes diebus festis Missas decãtare tenentur. 43
Mendicantes recipientes excõmunicati sunt & receptus redire debet ad suum Ordinẽ. 148
Mens aliena à Christo, humilibus actibus sæpe ad deuotionẽ excitatur. 120
Missæ quot, & vbi celebrandæ, à Fratribus nostris pro liberatione animarum parentum & Affinium suorum. 186

Missæ nouæ celebrandæ sine inuitationibus, & oblationibus, pure & simpliciter. 151
Missæ nouæ non cantandæ in alienis ecclesiis. 151
Mixtum & biberes quid sibi velint. 80
Molestia illata, ad iacturam totius Congregationis: qua ratione & quorum expensis. 73
Monachi à Prandio, & à Cœna quid agere debeant. 95
Monachi Casinenses qua ratione nigro colore vtantur. 128
Monachi digesti surgant 29.
Monachi exeuntes in via, vestimentis melioribus indui debent. 127
Monachi non debent vagari, per Ciuitates. 22
Monachi non vsque ad satietatem bibant. 90
Monachi omnes eadem qualitate panno nigrorum vestiar 128.
Monachi omni tem debent silentio st re, sed præcipuè ɔturnis horis.
Monachi peregrini liter, & quomod scipiendi.
Monachi singuli, si los codices acci initio Quadrage 107
Monachi vita omni pore Quadrage obseruationem h re debet.
Monachis an prop habere liceat.
Monachis lineorum sus interdicitur, & xime instrumenti ɔtorum.
Monachis, omnis ne sitas vagandi fora feratur.
Monacho, & Com so, vestimento portio necessaria da.

Monacho nihil licet accipere à quoquam, sine præcepto Abbatis. 124
Monacho nũquam surripiat indigeries. 88
Monachus ad loquendum linguam prohibeat. 27
Monachos appellamus Domnos, & quare. 160.
Monachus de quouis ordine non mendicantium, quando suscipiendus in Congregatione, & quomodo. 148
Monachus extra Monasteriũ, sicut piscis extra aquam. 174
Monachus loquatur leniter, sine risu, humiliter, grauiter, pauca verba, & rationabilia. 28
Monachus nullus, à recitatione diuini officij excipiatur. 42
Monachus semper capite inclinato stet. 28
Monachus semper corde, & corpore humilitatem præseferat ibidem.
Monachus vsque ad interrogationẽ non loquatur. 27
Monasteriorum ædificia non facile, aut præcipitantur cõstruantur, & destruanter. 169
Monasterium à quo discedunt non tenetur dare Monacho, nisi scuta quinque Commisso quatuor pro anno vno. 130
Monasteria dispensata super carnium esum, & qua ratione. 89
Monasteria habitantes quotidie Missas canãt. 43.
Monasteria Monialium sub cura nostra nõ acceptẽtur amplius. 153
Monasteria quando possint expensas cibarias petere pro hospite. 122.
Monasteria quæ non possunt suscipere Nouitios dinumerantur. 139.
Mors ante oculus quo-

tidie habenda. 18
Mors, & vita in manibus linguæ. 21
Mors secus introitum delectationis posita. 25
Mulieres non possunt ingredi septa Monasteriorum. 124
Mulierum confessiones non audiendæ, sine licentia Superioris. 123
Murmurationes omnino fugiendæ. 90
Munuscula mittere quibus, & qua ratione liceat. 124
Munusculorum collationes prohibentur. 124
Mutati non deferant capsas, nisi per aquas iter facerent. 227
Mutati pecunias in superfluis expendentes, qua ratione puniendi 226
Mutatis qua ratione prouidendum de pecuniis necessariis, & à quibus. Ibid.

N

NAtura humana Domnum, & Infantum miseretur.
Necessaria omnia à Patre Monasterii sperada.
Negligentes, circa Dominum officium punendi & quomodo.
Negligentes, & legitime occupati discrimen 98
Negligentibus, & desidiosis, quid sit rubor confusionis.
Negligentibus, & desidiosis opus iniungendum, vt non vacent 107
Nihil habere licet, quod Abbas non dederit 7
Nobiles, aut pauperes qui offerunt filios suos quid agere debent 144
Nocturna laus quomodo agatur.
Nocturni, & laudes Dominæ quando dicantur in choro conuentualiter. Ibid.

Nocturnis horis, quot Psalmi sint dicendi, & qui. Ibid.
Nouiter venienti ad cõuersionem, non facilè tr buatur ingressus. 136
Nona hora ab Idib. Decembris, vsque ad Quadragesimã semper reficiant Fratres 91
Nona hora, à Pentecoste tota æstate, quarta & sexta feria: diebus reliquis ad sextam prandeant Monachi. Ibidem.
Nona hora in Quadragesima, diuina officia sint absoluta. 93
Nouitii de rebus suis, si quas habent, quid agere debeant. 135
Nouitii probandi in omni patientia. 136
Nouitii quibus præmissis debeant recipi ad prof ssionem. 140
Nouitii recepti in quo loco sint induendi vestimentis Religionis Ibidem.
Nouitii recepti non seruatis seruandis expellendi, & Prælati qui eos susceperint arbitrio Regiminis puniendi. 138. 139
Nouitiis quando, & à quo dandus habitus nouitialis. 140
Nouitii vbi dormire, & vbi comedere debeant. 139
Nouitiorum consanguinei, vsque ad tertium gradum exclusiue, quando tractatur de Nouitio suscipiendo, Capitulum exeãt. 141
Nouitiorum Magister, quãdo adesse, & quãdo abesse debeat, cum de Nouitiis tractatur. Ibidem.
Nouitius discedens, aut expulsus, quomodo possit iterum recipi. 140
Nouitius nullus ad probationem recipiend°, qui non expleuerit xv. annum. 66
Nouitius professionem faciens, ab omnibus recipiatur ad osculum

pacis

pacis,& quando. 142
Nouitius repudiatus à Conuentu, vltra non permaneat in Monasterio. 140
Nouitius susceptus, stet per quindecim dies cum suis vestibus secularibus in Monasterio, antequam detur ei habitus Nouitiatus & quare. 139
Nullus aliquid dicat, aut præsumat suum. 75
Nullus aliquid sub sigillo confessionis ab aliquo Fratre accipiat. 102
Nullus ante statutã hotam, vel post, quicquam cibi percipiat. 97
Nullus ex se præsumat aliquid dare, vel accipere. 74
Nullus potest promouerì ad aliquem gradum aut dignitatem nisi post trinam approbationem Visitatorum. 51.
Nullus præsumat cum Abbate suo contendere.
Nugæ,& otium D venenum efficat
O
Obedientes, m patientes crandi.
Obedientia con rebus,& iniuriis batur.
Obedientia non te non tarda esse d 20
Obedientia quæ m bus prębetur, D hibetur.
Obedientiæ bonu mnib. exhibendi
Oblati confiteantu tem semel in me in solennitatibus cipuis Euchari accipiant.
Oblati idiotæ dican tem quotidie co de Domina.
Oblati litterati dicã ficiũ de Domina, Ibidem.
Obseruatio doctri sanctorum Patrũ ducit hominẽ ad situdinẽ Paradisi

Occ

Occupationes istis temporibus Monachis excreuere. 108
Oculi Domini speculãtur bonos, & malos. 25.
Ociositas animę inimica. 106
Offerre volentes aliquid Monasterio, donationem ei faciant, reseruato sibi si voluerint vsufructuario, & quare. 144
Officiales accusent se de excessibus, & negligentiis, quando, & vbi. 166
Officiales, claues ad officia eorum pertinentes Abbati consignent & quando. ibid.
Officiales faciant inuentaria de rebus ad eorũ officia pertinentibus. 71
Officiales loca suæ professionis teneant, & quando. 166
Officiales Monasteriorum quando absolouendi, & à quo. Ibid.
Officinæ in quibus opera misericordiæ Monachi debent exercere, Claustra sunt Monasterii. 19
Officium conuentualiter in Choro dicendum. 43
Officium Dominæ à Festo Purificationis vsque ad Calẽdas Octobris non dicatur Conuentualiter in Choro. 31
Officium Dominæ morose dicẽdum, vt Domini. 43
Officium Dominæ semper dicitur stando. 45
Opera imprimere volẽtes, quid seruare debeant, secus facientes qua pæna plectendi. 135
Opere Dei expleto, omnes cum summo silentio surgant. 114
Opere Dei completo, fit breuis morula in Choro, & quare. ibid.
Opere Dei nihil proponendum. 95
Orandum pro excõmunica-

nicato Fratre. 60
Oratio breuis, & pura esse debet. 45
Oratio in Conuentu, omnino breuietur. Ibidem.
Oratio mentalis in Choro facienda per quartam horæ partem. 115
Oratio mentalis pulsanda à quo, & quando. Ibidem.
Orationi frequenter incumbendum. 18
Oratio quadraginta horarum fiat vt in Rituali Romano. 115
Oratio quadraginta horarum, quando facienda. Ibidem.
Orationis reuerentia. 45
Oratorium hoc sit quod dicitur, nec ibi aliud agatur. 114
Ordinatio Monasterij sit in Abbatis arbitrio. 165
Ordinatos insufficiens, & non seruatis seruādis suspendatur, ab illius ordinis administratione. 151
Ordo in Monasteriis seruandus, & quarum ne.
Ordo seruandus in ctoribus primæmissæ.
Ordo seruandus in ctionibus, qui à Catalo Generali statuntur.
Organa in Monaster nouiter, quo pa fieri possint.
Organa non pulsent nisi in festis duplicib & à quibus. Ibidem
Osculum dicitur amp xum, quod Religio sis personis exhiberi 119
Osculum pacis, consu tudine præponitur ora tioni, in hospitum su ceptione.
Ouibus inobedientib pæna est mors.

P

PAnis libra vna suffi ciat in die. 88
Panni quando dantur dētur consuti, & pe fecti.
Pannum lineum, vel li neum, super Sagum

aut Matam, possunt tenere Fratres. 133
Pannum viridem lineum, vel laneum super cancellũ, aut tabulas, aut scabellos possunt tenere Fratres. ibid.
Parentes, Fratres, & Soroores Fratrum nostrorum, sunt participes omnium bonorũ, quę fiunt, & fient in Congregatione nostra- 186
Pastoris culpæ incumbit, quicquid minus vtilitatis Paterfamilias in ouibus inuenerit. 9
Pater Monasterij in quo aliquis Frater est defunctus, id per litteras significare tenetur cæteris Congregationis Patribus, & nomẽ defuncti & diẽ obitus. 185
Pater qui erit causa ordinandi aliquem, non seruatis seruandis puniatur. 151
Patres caueant aliquid, ad vsum alicui in vita concedere.
Patres caueant à mutationibus, & maxime iuniorum. 175
Patres Monasteriorum habita notitia Fratris defuncti, Fratribus denuntient, ipsis animam Fratris arctius commendando. 185
Pax, & caritas, inter Fratres illibata seruãda. 180
Peccata præterita, Deo quotidie in oratione aperienda. 18
Peccantes coram omnibus arguãtur, & quare. 179
Peccatũ mortale notorium, non tantum in capitulo cõfitendum, sed & confessori, & quare. 101
Pecunias expendere nulli licet, sine licentia Prælati. 77
Pecunias tenentes, qua pœna plectendi. Ibidem.
Pedes hospitibus lauandi, à quibus, & qua ratione. 119

Pel-

Pellium Caprarum, aut Camutiarum vſus interdicitur Fratribus. 128
Pellicea quando, & quomodo danda. 130
Pelliceæ ad neceſſitatem non ad luxum, & oſtentationem concedendæ. ibid.
Pelliceis vti non licet, loco Tunicæ, aut ſine Tunicis. ibid.
Peregrinis, Famulis, & hoſpitibus in Monaſteriis noſtris infirmãtibus, poſſumus ſacramenta conferre. 153
Perſonarum acceptio non fiat, ſed infirmitatum conſideratio. 78
Petitionis forma. 141
Pilei quales eſſe debeant. 129
Plagarum modus: ſit pro menſura peccati. 63
Pœna Fratris reuelantis prohibita. 15
Pœna qua puniendus eſt gabellæ fraudator. 76
Pœna qua plectendus eſt qui accepit aliq[illegible] ſub ſigillo confe[illegible]nis.
Pœna qua plectẽdus [illegible] qui Cellam alter[illegible] ingrediturabſente, præſente eo cuius Cella, ſine licen[illegible] 102
Pœna qua puniend[illegible] eſt, qui non confit[illegible] ſemel in hebdom[illegible] 102
Pœna qua plecten[illegible] eſt, qui verbis com[illegible]natoriis, turpibus, iniurioſis in aliqu[illegible] vtitur.
Pœna qua plectẽdi ſ[illegible] Abbates negligen[illegible] infirmorum curam[illegible]
Pœna qua plectẽdi ſ[illegible] comedentes car[illegible] ſine licentia.
Pœna plectẽdi ſunt F[illegible] tres qui alchimiæ peram dant.
Pœna qua plectẽdi ſ[illegible] qui aliquem Fratr[illegible] indecenter, deriſo[illegible] nominare audet[illegible] 179
Pœna qua plecten[illegible]

ſunt, qui depoſita accipiunt, aut reddunt, non ſeruatis ſeruandis. 77
Pœna qua plectẽdi ſunt qui fabricant, aut bona immobilia emunt non ſeruatis ſeruandis. 171
Pœna qua plectẽdi ſunt qui oſtii Cellę foramen operiunt. 53
Pœna qua plectẽdi ſunt qui oſtiũ Cellæ claudunt, ita quod aforis aperiri non poſſint claue communi. ibid.
Pœna qua plectẽdi ſunt, qui oſtiũ Cellæ claudunt, quando ſimul in Cella ſunt. ibid.
Pœna qua plectẽdi ſunt qui inuicem emunt, aut vendunt aliquid. 76.
Pœna qua puniẽdi ſunt qui litteras ſignatas ſigillo PAX aperiunt. 125
Pœna qua plectẽdi ſunt qui manducant, aut pernoctant, in domibus laicorum, vbi ſunt propè loca noſtra. 114
Pœna qua plectendi ſunt, qui Priuilegia commodata reſtituere diſtulerint. 72
Pœna qua plectẽdi ſunt qui reconciliari noluerint, aut poſt recõciliationem ad priora redierint, & ſimultates alunt. 180
Pœna qua plectẽdi ſunt qui reuelauerint ea quæ de nouitio dicta fuerint in Capitulo. 140
Pœna qua plectẽdi ſunt qui ſine licentia introducunt in Cellam aliquem. 53
Pœna qua plectẽdi ſunt, qui veſtimenta noua accipientes, vetera non reſtituunt. 132
Pœna reuelantis ea, quę inter Deputatos tractantur, & conſuluntur. 51
Pœnitens aliquid dare volens, det ſacriſtæ. 125

Pœnitentiam reiterare qui teneãtur, & quoties. 57
Pœnitentiæ non imponantur, nisi à prælato, aut à superioribus. 182
Pœnitentiæ nonnullæ, quas Prælati dispensare non possunt. 57
Portarius Cellam habeat iuxta portam. 169
Portario indigenti solatia dentur ei. ibid.
Prælati ad libitum possunt, dare, aut retinere Fratrum litteras. 12
Prælati ad Monasteria accedentes, aut ab eis recedentes, siue tardè occurrentes non genuflectant, nisi adesset Præses. 99
Prælati admoneant Fratres, vt suspectos de Hæresi sibi denuncient, aut Regimini, aut sancto officio. 58
Prælati, aut Monachi occasione visitationis infirmorum custodiæ non ... ant extra Mon... 152
Prælati benigni ... & quando ess... ant.
Prælati de quan... qualitate vest... teriorum pos... sponere.
Prælati eligant ... Confessores, ... endas laicorum ... fessiones.
Prelati eligantur ... rita, non ad ... Principum.
Prælati eligant ... trinam Visit... approbationem.
Prælati & Fratr... ant in vsu eo... ne scandalo ... ratione afficia... lares.
Prælati faciliter ... imant Fratr... pter artes à ... officio.
Prælati in Mo... suis habeant ... stodiæ.

ælati interdicant confessoribus, ne quouis colore, à confitentibus pecunias accipiant. 152
ęlati iura suorum Monasteriorum tueri nõ valentes, quid agere debeant. 73
ælati loci in suis Monasteriis quos præcedere debeant. 157
ælati Monasteriorum impigrè tueantur sua iura. 73
ælati nõ audeant mutare modellos, aut fabricas, per alios incœptas. 171
ælati nõ euntes ad Capitulũ Generale, quẽ locum tenere debeant 167
ælati nostræ Congregationis non possunt accedere ad curiam Romanam, nisi cum consensu Præsidis, & Visitatorum suæ Prouinciæ. 163
ælati non permittant in cellis poma, odoramenta, specula, picturas, pannum cuiuslibet coloris ad parietem. 133
Prælati nutu officiales instituantur, & amoueantur, cum cõsilio Seniorum. 167
Prælati possunt sibi eligere confessores de Cõgregatione nostra 163
Prælati, Priores, & cæteri graduati non sunt perpetui. 166
Prælati Priuilegiorum exemplaria, & extracta, de manibus Fratrum requirant, & teneant penes se. 72
Prælati prohibeant ornamenta lectorũ. 133
Prælati prouideãt, vt infirmi curẽtur, & quomodo. 81
Prælati quando declarare debeant, quam authoritatẽ relinquant, loco suo remanentibus. 168
Prælati reseruent sibi casum, cõfessorum pecunias accipientium à confitentibus & puniant

niant confessores huiusmodi. 152
Prælati solliciti sint portionē pannorum vnicuique contingētem assignare. 131
Prælati titulares habeāt locū immediate post alios Prælatos cum administratione. 157.
Prælati titulares stent in secunda sede primi chori. ibid.
Prælati titulares teneant loca sua professionis, cum in Capitulo Generali Prælati fuerint absoluti. ibid.
Prælati signa præeminētię, quādo facere debeant, & quomodo. ibid.
Prælatis licet in ieiuniis regularibus dispensare semel in hebdomada. 93
Prelatis nostris inhibentur executiones vltimarum volūtatū. 163
Prælato presente, quando authoritas omnis tam in spiritualibus, quā in temporalibus, penes Priorē remane
at, & quousqu
Prælatorū nostre
gregationis po
& authoritas.
Prælatorum titu
priuilegia.
Prælatus bis in a
centiam cō ed
tribus confite
maxime vol
ex approbatis
Prælatus, & no
requirat licē
neorum, & qu
Prælatus, & Sup
subscribant C
riorum comp
Prælatus fabric
lēs, teneatur
re fabricas in
in illo Monast
Prælatus habeat
inuentariū vn
le omnium re
Prælatus in no
aliū depositio
publicatione
Cōstitutiones
monitiones
debeat, & vbi
Prælatus loci, q
cū tenere de
Præses adest.

Prelatus quando audire debeat confessiones omnium clericorum. 87
Prælatus quando possit expellere Commissum. 62
Præpositus agat cum reuerentia ea quæ ab Abbate suo ei iniunguntur. 165
Præpositus vitiosus, qua ter admonitus, si non emendauerit, quid sit agendum. 166
Præses, aut Visitatores, possunt Monasteriorũ paupertati consulere, & qua ratione. 73
Præses, Visitatores, & Prelati quid agere debeant de denũtiatis eis exhibitis circa fidem. 58
Præsidis licentia, siue vnius Visitatoris ordinandis, quando sufficiat. 150
Præsidis præeminentiæ. 156
Precium rerũ alienatarum, expendendum in bonis stabilibus. 14
Prior ad mensam legere, & seruire debet. 79
Prior Casinensis in Regno præcedat omnes Priores, extra Regnum teneat locum suæ professionis. 159
Priores Claustrales à quibus cauere debeant, Prælato absente. 168
Priores, Magistri Nouitiorum, Confessores Monialium, Rectores membrorum, & Cellerarij, vltra Decanorum numerum censentur. 51
Prior, & Decani mutati quando possint Fratrum audire confessiones. ibid.
Prior in Abbatem non possit promoueri, nisi quinquennio in Prioratu expleto. Ibidem.
Prioris authoritas, vbi dignitas Monasterij esset Prioratus. 15
Prior nõ possit deputari in Prælatum illius Monasterii, in quo

tunc temporis fuerit Prior. 168
Prior, pro ædificatione, ad mensam potest aliquid dicere. 85
Priuata imperia non præponenda, Abbatis, & prioris imperio 181
Priuatis dieb°, qui Psalmi dicendi sunt ad Matutinas. 34
Priuilegia congregationis summa diligentia custodienda, n quib. locis & quomodo. 71
Priuilegia loco nõ mouenda sine licẽtia. ib.
Priuilegia non ostendẽda cuiquã, nisi sit de Congregatione. 72
Priuilegiorum trãsumpta autentica, Monasteria habeãt, & quorum. Ibid.
Procurator in curia, vbique teneat locum super omnes Priores. 159
Professi Congregationis nostræ, si alibi firmauerint stabilitatẽ suam redire volẽtes, suscipiendi in seruandis.
Professionis emin tempus, & ætat
Professionis ord Clericis seru 146
Professus nec p corporis pote habet.
Promouendi ad ordines de tri in triẽnium p ueantur, seruan uandis.
Proprietatis vitio delectatur, qu one puniendu
Proprietatis vitii cipuè amputa in Monasterio
Psallendum voce sonora & pari
Psallentes pausa, & &o, vbi, & quo vtantur.
Psallentes quomo habere debeant
Psallentes simul i ant versus, & n nent.
Psallẽtes verba nõ trahant.

Psallentes vocibus non parcant. ibid.
Psalmi pœnitentiales, quo tempore dicendi 110
Psalmi qui in binas glorias sunt diuidendi. 40
Psalmi quo ordine dicendi sint. 41
Psalmorum distributio, potest aliter ordinari, dummodo qualibet hebdomada totum Psalterium psallatur. 42
Psalmus sexagesimus sextus morosè dicendus, & quare. 34
Pueri minori ætate, quomodo corripiãtur. 66
Pueri non sunt recipiendi, iuxta decreta Tridentini Concilii. 148
Pulmenta duo cocta ad refectionem, quotidianam sufficiant. 88
Puro nomine nullum licet appellare, 155

Q

QVadragesima quãdo incipienda. 112
Quadragesimæ, & Aduentus tempore diebus Dominicis communicent Fratres, & in festis præcipuis, & prima Dominica cuiuslibet mensis. 86
Quadragesimæ, & Aduentus tempore, non fit recreatio. 22
Quadragesimæ tempore, quo pacto ieiunãdum. 112
Quid agendum, si casu tardius surgatur ad Nocturnos. 34
Qui falluntur in Oratorio, quomodo satisfaciant. 100
Quod fit sine patris spiritualis voluntate, præsumptioni, & vanæ gloriæ deputabitur, non mercedi. 112
Quo pacto orandum sit pro Fratre reuerso, in Oratorio. 175

R

REcreationes cõcedẽdæ alternis hebdomadibus tantũ. 22

Recreationibus Prælatus, aut vnus Superior interſit. ibid.
Refectionis & cœnæ hora, ſemper cum luce diei fiat. 91
Regulam ſeruare difficilimum, in quibus & quare. 108
Regula quoties, & quando Nouitiis legenda, & quare. 136
Regularis diſciplina, quantum fieri poteſt ſeruetur vbique. 121
Regulæ diſtinctio cum ſenibus, & infantib⁹, in alimentis non tenenda. 84
Regulæ dubia, authoritate Apoſtolica declarent Patres. 6
Regulæ intentio, circa proprietatem. 74
Regulæ lectio in vulgari cum Declaratione nõ omittatur ad mẽſam. 86
Reuelãs prohibita, qua pœna plectendus. 15.
Reuerẽtia ante ſacratiſſimam Euchariſtiam, vnico genu fiat.
Riſus multus, & exc[illegible] ſus fugiendus.
Robur Regularis obſe[illegible] uantiæ, in Magiſ[illegible] Nouitiorum ſitu[illegible] 50

S

SAcerdos ad digni[illegible] tes promotus, qu[illegible] locum attendere d[illegible] beat.
Sacerdos occaſione [illegible] cerdotii, non obli[illegible] ſcatur Regulæ ob[illegible] dientiam. ib[illegible]
Sacerdos rebellis, & c[illegible] tumax, quo ord[illegible] de Monaſterio pro[illegible] ciendus. ib[illegible]
Sacerdotes, Diaconi, [illegible] Subdiaconi, qui te[illegible] pore ſuo non fue[illegible] ordinati, quem [illegible] cum tenere debea[illegible] 156
Sacerdotes nõ celebr[illegible] tes, cum orario ſup[illegible] humeros commu[illegible] cent.
Sacerdotes ordinati,

celebrare noluerint dicant Antiphonas. 151
Sacerdotes, qui in Monasterio suscipi voluerint, non cito accipiendi. 145
Sacerdotes propter reuerentiam Sacerdotii, quo in loco collocandi. 46
Sacerdotis officium, ligare, & soluere. 152
Sacramentum, statim à communione ad locum suum reportetur. 87
Sacellum sit iuxta portam, quo ad orationem hospites introducantur. 118
Sacrista accēdat lumē in Dormitorio, & quādo. 54
Sacristæ, munus est significare horam operis Dei. 103
Sæpe per ordinationem Præpositi, scandala grauia in Monasteriis oriuntur, & quare. 164
Samuel, & Daniel Præsbyteros iudicauerunt. 154.
Sancti Patres vno dieto tum Psalterium recitabant. 42
Sapiens verbis innotescit paucis. 28
Scala Iacob erecta, nostra est vita in seculo. 23.
Scala quæ in somnis Iacob apparuit, quid significet. ibid.
Scandalum laicis non dandum. 43
Scapularia qualia esse debeant. 131
Scholares mittendi ad Seminaria, quales esse debeant. 105
Scripturæ ad Congregationem spectantes, in quibus Monasteriis seruari debeant. 72
Scyphis fictilibus bibēdum in refectorio, & vtraque manu. 91
Secretum delictum, secretè puniendum. 57
Seculares potius q̄ Monachi, tractent negotia Monasteriorum

& quæ. 70
Seculares quando cum Monachis ad canendum admittendi. 44
Seculares qui possunt recipi ad habitandum in Monasteriis nostris 123
Secularium cõfessiones in Dormitorio non audiendæ. 54
Seminaria futurorũ lectorum Theologiæ, & Philosophiæ instituenda. 105
Senes & infantes præueniant horas canonicas. 84
Senex sapiens sit portarius 169
Seniores Monasterii, qui intelligantur. 15
Senum, & infantum imbecillitas semper consideranda. 84
Septennarius sacratus numerus à Monachis, quomodo impleatur. 37
Septem horæ deputantur Fratribus pro dormitione. 30
Septies in die cadit iustus.
Senior deputandus uiter venienti, ptus sit ad lucr animas
Seniores sibi inuic ferant.
Senipetæ mittẽdi solandum Fr fluctuantem.
Serraturæ, quales h Cellarum appo tur.
Sexta hora à Pascha ad Pentecostem ciendum.
Sigilla falcificantes pœna plectendi.
Sigilla sua, Mona diligenter seruent
Sigillo aliquo Fratre non possunt, nisi licentia Prælati.
Sigillo magno, qua vtantur Prælati.
Silentii præuaricatores vindictæ maioti ia ceant.
Silentium ad ignem munem seruand 116
Silentium continuum dormitorio teneatur

omn

omnibus. 54
Silentium in quibus locis ſemper ſeruandũ. 116
Silentium ſummum fiat ad menſam. 85
Solatia procuranda imbecillibus. 78
Solus quis reficere debeat & quando. 80
Spatium octo horarum concedendum, ab vna comeſtione, ad aliam. 29
Spectacula vana, interdicuntur. 22
Stramẽta lectorum, quæ ſufficiant Monacho, 127
Stultus in riſu exaltat vocem ſuam. 28
Superflua omnia amputentur. 133
Superior debet recreationibus Fratrum intereſſe. 22
Superior delinquens in perſonam Fratris qua ratione puniendus. 180
Superiores moneãt Fratres mutatos, de quibus, & quando. 177
Superiores ignoſcãt Fratribus veniam petentibus, ac eis benedicant. 182
Superiores caueãt iram, vel commotionem, quantum fieri poteſt. Ibidem.
Superiores per tres ſaltẽ dies, loca ſuę profeſſionis teneant, & quãdo. 167
Superior quando legit ad menſam quis ſigna faciat. 86
Suſcipiendus in Oratorio quid promittere debeat. 137
Suſcipiendus quam petitionem faciat in Abbatis præſentia. ibid.
Syndicatus reuocandi, & quando. 174

T

TAbula Cucullarum deferendarum ſit in omnibus Monaſteriis 48
Tacere & audire diſcipulo conuenit. 21
Tapetia Eccleſiarum, &

cæte-

cætera diuino cultui dicata non accõmodanda ſecularibus. 71
Tarde accedentes ad menſam, qua ratione corripiendi. 96
Tardè venientes ad Diuinum officium in quo loco ſtent. 97
Tarſia, aurum, & picturas in quibus vitanda. 117
Tituli indifferenter, nõ conferendi. 156
Tractus longiores, aut cantẽtur integrè, aut mutilatè. 47
Triginta Miſſas dicere ſufficit ad participationem, memoriam defuncti faciẽdo expreſſè, vel ſecretè. 185
Triginta Miſſæ imponendæ pro quolibet Monaſteriorum noſtrorum quando & pro quibus. 186
Tunicæ Commiſſorum ſint ſuper terrã quartam brachii partem. 132
Tunicæ quales eſſe debeant. 13

V

Variare quandoq; antiqua, non deuiat à iuſtitia. 94
Vehicula ſine luxu, & ſuperfluitate. 13
Vendendum nihil, ſine Prælati licentia. 13
Venienti, perſeuerantem patienter, annuatur ingreſſus. 13
Verba ſcurrilia, otioſa, & ridicula proferentes, graui pœna plectendi. 1
Verſus, & Orationes decendæ in lotione pedum hoſpitis. 1
Veſpera ſemper quatuor Pſalmorum modulatione canatur. 9
Veſpertina hora à Quadrageſima, vſque ad Paſcha reficiant Fratres. 91.93
Veſtimẽta Fratribus dẽtur, ſecundum locorum, & aeris qualitates. 12
Veſtimẽra non ſint cur-

da vtentibus ea, sed mensurata. 127
Vestimenta noua accipientes, reddant vetera, propter pauperes. ibid.
Vestimenta, quæ nigra, & quæ alterius coloris esse possint. 128
Vestimentorum pretia, & qualitates. 130
Vestium extrinsecarum Commissorum color sit beretinus obscurus vniformis. 132
Vestium mensuræ statuuntur. 128
Victus aliorum mensura, cum aliqua scrupulositate, à sancto Benedicto constituitur. 90
Viæ sunt, quæ putantur ab hominibus rectæ, & finis eorum ducit ad profundum inferni. 24
Vindicta maiori plectēdus, qui. 57
Vini portio cui subtrahenda, quando, & vsque quo. 96
Vino qua ratione vti debeant Monachi. 91
Vinum apostatare facit etiam sapientes. 90
Vinum Monachorum non est. ibid.
Vir linguosus non dirigetur super terram. 27
Visitator actu quem locum teneat. 157
Visitatores inquirant de vita, & moribus suscipiendorum, & quare. 138
Visitatores non possunt licentiam dare promouendis ad sacros ordines, nisi in actu visitationis, & quare. 150
Visitatores possint dispensare cum ordinandis per tres menses. ibid.
Visitatores quem locū tenere debeant, & eorum pręeminentiæ. 157
Vniformitas cæremoniarum in congregatione seruanda. 6
Vniformitas obseruetur

in

in omnibus. 43
Vnusquisque proprium donum habet à Deo. 90
Voluntas habet pœnam, necessitas parit coronam. 25
Voluntati propriæ, non obtemperandum. 24
Vox legentis ad mensam audiatur. 85
Vtiliora adimplenda in susceptione hospitum 118

Z

ZElum bonum exerceant Monachi 182
Zelus duplex bonus & malus. ibid.
Zona Monachorum nõ sit serica aut lanea, sed coriacea. 128
Zona ad collum, pœnitentiæ genus. 180

FINIS.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CONSTITVTIONES PATRVM CONGREGATIONIS CASINENSIS in duas partes diuisæ.

Quibus adiecti sunt ordines pro regimine Monialium eidem Congregationi commendatarum; Vnà cum nonnullis Indultis, ac Priuilegiis, per diuersos Summos Pontifices, Casinensi Congregationi concessis.

MOGVNTIÆ,
Apud BALTHASAREM LIPPIVM,
sumptibus Nicolai Steinii & consortis eius.

Anno M. DC. IIII.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

INDEX CAPITVLORVM primę Patris Constitutionum Congregationis Casinensis.

CAP. I.	DE capitulo Generali celebrando.	pag. 1
II.	De debentibus venire ad capitulum.	2
III.	Quando, & quomodo fieri debeat electio Conuentualis.	6
IIII.	De ijs qui faciunt practicas ex bulla Leonis X.	12
V.	De ijs quæ pertinent ad Conuentuales.	14
VI.	De modo scribendi Capitulo Generali.	15
VII.	Quæ per Prælatos ad Capitulum deferenda sunt.	18
VIII.	In quibus personis Capitulum constet.	21
IX.	De electione Scrutatorum.	25
X.	De absolutione Præsidentis, & aliorum.	27
XI.	De Præsidentis, & aliorum electione.	29
XII.	De diffinitorum authoritate.	31
XIII.	Quod nullus diffinitor procaciter defendat suam sanctitatem.	39
XIIII.	De officio conseruatorum.	37
XV.	De electione Scribæ.	39
XVI.	De Vicario Monasterij.	43
XVII.	De Auditoribus causarum.	44
XVIII.	De Depositario Capituli.	50
XIX.	De Monasteriorum examinatione.	51
XX.	De modo quo Diffinitores expediant.	55
XXI.	De calculo expensarum.	57
XXII.	De Præsidentis Regiminis electione.	60
XXIII.	De Prælatorum electione.	63
XXIIII.	De Conuentuum reformatione.	66

XXV. *De Visitatorum, & Procuratoris electione.*
XXVI. *De epistolis dirigendis, & loco Capituli eligendi.*
XXVII. *De publicatione & absolutione Capituli.*
XXVIII. *De pecuniarum distributione.*

Index secundæ Partis Constitutionum Congregationis Casinensis.

CAP. I. *DE Potestate Præsidentis, & Visitatorum.* pagina 82.
II. *Quando, & qualiter debeant fieri visitationes.*
III. *De amotione, & electione Præsidentis.*
IIII. *De mutationibus Fratrum.*
V. *De expensis in mutationibus.*
VI. *De Fratribus mittendis Romam.*
VII. *De Monasteriis nouiter acceptandis.*
VIII. *De Anniuersariis celebrandis.*

Index Constitutionum Congregationis Casinensis, pro Monialibus.

CAP. I. *DE Gratiis per Innocentium viij. concessis.* pagina 117.
II. *Quod dicta Monasteria vltra non acceptent.* 118
III. *De Visitatoribus Monialium.* ibidem
IIII. *De Prælato, & Conuentu monasterij, cui, &c.*
V. *De Confessore Monialium.*
VI. *De electione Abbatissæ.*
VII. *De acceptandis Monialibus.*
VIII. *De Monialibus in genere.*
IX. *De Ingressu personarum laicarum.*
X. *De litteris, & munusculis.*

PRIM

PRIMA PARS CONSTITVTIONVM

Congregationis Casinensis aliàs S. Iustinæ: pro directione Regiminis & Regularis obseruantiæ, eiusdem Congregationis.

In nomine Domini nostri IESV CHRISTI.

De Capitulo Generali celebrando, & eius tempore.

CAPVT I.

ANTIQVORVM Patrum sectãtes vestigia, & auctoritate Apostolica muniti, vt vigor obseruantiæ Regularis, fraternaque charitas, & diuturna ac constans inter nos perseueret in CHRISTI seruitute concordia: Ordinamus Capitulum nostrum Generale celebrari debere per Patres & Fratres Monasteriorum Congregationis nostræ,

modo quo in inferiorib. terminabitur: & singulis quidem annis: Dominica quam est vigesima octaua die post Resurrectionem Domini nostri IESV CHRISTI.

2. Itaque ad Capitulum venire debentes liter se præparent tempore opportuno: ut tura die esse possint in loco vbi Capitulum ipsum fuerit celebrandum.

De debentibus venire ad Capitulum Generale.

CAP. II.

QVONIAM vbi nimia multitudo est, plerunque solet esse confusio, & difficultas veritatis habendæ: Idcirco Ordinamus quod infrascripti solum ad Capitulum Generale venire teneantur. Videlicet Pater Præsidens, cæterique Visitatores (exceptis Sindicis de quibus infra) quantumcunque à capitulo loco distent veniant, & omnes Prælati. Veniat præterea vnus idoneus Monachus electus nomine ipsius Conuentus, ex quolibet Monasterio. Hoc tamen attento, quod si contingerit in aliquo Monasterio pauciores esse quam sex Monachos Professos, non computato Prælato, Monachus venire non præsumat.

2. Quod si suprascripta, aut alia quæcunque legitima causa contingat, nec Prælatos venire, nec Conuentus Fratres Cõuentuales mittere: tunc ipsi Prælati & Conuentus teneantur mittere literas, tam bonum Congregationi

tionis quam sui Monasterii concernentes, per vnum ex Fratribus aut alium fidelem Nuntium, de communi consensu Prælatorum & maioris partis Conuentuum electum: aut per Prælatum seu Conuentualem propinquioris Monasterii, si maluerint.

3. Liceat præterea Prælatis aut Capitulum, infirmitate seu alia causa (quæ per Præsidentem cum vno Visitatore, vel per duos Visitatores illius Prouincię fuerit legitima iudicata) venire non valentibus, eo anno quo non venerint mittere vnum ex Monachis ipsorum nomine, cum literis tamen de hoc fidem facientibus.

4. Prælati Castriuillarum, Lerini, Caietæ, & Ragusii non nisi altero quoque anno veniant: nisi aliter à Diffinitoribus Capituli Generalis aut à Regimine fuerit ex aliqua rationabili causa statutum.

5. Prælati verò Siculi veniant saltem duo quotannis, ex quibus alter sit Visitator, si fieri potest: prout per Diffinitores anni præteriti deliberatum fuerit. Ipsis autem Prælatis, qui ex causa legitima, vt supra, ad Capitulum non venerint, intelligi volumus omnem authoritatem continuatam esse, & continuari in spiritualibus & temporalibus, quam prius habebant, locumque solitum tenere vsque ad dispositionem & institutionem Prælati nouiter instituendi.

6. Si verò vt præfertur, non habito iudicio Patris Præsidentis, & vnius Visitatoris,

vel duorum saltem Visitatorum: aut eum infirmitatis legitimo impedimento cessa ad Capitulum non venerint: ipso facto qua omnes Prælatos absolui solitum est, thoritate, loco, Regimine & cura, quæ Pr ti tenebant se priuatos nouerint pariter absolutos: & cura tam in spiritualibus q in tēporalibus ad Priorem, & in eius absc ad immediatè Superiorem deuoluatur.

7. Declaramus tamen Prælatos solum lum habentes, post absolutionem alio Prælatorum, tenere debere locum profe nis suæ.

8. Et vt tempore Capituli Generalis, quæ per Visitatores in suis Visitatoribu perta fuerint clarior veriorque habeatur formatio: Statuimus, & ordinamus, quo quis Visitatorum aliquo impedimento timo interueniente, ad Capitulum non ve rit: per literas significare teneatur ea qu grauia & digna relatu videbuntur, & ipse dicauerit expedire: super quibus onera eius conscientiam.

9. Ordinamus insuper, quod tam supra Prælati, quam quicunque alii Monachi stræ Congregationis, quocunque officio gantur, aut dignitate præemineāt, quanto cumque à Capituli loco distent, si à Reg ne, seu à Visitatoribus requisiti fuerint, præfatum Generale Capitulum venire te antur.

10. Præter supradictos autem, non præso

Fratres nostri cuiuscunque gradus seu conditionis existant venire ad Capitulum Generale, seu ad loca circunuicina, nisi habita prius à Diffinitoribus licentia. Quod si contra fecerint, non audiantur à Diffinitoribus: & ieiunent ter in pane & aqua in Refectorio. Et si fuerint superiores, eò ipso saltem per integrũ annum absq; alia declaratione intelligantur esse depositi.

11. Ordinamus insuper quod nullus Prælatus secum ducat alium Monachũ ab ipso Cõuentuali, quouis titulo, etiam Scribæ. Potest tamẽ Commissum, causa infirmitatis, ætatis, aut distantiæ secum ducere. Monachus alius, aut Cellerarius non possit venire, ex quauis causa. Quod si cõputa aut alia huiusmodi negotia pertractanda erunt, Prælati aut Conuẽtuales satisfaciant. Excluditur tamen à prædictis prohibitionibus Pater Præsidens, qui secum ducere debet Cancellarium suum. Ipse autem teneatur sub pœna priuationis vocis actiuæ & passiuæ, quamprimum Prælati venerint ad Capitulum, omnes alios qui ad locum Capituli venissent: præter prædictos qui debent & possunt venire, ab eodem loco dimittere. Quod si pro aliquo casu necessario, Diffinitores aliquem admiserint audiendum, non permittant talem morari in Monasterio Capituli vltra diem vnum: sed eum audiant & dimittant. Quod etiam intelligimus de iis qui fortè ab ipsis vocati essent: sed ab hoc quantum fieri potest caueatur.

Quando & quomodo fieri debeat electio Conuentualis, ad Capitulum Generale dirigendi.

CAPVT III.

ELECTIO Fratris Conuentualis mitte ad Capitulum Generale, in quolibet M nasterio nostræ Congregationis celebre per quatuor dies ad minus, & octo ad plus te recessum suum. Qui quidem recessus co putari debet habita consideratione distan Monasterii, à loco Capituli.

2. Itaque eo die, quo fieri debet huiusmo electio, Prælatus post Primam conuocet F tres Professores in Capitulo, & legat eis capitulum: exhorteturque eos, vt interfint mnes Missæ conuentuali, quæ Missa cante de Spiritu Sancto, nisi dies ille habuerit p priam Missam: quo casu fiat commemora de Spiritu Sancto, tam pro ipso Fratre eligen do, quam pro Capitulo Generali celebrand Et vt omnia ritè & cum pace procedant, P latum huiusmodi electioni omnino volum interesse.

3. Considerantes igitur, quod ab antiq Patrum institutis non deuiat, qui aliqua p uio iudicio & suadẽte ratione in melius re mat: Priuilegiorum nostrorum, & Apost carum literarum, super hoc authoritate ro rati, Statuimus, quod electio Conuentu cum Prælato ad Capitulum Generale de nãdi, deinceps infrascripto modo celebre

4. A qua quidem electione exclusis omnibus, præter Sacerdotes, qui tempus promotionis, per Ordinationes nostras, & Tridentinam Synodum statutum, in Congregatione compleuerint, & actu ad Sacerdotium fuerint promoti, quos tantum huiusmodi electionis capaces esse decernimus.

5. Exclusis etiam è Sacerdotum & Diaconorum numero, quibus à Capitulo Generali concessa est facultas, vt eligi in Conuentualé non possint, tales enim nisi de licentia eiusdé Capitali vltra per quemlibet, etiam per Præsidentem admitti non poterunt. Exclusis quoque Prælatis Titularibus, qui cum censeantur in numero Prælatorum, inter Conuentuales non debent censeri.

6. Exclusis etiam, qui propter infirmitatem vel aliud legitimum impedimentum, se ante electionem excusauerint: & Prælatus cum consensu maioris partis suorum Deputatorũ talem excusationem admittendam duxerit. Post electionem autem factam, nullius admittitur excusatio.

7. Exclusis quoque à loco suæ Professionis degradatis, vel publicam agentibus pœnitentiam: & iis quoque qui saltem per quatuor menses immediatè dictam electionem præcedentes in Monasterio non permanserint, vt rationem de omnibus verisimiliter reddere possint.

8. Exclusis deniq; Priore quem Prælatus pro regimine & vtilitate Monasterii relinquet. In

Monasteriis autem in quibus Prælati rem
serint cum debita licentia, nec ad Capitul
accesserint, & in quo celebratur Capitul
Priores non excludantur: sed possint elig
conuentuales.

8. Possit etiam præter hunc ipse Prælatus
stæ necessitatis vel vtilitatis causa, de suo
consilio Deputatorum: ac vnius saltem
Præsidentis, vel Visitatoris licentia (si tam
Fratris nomen, & causam, quæ ad hoc
impulerit, eidem vel Patri Præsidenti, vel
sitatori duxerint insinuandam) alterum
hilominus pari forma subtrahere.

10. Demum ad electionem procedatur,
iuxtà formam, & modum infra scriptum
debet. Prælatus verò interim imponat al
ex Fratribus, vt scribat in vna cedula omni
nomina Monachorum.

Ballotta. 11. Voces verò cuiuslibet Conuentus, id
balottæ dissimilis coloris, iuxtà ordinem
frascriptum, ita taxantur. Vbicumque fue
quatuor, aut tres Monachi eligibiles, sint
voces. Deinceps verò, & supra cõputen
voces, non iuxtà numerum Conuentus,
Fratrum, qui huiusmodi electionis capa
fuerint, si præsentes extiterint: ita vt vbic
que quatuor tales fuerint, vnam vocem
beant, & octo duas, & duodecim tres, &
successiuè; ita vt pro singulo quaternario
tantum cuilibet Conuentui vox accrescat
tamen vt vbicunque fuerint septem elig
les duæ sint voces, & vndecim, tres, & sic
inceps.

Post Nonam Prælati legant infrascripta, cum tribus sequentibus Capitulis.

CONGREGATIS itaque post Nonam ex more Fratribus in Capitulo, Oratione breui præmissa, & inuocato Dei nomine, assistentibus hinc inde Prelato duobus ex Deputatis Superiorem locum in Capitulo habentibus, singulósque sacculos singulis tenẽtibus, sit penes Prælatum prædicta cedula, in qua omnium nomina Monachorum Congregatorum habeantur scripta de qua primò extrahantur omni assistente Conuentu cedulæ continentes nomina Monachorum non Sacerdotum; quæ numeratæ, & plicatæ ponantur in sacculo ad hoc parato, quem tenebit Superior, qui à sinistris Prælati erit. In altero autem sacculo ponantur numeratæ coram omnibus totidem balottæ, quæ paris magnitudinis quidem, sed dissimilis coloris erunt.

2. His taliter compositis, vnus Fratrum Sacerdotum, quem Prælatus cum præfatis duobus iuxtà se sedentibus elegerit, ante ipsum genuflectens, accipiat de sacculo cedulam vnam plicatam, digitis eam coram omnibus altè tenendo, deinde accipiant de altero sacculo balottam vnam, eam omnibus ostendendo, & cuius coloris sit etiam explicando: & postea alta voce prenuntiet nomen in præfata cedula scriptum omnibus audientibus:

Cedulamque ipsam Prælatus, duoque Superiores prædicti omnino videant, & legant; sicque per singulos procedatur, donec balottæ duæ in colore dissimiles extractæ fuerint. Et illi duo Fratres quorũ nomina, cum dictis balottis dissimilibus conuenerint, extrahant consequenter nomina Sacerdotũ, pro Conuentuali eligendo, secundum ordinem quo extracti fuerint, primus videlicet cedulas, et ter balottas extrahendo, modo quo infra. In defectum verò huiusmodi clericorum, qui deessent ad arbitrium prædictorum supplebitur.

3. Publicatis igitur primò sigillatim incipiendis de quibus supra, extrahantur de prædicta cedula nomina omnium Monachorum Sacerdotum: quæ sigillatim, & publicè legantur, plicentur, & numerentur, ponantur quoque in dicto sacculo, quem tenet Superior à fratribus, & deinde palam ponantur in altero sacculo totidem balottæ numeratæ eiusdem magnitudinis, & coloris, computatis diuersis coloribus, quæ pro numero Conuentus plures vel pauciores cuilibet Monasterio deputatæ fuerint.

4. His ita compositis, primus ille de electis Fratribus ante ipsum Prælatum genuflexus accipiat de sacculo coram omnibus cedulam vnam plicatam altè tenendo, non tamen eam legat: Deinde alter similiter genuflexus, de altero sacculo accipiat balottam vnam, eam omnibus ostendendo, & cum

coloris fuerit altè pronuntiando : & postea qui tenet cedulam extractam alta voce pronuntiet nomen in præfata cedula scriptum, cedulamque ipsam Prælatus cum illis duobus sibi assistentibus omnino videant, & legant : sicque per singulos procedatur, donec ballotæ omnes in colore dissimiles extractæ fuerint, & statim illi qui sic extracti fuerint sigillatim balottentur : & qui plures voces habuerit, ille, à Spiritu Sancto, & consequenter ab omnibus Fratribus in legitimum Conuentualem, & qui nomine Conuentus, ad Generale Capitulum veniat censeatur electus. A balotatione excluduntur, Prælatus, & alij qui votum fauorabile habuerint, & priuati voce actiua & passiua. Cæteri omnes Professi suffragia conferant. Si pares fuerint iterum balotentur: quod si item pares fuerint, antiquior electus censeatur. *Balotatio.*

5. Ipsæ verò cedulæ, & balottæ omnes, etiam post dictam electionem, statim per præfatos Patres ad cautelam, coram Conuentu denuo numerentur, vt si in debito numero & colore conueniunt cognosci valeat.

6. Electo autem Conuentuali, Ordinamus quod Prælatus literas, per vnum de Monachis suis electionis huiusmodi testimoniales, cum appositione sigilli sui Monasterij scribi faciat, sub hac forma videlicet.

7. Amantissimi Patres, post Filialem commendationem, &c. Mittimus ad charitates vestras dilectissimum Fratrem nostrum N. in

Con-

Conuentualem, ſecundum ordinationes nos-
ſtras legitimè electum: cui plenam & indu-
bitatam fidem in iis quæ Fratrum & Mona-
ſterii noſtri vtilitatem concernunt adhibe-
dignemini. Valete in CHRISTO. Ex Mona-
ſterio S. N. die menſis, &c. & infrà. Filii vel
Conuentus S. N. A tergo. Seruis Domini no-
ſtri IESV CHRISTI Patribus congregatis
Capitulo Generali Monachorum congrega-
tionis Caſinenſis, alias S. Iuſtinæ de Padua,
Domino amantiſſimus.

8. Ordinamus inſuper, quod ea die qua hu-
iuſmodi electio facta fuerit, Prelatus legi
vel legi faciat ita quod omnes intelligãt, hoc
præſens Capitulum, Fratribus congregatis
Capitulo poſt Nonam: inſuper, & tria Ca-
tula quæ ſubſequuntur.

*De iis, qui faciunt practicas in electione Diffini-
torum, ex Bulla Leonis X.*

CAP. IIII.

DECERNENTES præmiſſa omnia & ſin-
gula debere ab omnibus modernis &
pro tempore exiſtẽtibus, Præſidentibus, Di-
finitoribus, Viſitatoribus, Abbatibus, & alis
dictæ Congregationis Monachis, Commi-
ſis, & perſonis quibuſcunque inuiolabili-
ter obſeruari, & eos qui ſcienter in aliquo cõ-
trauenerint, aut alios contrauenire malitiose

procu-

procurauerint, excommunicationis latæ sententiæ (à qua nisi à Patre Præsidente Regiminis, pterquã in mortis articulo constituti absolui nequeãt) & inhabilitatis ad vocem actiuam, & passiuam in dicto Capitulo Generali, & ad dignitates, gradus, & administrationes in dicta Congregatione, pœnam quinquennio duraturam incurrere ipso facto. Eisdem quoque pœnis & censuris eos qui circa Diffinitorum electionem per se vel per alios, directè vel indirectè, quocunque tempore practicas fecerint, seu ab aliis practicati, vel aliter conscij, aut quomodolibet talium practicarum notitiam habentes, & ante non reuelantes ligari & inuolui: nec non irritum & inane quicquid secus super his à quocũq; quauis authoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

2. Ad serenandas verò Abbatum, & Monachorum nostrorum conscientias, & omnem ab eis prorsus ambiguitatis scrupulum remouendum: Declarauit Sanctissimus Dominus noster Gregorius PP. XIII. quod ob sermones qui insimul, nõ ambitus, vel alterius improbæ, sed bonæ intentionis causa, de idoneitate, vel insufficientia, ad Diffinitorii officium eligendorum habiti fuerint, seu quos in futurum haberi continget, supradictas aliquasuè alias sententias, censuras, & pœnas non incurrerint, aut incurrant.

De iis quæ pertinent ad Officium Conuentualium. CAP. V.

ORDINAMVS quod Conuentuales neant secretissima ea quæ sibi trade in scriptis, solis Diffinitoribus portanda, verbo referenda: ac etiam ea ex quorum latione notabile oriretur scandalum, aut re similiter posset oriri.

2. Fratres quoque, qui talia scribunt, aut basciatas huiusmodi imponunt, nemini re lent aut nominent, nisi ipsis Diffinitori Quod si contrafecerint, eligi non possint que ad triennium.

3. Insuper omnia quę verbo eis fuerint im sita redigant in quadam cedula, prout in statutum est in capitulo decimoquinto. de lectione Scribæ, scribendo nomen Fratris nihil addendo & nihil minuendo, vt ea po fideliter referre Diffinitoribus. Verbi gra D. Talis dicit sic. allegando causas ibi expr sas à Fratre in specie: & pro breuiori & cert ri informatione Diffinitorum, colligant in num singulas materias. Verbi gratia: si aga gum de Prælato aut Priore aut Cellerario cludant talem materiam, inducendo di singulorum & causas, antequam ad al materiam diuertant: ita quod non sit ne eadem sæpius repetere. Quam cedul penes Scribam Capituli dimittant, vt in v tatione Monasterium possit haberi plen

&

& verior informatio de relatis capitulo.

4. Quod si ipsi Conuentuales aliquid ex se ipsis dicere voluerint, eadem scribant in eodē suo memoriali, in quo cæterorum Fratrum vota conscripta sunt: vt si opus fuerit possint Diffinitores de omnibus diligenter inquirere & cognoscere.

5. Aliquid præterea ipsi Conuentuales non accipiant in commissis à Fratribus, nisi ea quę acciderint post visitationem sui Monasterii: nisi ex vrgentissima causa ad hoc cogerentur, quam narrare volentes explicabūt, simul declarantes, cur eadem Visitatoribus non fuerint dicta.

6. Curent etiam, vt Prælatus portet taxam sibi congruentem ad Capitulum. Portent insuper & literas de eorum electione fidem facientes, Capitulo Generali portandas.

De modo scribendi Capitulo Generali.

CAP. VI.

ORDINAMVS, quod si quis Fratrum nostrorum, voluerit aliqua intimare Capitulo Generali, scribat ipse, & nō alius pro eo. Si verò nescit, Connētualis ab eo rogatus, vel alius Monachus de licētia sui Prælati. Qui ne teneant diu Diffinitores in pluribus occupatos, clarè breuiter & succincte scribant, cū subscriptione sui nominis, exponēdo causam

vel

vel causas dicti vel petitionis suæ. Alioq
si præfatę literæ carebũt subscriptione no
nis sui, â Diffinitoribus non adhibeatur fi
des. Quod si vllo vnquam tempore in lu
venerint authores talium literarum, ad P
sine subscriptione missarum, carceri m
pentur.

2. Et si qui conuentuali suo aliquid Diffi
toribus referendum imponunt, aut ad se,
ad Monasterium pertinens: nihil de cæ
eisdem Diffinitoribus scribant, vel si scrib
maluerint, eidem Conuentuali dicendum
hil imponant.

3. Caueant autem Fratres, ne de iis quæ
te visitationem Monasterii acciderint ali
Capitulo scribant, nisi vrgens causa subs
Quod si aliqui, quæ Visitatoribus expo
debuerant, qui præsentes omnia cognov
& opportunè prouidere potuissent, ea ad C
pitulum deferre voluerint, grauiter pro m
do culpæ puniantur.

4. Sed nec Frater Fratrem sollicitet, aut
ciat practicam vt scribat, aut ambasciat
mittat.

5. Nullusque Frater etiam, si sit de num
Deputatorum, alterius litteris subscribat,
suis subscribi faciat, quouis quæsito colo
præterquam si aliqua de causa bonum M
nasterii concernente, Superiores omnes
vitandam multiplicitatem literarũ, de co
muni consensu aliquid insinuandum Pa
bus iudicauerint. Et qui contrafecerit, t

in hoc casu, quam immediatè præcedenti, ter in pane & aqua in terra in Refectorio ieiunet.

6. Vltimò Ordinamus, ne volentes scribere Capitulo inordinatis passionibus seducantur, nec quadam animi facilitate scribant: Sed Deum præ oculis habẽtes, ea quæ fuerint necessaria & vtilia suggerant Patribus cum omni honestate & grauitate.

7. Quod si quid fuerit scriptum in præiudicium alicuius tertiæ personæ, reseruentur illæ literæ Visitatoribus dandæ: qui dil genter tempore visitationum de contẽtis in illis inquirent, & qui illas scripserint stent ad pœnam talionis: & si fuerint in dignitate constituti insuper deponantur, si quidem falsa scripsisse fuerint conuicti.

8. Vt autem pax & beneuolentia erga Prælatos & Fratres nostros conseruetur: Admonemus Prælatos, ne tempore Capituli vel visitationum quærant quouis modo, quis cõtra eos scripserit, vel ipsos accusauerit. Et similiter cum ad Monasteria sua peruenerint, hortentur socios & Fratres vt caueant etiam ipsi: nec quærant aliquo modo quis vel scripserit vel ambasciatam miserit sed potius dissimulent se nescire, nec molestè ferre.

*Quæ per Prælatos ad Capitulum venientes fu-
deferenda.* CAP. VII.

ORDINAMVS quod Prælati no-
Congregationis, aut qui ab eis eo-
nomine missi fuerint deferant secum ve-
tes infrascripta. Imprimis nomina Fratru-
qui anno illo Professionem emiserint, a
em quo Professi fuerint, nec non eorum
in Domino quieuerint, aut eiecti, aut qu
cunque modo diminuti fuerint.

2. Portent etiam in scriptis nomina om-
um Fratrum Conuentus sui, ac locum, a
& diem, vbi & quo Professi sunt, secund
tamen gradus & ordines quos in Monaste
is suis tenent.

3. Portent etiam annuos redditus, & expe
sas suorum Monasteriorum, ac computa
bitorum, & creditorum in breui summa.

4. Ad Officium etiam Prælatorum spect
petere licentias eorum qui promouendi
tam ad ordines sacros quam ad gradum
perioritatis, ac etiam literas gratiosas pro
ne factoribus Monasterii sui: quæ non e
dant numerum trium.

5. Et quia Parentibus Fratribus ac Soroni
Fratrum Congregationis nostræ per Pa
dictæ literæ gratiosæ concessæ sunt, amo
pro eis non requirantur.

6. Ite

6. Item balnea pro Infirmis Fratribus, amen ſeruatis ſeruandis, prout in Declaratorio Regulæ, capitulo trigeſimoſexto: De Infirmis Fratribus.

7. Deferant præterea vltra expenſas itineris neceſſaria pro ipſis, & eorum Conuentualibus, tam in eundo, quam redeundo, taxam vnam iuxtà aſſignationem ſuo Monaſterio traditam, & eò amplius, prout per Capitulũ præcedens fuerit ordinatum: niſi in tanta, aut maiori ſumma fuerint Congregationis liquidi creditores. Quod ſi facere neglexerint, ſciant ſe in Capitulo Generali voce actiua & paſſiua priuatos.

8. Vt autem pecunia, quæ pro Annatis Monaſteriorum in Curia Romana ſoluenda eſt, paulatim præparetur, & non cum nimio Monaſteriorum diſpendio: Ordinamus, quod Prælati Monaſteriorum Annatam ſoluentiũ deferre debeant, ſed tranſmittere annuatim ad Capitulum ratam pecuniæ Quindenniorum quæ eis contingit: de quibus aduertet Depoſitarius, habito reſpectu ad annorum numerum, poſt quos annata ipſa ſoluenda erit.

In priori editione anni 1520. addatur Computatis minutis ſeruitiis.

9. Quæ pecunia reponatur in loco per Diffinitores deputato: ita & aliter, quod quando præfata Annata ſolui debebit, reperiatur pecunia ipſa totaliter præparata.

10. Si verò Prelati, ac Celleraríi Præfatorũ Mo

nasteriorum hoc adimplere neglexerint:
quidem ad Capitulum venerint: Prelati
reant voce actiua, & passiua, quoad electi
nem Diffinitorum. Sin autem, tandiu ieiun
semel in hebdomada in pane solum & a
(si quidē per ipsos steterit, quod dicta pe
nia non fuerit transmissa) quamdiu omis
ratam pecuniæ, vbi supra deposuerint c
effectu. Cellerarii verò semel in hebdom
comedant in terra in pane & aqua in Re
ctorio, tamdiù quamdiù distulerint fac
solutionem, si ipsi in culpa fuerint.

11. Curent etiam Prælati, ad Capitulum
ferre residuum Taxarum, si quid super
respectu anni præteriti soluendum. Qu
à Capitulo Generali impositis, duos solu
nis terminos præfigimus, alterum in Ca
dis Octobris, alterum in Calendis Ian
Quod si legitimo existente impedime
hoc non poterunt, deferant saltem ad C
tulum id totum quod debent, vt dictum
secus obseruent pœnam supra taxatam, &
super teneantur ad quodlibet interesse
emergens, pro rata debiti quod habet
Monasterium cum Congregatione.

12. Conuentualis autem, qui solus sine
lato venerit ad Capitulum, si culpa sua
ciderit, semel comedat in terra in Refec
in pane & aqua tempore Capituli, die
endo per Diffinitores.

13. Si quis tamen Patrum nostræ Cong
tionis, totam integram taxam vel par

quæ tempore Capituli per Patres Diffinitores intra annum soluenda mandatur, pro bono vniuersali Congregationis & vtilitate exposuerit tempore visitationis: huiusmodi pecuniæ sic expositæ sibi in dicta taxa computentur, vel tempore saltem Capituli Generalis, si expectare voluerit admittantur.

14. Ordinamus etiam, vt tempore, quo Generale Capitulum celebratur, fiat per omnes Conuentus pro dicto Capitulo publica, vniformis & consueta Oratio: vt Deus omnipotens Capitulum celebrare debentium corda & actus dirigere dignetur in beneplacito suo.

DE FORMA CAPITVLI GENERALIS: & primò quibus personis constat.

Hoc Capitulum legit Pater Præsidens Sabbato ante quartã Dominicam post Pascha, dicta Nona, coram omnibus de Capituli.

CAP. VIII.

DECLARAMVS pariter & Ordinamus Præsidentem Regiminis, Visitatores, ac Prælatos habentes titulum & administrationem, vel principalem administrationem tantum Monasteriorum nostræ Congregationis: Nec non Conuẽtuales totum Generale Ca-

pitulum facere: quos intelligimus repræse-
tare totam Congregationem ipso durãte Ca-
pitulo. Volentes quod omnes Prelati voce
in Capitulo (si tamen præsentes extiterint)
habeant: absentes autem à Capitulo, nulla
vocem habere possint. Conuentuales vero
habeant vocem actiuam tantum in electio-
ne Diffinitorum, si præsentes extiterint.

2. Quod si aliqua ex causa contingeret, vt
dari titulum, & alii administrationem: vox
in Capitulo Administrator, & non Titularis
habetur.

3. Sabbato igitur, ante quartam Dominicam
post Pascha, fiat in Missa commemoratio de
Spiritu Sancto: ac deinde post Nonam, con-
uocatis omnibus de Capitulo in loco ad hoc
deputato, præmissa prius mentali Oratione,
Præsidens Regiminis dicat versus. Saluos fac
seruos tuos. Respon: Deus meus sperantes in
te. Vers. Esto nobis Domine turris fortitu-
dinis. Responf. A facie inimici. Vers: Nihil
proficiat inimicus in nobis. Responf: Et filius
iniquitatis non apponat nocere nobis.
Vers: Domine non secundum peccata no-
stra facias nobis. Responf: Neque secundum
iniquitates nostras retribuas nobis. Vers.
Mitte nobis Domine auxilium de Sancto.
Responf: Et de Syon tuere nos. Vers. Domi-
ne exaudi orationem meam. Responf: Et
clamor meus ad te veniat. Vers: Dominus
Vobiscum. Responf: Et cum Spiritu tuo.

Orem-

Oremus. Actiones nostras q̃sumus Domine aspirando præueni & adiuuãdo prosequere: vt cuncta nostra oratio & operãtio à te semper incipiat, & per te cæpta finiatur.

Famulorum tuorum quæsumus Domine delictis ignosce: vt qui tibi placere de actibus nostris non valemus, genitricis filii tui intercessione saluemur.

Intercessio nos quæsumus Domine Beati Patris nostri Benedicti Abbatis commendet: vt quod nostris meritis non valemus, eius patrocinio assequamur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

4. Fratres verò Conuentuales ex tunc & deinceps in loco tantum Capituli teneãt locum professionũ suarum: nisi electus in Conuentualem fuerit ex Senioribus ipsius Monasterii, vbi Capitulum celebratur, quia locum solitum tenebit, præterquam in actibus Capitularibus.

5. Facta verò per Præsidentem monitione, Fratres Conuentuales per literas aut per sufficientia testimonia, suarum electionum fidem faciant. Approbata autem vel reprobata eorum electione, Pater Præsidens & Visitatores vocent coram omnibus singulos in catalogo descriptos à Quæstore: & ipse Quęstor fidem scripto faciat de omnibus qui integrè satisfecerint, aut non. Et qui non portauerint portionem Annatæ Quindenniorum, veniant de præsenti, & exponant causam quare non portauerint: Nec prius per iudicium condemnentur quam audiantur tã

ipsi, quam quinque alii: quorum fortè fa-
aut existimatio per diffamatorias literas
voces violata esset, aut apud Patres aut ap-
alios. Aliquando enim euenire solet, qu
Monasteria quædam ob infortunium au
lamitatem aliquam, aut etiam ob culpam
rum qui procedentibus annis redditus co
runt, vix suis redditibus alere possunt Mo
chos ibi degentes, nedum taxas, aut alia
amina imposita exsoluere: & horum om
am culpam falsò multoties ascribitur iis
tanc temporis cum hæc cognoscuntur p
sunt. Ad rei igitur veritatem innotescendam
debent hi qui sic suspecti aut diffamati sun
Præside & Visitatoribus diligenter examin
ri: vt iis omnibus prouideri tempore suo p
sit: & similiter qui non portauerint portio
Annatæ Quindenniorum, de causa talis d
fectus requiri. Quæ per Præsidentem com
mnibus declarata iudicet ipse cum Visitato
ribus an sit legitima vel ne. Quod si legitim
non iudicauerint: Prælati siquidem ad Ca
tulam non venerint tamdiù ieiunent sem
ri hebdomada, in pane solùm & aqua, qu
diù omissam tatam pecuniæ, vbi supra de
fuerint cũ effectu. Cellerarii verò si ipsorum
culpa hoc euenerit, pœniteant vt supradic
est. Quod si Conuentuales transgressores
fuerint, in terra semel in Refectorio com
dãt, die quo statuerint Diffinitores, vt supra
ictum est, & careant voce: nec cum eis d
spensari possit, nisi ex nouem octo accesserint
Diffinitorum consensus.

6.

6. Et præscripta omnia ipse Pater Præsidēs, & Visitatores obseruent omnino & obseruari faciant: carituri ipsi voce actiua, si secus fecerint, vt Diffinitoribus subsequentibus status Religionis fiat manifestus, & prouidere possint.

7. Consequenter Pater Præsidens publicè audientibus omnibus legat capitulum quartum: De iis qui faciunt practicas, legat etiam breue Apostolocum Gregorii XIII. cōtra appellantes.

8. Deinde moneat omnes vt intersint Missæ, quæ die sequenti solēniter cantabitur de Dominica, cum commemoratione Spiritus Sancti: vt Dominus illuminare dignetur & dirigere in suo beneplacito corda Fratrum Capitulum celebrare debentium. Et Conuentualibus recedentibus Præsidens legat infrascriptum Capitulum: quo lecto ad electionem Scrutatorum per Prælatos procedatur.

De Electione Scrutatorum.

Cap. IX.

ORDINAMVS primò, ne quis alicui ex Prælatis ad quos electio spectat Diffinitorum, Consanguinitate vsque ad secundum gradum inclusiuè coniunctus, in Scrutatorem eligatur. Singuli igitur Visitatores, quatuor qui non sint de Capitulo nominent secretè in aurem Patris Præsidentis: ipse etiā

Pater Præsidens quatuor nominare possit quos quidem ille in cedula conscribat, & eos postmodum nominet. Qui nominati balottentur ab omnibus Prælatis: & illi quatuor qui plures balottas albas habuerint sint Scrutatores electi, in omnibus actibus capitularibus, durante ipso Capitulo. Et si fuerint aliqui pares in vocibus, præferantur qui locum superiorem in Monasterio tenuerint. Laudamus tamen pro pace & vnitate seruanda, vt vnus tantum & non plures in eodem Monasterio Professi Scrutatores eligantur.

2. Qui Scrutatores teneant secretissima quæ tenenda venerint. Contrafacientes verò, si transgressio fuerit manifesta, graduati teneant locum Professionis suæ in Monasterio saltem per duos menses. Si verò non fuerint graduati, fient degradati in Monasterio post omnes Professos, similiter per duos menses & insuper eò ipso sint priuati dicto Scrutatorum officio, ad quod deinceps in perpetuum sint inhabiles.

3. Si verò culpa fuerit latens, ter in pane & aqua ieiunent: nec aliter dispensari possint.

4. Hoc autem Capitulum legat Præsidens ipsis Scrutatoribus die sequenti, coram omnibus de Capitulo, antequam ad electionem Diffinitorum procedatur.

DE ABSOLVTIONE PRAESIDENTIS, & aliorum Prælatorum, ab eorum Regimine.

Hoc Capitulum legit Pater Præsidens Dominica quarta post Pascha, dicta Nona, coram omnibus de Capitulo.

CAP. X.

1 DOMINICA igitur quarta post Pascha, solenniter cantata à Patre Præsidente Missa de Dominica, cum commemoratione de Spiritu Sancto, vt supra dictum est: post Nonam pulsata Campana, & omnibus qui sunt de Capitulo in loco ad id deputato Cõgregatis genibus flexis, præmissa mentali oratione, Præsidens Regiminis omnes de Capitulo, huiusmodi alloquitur sermonibus.

2. Patres, & Fratres dilectissimi, quia secundum antiquam, & laudabilem consuetudinẽ nostram, tempore Capituli Generalis vacare debent omnia Beneficia, Dignitates, Prælationes, & officia Generalis Regiminis: id circò ego D. N. humilis Præsidens Congregationis Monachorum de obseruantia Casinensi, aliàs S. Iustinæ, vice, & nomine totius Capituli Generalis, Apostolica ac etiam Constitutionum nostrarũ authoritate, absoluo omnes & singulos Visitatores, Abbates, Priores, Administratores, & omnes habentes tam titulum quam principale regimen Monasteriorum nostrorum, ab eorum officiis, cura,

admi-

administratione, titulo, & regimine, &c. absolutos pronuntio.

3. Si verò Præsidens non interfuerit Capitulo: antiquior Visitator, qui illic aderit omnia supradicta, nomine & vice Præsidentis pronuntiet. Qua absolutione facta, cæteri omnes discooperto capite surgant, eidem absolutioni reuerenter annuentes: locaque suæ professionis illicò petant.

4. Subsequenter Præsidens dicat. Et ego N. denuntio me absolutum, iuxtà tenorem Priuilegiorum & Constitutionum Congregationis nostræ, ab Officio Præsidentiæ & Visitationis, nec non à Titulo, Regimine, & administratione Monasterii S. N. Placeat ita Patern[illegible]tatibus vestris die statuta prouideat de magis idoneo.

5. Post hæc prostratus coram omnibus de cessibus & negligentiis suis se accuset: & humiliet se Capitali correctioni, veniam & [illegible]tionem pro se à Fratribus postulans. Et [illegible] signo ab antiquiore Capituli surgat, & re[illegible]tatur ad locum suæ professionis.

6. Similiter omnes alii faciant, qui in illo [illegible]no Visitatores fuerint, aut Monasterio principale regimen habuerint, vnusquisque secundum ordinem suum, incipiendo à [illegible]iore. Et facto signo ab antiquiore surgant [illegible] ad suæ professionis loca redeant. Quibus [illegible] actis, ad electionem Diffinitorum proceditur.

De electione Præsidentis Capituli, Diffinitorum, & Conseruatorum.

Cap. XI.

QVONIAM plura in Capitulo Generali tractanda occurrunt, quæ si per omnes de Capitulo fierent, tædium plerumque expeditionis difficultas pareret. Idcircò, vt diffiniendorum facilior eliciatur conclusio: Ordinamus iuxtà tenorem Priuilegiorum nostrorum nouem Diffinitores eligi debere ex Prælatis qui sunt de Capitulo: quorum vnus eligatur Præsidens Capituli, iuxtà formam Breuis Apostolici Gregorii XIII.

2. Admonemus autem, vt vnusquisque Deum in hac electione ante oculos suæ mentis habeat: & quos iudicio suæ conscientiæ pro vniuersali Congregationis bono iudicauerint vtiliores, hos eligant.

3. Ordinamus etiam quemlibet absentem à Capitulo, neque per substitutum, neque per epistolas, neque per nuntium vocem in Capituli actibus habere posse.

4. Primò igitur secundum tenorem Breuis Apostolici Gregorii XIII. excipiantur omnes illi Prælati qui in duobus immediatè præcedentibus Capitulis Diffinitoribus fuerint, cũ per biennium vacaturi sint. Secundò excipiantur illi, qui proximo illo superiori anno Visitatores fuerint. Aduertatur præterea, vnum tantum & non plures in eodem Monasterio Professos, simul in eodem Capitulo Diffini-

tores

tores eligi posse. Ita quod nouem Diffini-
res, singuli professi, de singulis Monaste-
eligantur.

5. Modus autem prædictæ electionis facie-
dæ erit, qui in alio breui eiusdem Gregorii XIII.
dato die decimo Aprilis M.D.Lxxv. expre-
est.

6. Nomina videlicet omnium, qui in Diffi-
nitores eligi poterunt, in sacculum, aut vr-
iniiciantur :& deinde super eorum singu-
prout ex sacculo aut vrna educẽtur fiat Scru-
tinium suffragiis singulorum, quæ quidem
per fabas, aut balottas colore dissimiles, secre-
tè in pixidem iniectas, sunt ferenda. Facto
autem Scrutinio, illi intelligantur electi, qui
maiori suffragiorum numero supra dimidi-
iuuabuntur. Quod si in primo Scrutinio, non
reperientur nouem sortiti suffragia, supra di-
midiam partem : fiat secundum Scrutinium.
In quo si idem euenerit, fiat & tertium. Sive-
rò nec in eo fuerit nouenarius numerus com-
pletus : tunc consideratis à Scrutatoribus o-
mnibus Scrutiniis, illi intelligantur electi, qui
in aliquo eorum plura habuerint suffragia
etiam infra dimidiam. Rursus de ipsis nouem
sic electis, fiat Scrutinium pro eligendo Pre-
sidente Capituli. Et illi præsideat, in quem
plura suffragia, etiam infra dimidiam eom-
nerint. Quod si in electione tam Diffinitoru
quam Præsidentis, duo vel plures fuerint
numero suffragiorum pares, antiquiores Pro-
fessione præferãtur. Iuxtà præscriptam ig tu

formam fiant prædictæ electiones, & non aliter, nec alio modo. Electis verò, & renuntiatis Diffinitoribus, & Præsidēte Capituli, rursus nomina omnium Prælatorum non Diffinitorum, (iis exemptis, qui superiore capiculo, Diffinitores, & Conseruatores, & illo anno Visitatores fuerint,) in sacculum, seu vinam iniiciantur, pro eligend s Conseruatoribus, iuxtà præscriptum Apostolicum, eiusdem Gregorii XIII. & fiat Scrutinium, prout supradictum est, in electione Diffinitorum, & illi tres in quos plura suffragia cōuenerint, etiam infra dimidiam, intelligantur electi Conseruatores: & locum habebunt immediatè, post Diffinitores.

De Diffinitorum authoritate, ac potestate, & de literarum, & pecuniarum præsentatione.

Cap. XII.

PRONVNTIATA, itaque seu publicata per Superiorem ex Scrutatoribus, electione Patris Præsidentis, Diffinitorum, & conseruatorum, statim Pater Præsidens legat sequens Capitulum coram omnibus.

2. Quoniam ad Officium Diffinitorum pertinet cuncta in capitulo occurrentia, atque de Congregatione disponere: Ordinamus, quod Diffinitores tempore Capituli Generalis omnem repræsentent Congregationem, ipsisque electis intelligatur omnis à

Capi-

Capitulo tributa potestas. Idcirco omnia
fuerint per ipsos in Capitulo diffinita, n
Priuilegiorum nostrorum tenorem, inui
biliter obseruentur ab omnibus Prælat
Fratribus nostræ Congregationis, cuiusc
que gradus seu conditionis existant.

3. Præsidens, etiam Capituli durante of
suo, omnia signa præeminentiæ, tam g
ralia quam particularia faciat, & locum
periorem teneat. Cæterique Diffinitores
sente Præsidente, etiam omnia signa faci
vt supra, & loca superiora teneant, sibim
cem deferendo secundum Professiones e

4. Electis itaque Præsidente & Diffin
bus, Ordinamus quod subsequēter ipse
sidenti literæ omnes, bonum Congreg
vtile concernentes, quæ fuerint prælent
porrigant.

5. Omnes præterea, tam Prælati, quam
uentuales marsupia cum pecuniis ad M
steria tantum pertinentibus, quas ipsi
seu alii eorum nomine detulerint, nec
& literas cambii, si quas habent, sine
fraude, apud Depositarium Capituli n
nandum deponant. Ipse verò Depos
sigillo eas muniens in aliqua capsa, sub c
dia tradat. De quibus si aliter Præsiden
sponere voluerit, possit, seruata iustitia
quorum sunt. Pecunias tamen si quas p
se, aut alio quouis loco aliqui habuer
Monasteria non pertinētes, in signū hum
tatis & reuerētiæ Patri Præsidenti manifes

6. Demum ipsi Diffinitores, aliorum Fratrũ Orationibus se commendantes, eos in pace dimittant. Ante tamen quam recesserint, fiant per Patrem Pręsidentem infrascriptæ Admonitiones.

Admonitiones faciendæ per Patrem Præsidentem omnibus de Capitulo in principio Capituli Generalis.

1. VT Capitulũ citius possit expediri, Cõuẽtuales sumãt sua memorialia in brevi summa reducendo, maximè dicta multorum idem dicentium in vnum capitulum, allegando causas singulorum: vt supradictum est latius, in capitulo quinto: De his quę pertinent ad Officium Conuentualium.

2. Prælati & Conuentuales sint breues & expediti, nec eadem sæpius repetant: sed caueant superflua, & ad propositum non pertinentia.

3. Solliciti sint circa disciplinam & regularem obseruantiam, & præcipuè ad Diuina Officia die ac nocte: attento quod Fratres Monasterii sunt in variis exercitiis occupati.

4. Vadant etiam ad exercitia communia, maximè ad faciendum panem. Ad collationem serotinam, cito vadant, cum omni grauitate, & silentio. Ad Tonstrinam etiam accedant, & stent cum silentio: ne tonsores inde scandalizentur.

5. Vacent silentio, ex præcipue post Completorium, & tempore dormitionis meridianæ, maximè cum Fratribus Monasterii loquendo nugas omnibus horis, ne eos scandalizent.

6. Caueant omnino ne prædictos Fratres Monasterii subleuent per se vel per alios, quærant mutationem: nec eis aliquid promittant, vel donent, sicut sæpe factum est in damnum animarum, & contra Regulam, & Ordinationes nostras.

7. Obseruent etiam, ne quæ foris videntur vel audierint, vel quæcunque curiosa vel scandalosa Congregationis referant ipsis Fratribus, maximè iuuenibus: quia, vt dicit Sanctissimus Pater Benedictus, inde plurima animarum destructio prouenire solet.

8. Confiteantur inuicem omnes Prælati Conuentuales, qui ad Confessiones Fratrum audiendas in suis Monasteriis deputati erunt, & similiter cum deputatis Monasterii vbi Capitulum celebratur. Laudabilius tamen est quod quilibet cum Prælato suo confiteatur, & è conuerso. Alii verò Conuentuales cum prædictis etiam ipsi confiteri possint: sed si olim Prælato suo confiteantur magis laudamus. Reliqui verò Fratres qui non sunt de Capitulo, sed socii Prælatorum, cum eis Prælatis suis vel de eorum licentia & quibus illis commiserint confitebuntur.

9. Caueant, super omnia collocutiones, & detractiones de Patribus, & Fratribus, & quo-

cipuè de Prælatis olim suis: sed tantum dicāt quæ dicenda sunt Patribus Diffinitoribus & conclusiuè. Nemo cuique passiones suas demonstret, nisi prædictis Diffinitoribus: & hāc admonitionem obseruent diligenter, quia inde multa scandala oriri solent.

10. Nullus exeat Monasterium, etiam causa recreationis, vel pedester vel equester, sine licentia Patris Præsidentis tantum: & caueant ire ad hospitium nisi vrgēti causa, nec ibi comedant bibantque sine licentia.

11. Adhortentur qui fuerint Prælati Monachos, & Commissos, vt seruiant Missis, & adiuuent in exercitiis Fratres Monasterii. Admoneant, etiam Famulos suos, vt velint esse discreti & morigerati, & quieti, & caueant contentiones: quia inde sæpè scandala oriuntur. Cellerarii verò eis prouideant de necessariis.

12. Item moneant omnes, quod Sixtus quartus concessit gratiam Stationum omni die durante Capitulo, omnibus Fratribus nostrę Congregationis Visitantibus altaria, & facientibus prout in aliis diebus Stationum fieri consueuit.

13. Vltimo, vt rogent continuè & assiduè Deum pro Capitulo, vt Deus illuminet corda Patrum, iuxtà beneplacitum suum: & præcipuè Sacerdotes in Missis faciāt commemorationem de Spiritu Sancto, & in Conuentu fiat Oratio ordinaria tempore Capituli.

Quod nullus Diffinitorum procaciter defendat sententiam suam, aut reuelet secreta Capituli.

CAPVT XIII.

1 SANE, vt omnia cum Dei timore pr dant, & ad laudem ipsius cedant pa & honorem, strictius prohibemus, ne al Diffinitorum procaciter tueatur suum i cium, examinando occurrentes causas, a liter super his conferendo, prætendent b re suam intentionem: sed si quid fortè d voluerit, sua dictante conscientia, vt cl veritas elucescat, præuia Patris Præsiden centia, cum omni humilitate cōferat & destia. Et postquam suum emiserit votu liorum iudicio se submittat: qui si cont cerit, & correctus se non emendauerit ex latur extra Diffinitorium.

2. Nullus insuper tam ipsorum Diffini quam etiam aliorum, quacunque ex ca Diffinitoribus aduocatus, ea quæ tracta in Capitulo, siue quæ ibi audierit, reuelar deat, donec fuerit Capitulum absolutum etiam ad longum tempus si rei materia p sceri t: & hoc etiam intelligendum est de tis intra annum celebrandis.

3. Quod si à quoquam cōtrafactum fuer quod scandalum oriatur, aut verisimilit riri possit: quod arbitrio maioris partis D nitorum, si tempore Diffinitorii talis re

tio publicata fuerit, sin autem arbitrio Regiminis declaretur: siquidem Diffinitor primò sequenti anno quo fuerit habilis ad officium Diffinitorii, non possit eligi in Diffinitorem. Et præter hoc si durante Capitulo de tali reuelatione constiterit, expellatur de Diffinitorio: cum Diffinitorum tamen arbitrio, si maiori parti eorum videbitur, reuocandus. Si verò is qui reuelauerit Diffinitor non fuerit, comedat semel in terra in Refectorio tempore Capituli, die quo statuerint Diffinitores, pro qualitate trāsgressionis, arbitrio Patrum Diffinitorum, seu Regiminis, si intra annum de tali reuelatione constiterit, puniendus.

De Officio Conseruatorum.
Cap. XIV.

Conservatores hoc titulo præcipuè insigniti sunt, quod Regulam & Constitutiones Congregationis à negligentia & dissimulatione eorum vindicare debeant, quibus in maxima potestate constitutis illarū custodia & executio commissa est. Cum primum Magistratum inierint, diligenter perpēdant Diffinitorum Capituli, præcedentis, & Præsidis, ac Visitatorum anni mox præteriti acta omnia, id est Decreta pro singulis Monasteriis priuatim edita, Fratrum promotiones ad dignitates & officia, iniunctas pœnitentias, collatas absolutiones Prælatorum, ac Fratrum facultates, seu licentias cōcessas, & quæ-

cunque alia animaduerſione digna, tam
Diffinitores ac Dietas quam per Præſide
aut Viſitatores quomodocunque ordin
geſta, permiſſa. Quæ omnia ſcriptis ordin
geſta à Cancellario Regiminis accipient
diligenter examinabunt & conſiderabu
non quidem, vt tanquam Iudices appell
num omnia in dubium reuocent, cum ha
cauſa non ſint conſtituti: ſed tantum vt
liquid contra Regulam aut Congregati
Cõſtitutiones factum, ſtatutum, ordinat
conceſſum, aut permiſſum ſit, videant. Q
ſi inuenerint huiuſmodi tranſgreſſionis
thores, in iudicium vocent, vt facti ſui
nem reddant. Quam quidem ſi iuſtam
quiſſimam afferant, Conſeruatores iub
in acta referri: ſin minus, pro qualitate
pæ, expreſſa cauſa pœnam in reum decer
quoniam ſuccedentibus Diffinitoribus
Cõſeruatoribus par eſt, atque eadem in
cedentes Viſitatores & Diffinitores autho
tas, licet Diffinitores aliorum negocio
mole in comititis Capitularibus oppreſſ
valeant ſupradicta omnia cum Conſeru
ribus perſcrutari: ne aliquandò con
eãdem cauſam bis à duobus tribunalibu
dicari: Conſeruatores ſententias & anim
uerſiones à ſe decretas, antequam pro
gentur, cum Diffinitoribus conferant: m
municatum maturum conſilium facilius
inde explicari ac perfici poſſit, & per P
dem executioni demandari. Cancellarius

tem Patrum sibi pro Scriba deseruiet, aut eius coadiutor,

De Electione Scribæ, & Cancellarii Capituli Generalis, & de pertinentibus ad Officium eorum

Cap. XV.

1 POST electionem Diffinitorum & conseruatorum, eligatur vnus ex ipsis Diffinitoribus, qui sit Scriba Capituli, hoc modo videlicet. Vnusquisque Diffinitorum nominet, quem velit Presidenti Capituli. Qui Præsidens omnes nominatos redigat in scriptis, postea ballotentur, & remaneat qui habuerit plures voces. Et si plures inuenirentur pares in vocibus, iterum balottentur, donec vnus remaneat. Quo electo Præsidens Capituli propria manu in registro actorũ ipsius Capituli scribat, in hac forma de iis fidem faciẽs.

2. Anno Domini M.D. Indictione N. Die N. Mensis N. Sanctissimi Domini nostri Papæ pontificatus anno N. celebratum fuit Capitulum Generale Monachorum Congregationis Casinensis, aliàs S. Iustinæ. in Monasterio S. N. De N Diocesis N. in quo fuit electus in Scribam Capituli. D.N. De &c. ab infrascriptis Diffinitoribus, eiusdem Capituli. Ad cuius rei fidem, ego. D.N. Diffinitor & Præsidens præfati Capituli, hæc manu propria scripsi. Consequenter duo ex

antiquioribus Diffinitoribus se subscribe
Postea ipse Scriba (qui eo ipso authori
Apostolica, vt patet per indultum Pij sec
di Summi Pontificis concessum de A
Mcccc LXXI. quoad acta Capituli N
rius Publicus censetur) in registro scribat
mina Præsidentis, & aliorum Diffinitor
anni illius, & subsequenter oēs alios Offi
les, & quælibet acta Capituli scriptura dig
3. Ad Officium etiā Scribæ pertinet litt
omnes Capitulo præsentatas corā aliis D
nitoribus legere, & ea quæ alicuius pon
aut digna examine conspexerit in vno f
per ipsum scribam in modum memorialis
tari, per diffinitores postea examinanda,
eius etiam officium pertinet publicare V
rium Monasterij, Auditores causarum, C
cellarium, Depositarium, Lectores Patr
Hostiarios, & alios Officiales à Patribus D
nitoribus constitutos: cedulamque dictor
Officialium Vicario relinquere.
4. Sit etiam sollicitus Scriba, terminat
Diffinitores anno præterito, quæ reuo
non fuerint in registro describere, & qu
nouo statuentur diligenter adnotare. S
etiam faciat literas gratiosas, pro Benefa
ribus Congregationis, cum appositione
gilli pendentis, quas ipse subscribat. Li
tias quoque vendendi, seu quouis titulo a
nandi per Diffinitores concessas, nisi p
extendantur in membrana in forma deb
non subscribat.

5 C

5. Concessæ verò licentiæ alienandi, vt de præmissis apud omnes debitam fidem sortiantur: Statuimus quod in futurum, vt cuicunque huiusmodi patentes literas concedi contigerit, in pergameno scribantur, & rotundo sigillo in capsa lignea impresso impendenti muniantur. Quod sigillum remaneat in loco Capituli, vt supra dicta commodius valeant expediri, volumus vt finito Capitulo tribus diebus, & vltra si opus fuerit remaneat in monasterio, vbi Capitulum fuerit celebratum.

6. Verum quoniam propter ampliationem Congregationis, multæ occupationes & causæ in dies emergunt, ita quod cum difficultate Scriba omnibus satisfacere potest: Idcircò per Patres Diffinitores de cætero Frater idoneus, fidus, integerrimus & peritus qui non sit de Capitulo eligatur: qui Cancellarius Patrum vocetur, & registrandi litteras, instrumenta & alias scripturas ad Regimen attinentes, nec non litteras scribendi & respondendi, quibus opus fuerit pro dispositione Patris Præsidentis & Diffinitorum curam habeat. Qui etiam cum cæteris Officialibus publicetur.

7. Præfatus autem Cancellarius apud præsidentem Regiminis semper maneat, vt in rebus ad Congregationem pertinentibus illum opera sua iuuet: cum absurdum valde sit quod negotia tanti ponderis fidei cuiuscunque, sine aliquo delectu committantur. In eo

autem Officio multos annos arbitrio Re-
minis perseueret, vt nõ solum Præsidi, sed et
iam Diffinitoribus rerum Congregationis
actorum Capituli, Visitationum, & Con-
tutionum, & aliarum scripturarum ad Re-
men pertinentium requisitus notitiam su
ministrare valeat. Ea enim omnia ita calle
debebit, & præ manibus habere: vt quotie
cunque opus fuerit, è vestigio proferre po
sit. Ei autem coadiutor à Diffinitoribus ipsi
tempore Capituli deputetur: ne multitudine
negotiorum obruatur.

8. Præsidens autem, in omnibus negotiis
officium suum, & Congregationis Regimi
pertinentibus, Cancellario tantum vtatur
ne res tanti ponderis fidei cuiuscunque com
mittat.

9. In negotiis verò Capitularibus expedien
dis, vt breuitati simul atque ordini & perspi
cuitati consulatur: curabit Cancellarius, vt
omnia petitionum Abbatum, & Conuentu
alium folia, eiusdem, parisque magnitudinis
sint, & latis amplisq; margin bus, in quibus
Diffinitores annotare possint, quid super sin
gulis deliberauerint: vt deinde valeant De
creta concipi iuxtà Diffinitorum sententiam
ab eisdem Diffinitoribus consideranda, & ap
probanda. Eiusdem autem folia manu pro
pria Abbatum & Conuentualium subscripta
in acta Capituli referantur conseruanda: vt
expressè appareat de quibus fuerint Diffini
tores admoniti, ne tum Diffinitores ipsi tum

Abbates aut Conuentuales se excusare valeant. Isti si non retulerint, illi si oportuna remedia non curauerint adhibere.

De Vicario Monasterij.

CAP. XVI.

1 NE pluribus Fratrũ siue Monasterij curis distrahi Diffinitoribus seu inquietari contingat: Ordinamus quod ipsi Diffinitores eligant per balottas Vicarium Monasterij, & quantum fieri potest eligant eum, qui ante fuerat Prælatus eiusdem Monasterij, seu vnum ex Decanis: qui Fratrum, ac Monasterii melius conditionem nouerit, seu aliquem alium de Capitulo, prout ipsis Diffinitoribus videbitur: qui curam habeat Regiminis Monasterii, ac Fratrum, tam ibidem Conuentualium, quam aliorum ad Capitulum venientium.

2. Quoniam autem multos infirmos, senes, & omnino debiles ad Capitulum accedere contingit: Declaramus solis talibus, secundum Regulam, esum carnium esse concedendum: à quibus omnes alii abstineãt. Nec vlli liceat alios inuitare, aut commensales habere auctoritate propria: sed infirmi aut singuli comedant, aut in Refectorio infirmorũ simul cum disciplina: præterquam si essent aliqui Prælati senes aut debiles, qui in cubiculis suis refici poterunt. Cæteri omnes ad

vitam

vitam communem in refectorio accedant: omnino tollatur abusus, si quis in contrarium inoleuit.

3. Capituli Vicarius, seu Rector teneat primũ locũ post Conseruatores: quibus absentibus omnia signa faciat, & particulares licentias præstet: excepto quod licentiam eundi extra Monasterium, causa recreationis, dare non possit: quæ soli Præsidenti seruatur.

De Auditoribus causarum, pro rebus temporalibus.

CAP. XVII.

1 VT Patres Diffinitores (quibus præcipuè incumbit circa Monasteriorum & Congregationis reformationem & directionem intendere) curis temporalium, & causarum tumultibus non distrahantur, onera partita facilius portentur: Ordinamus quod per balottas à Diffinitoribus, quatuor eligantur ex Prælatis de Capitulo, qui non sint Diffinitores, docti, discreti, & idonei, ad administrandam iustitiam super causis & differentiis, quæ solummodo pro rebus temporalibus emerserint, inter Congregationem, & eiusdem monachos, seu Monasteria, nec nõ inter quascunque personas etiam laicas cum Monasteriis nostris, aut Congregatione nostra, sine Auditores ipsos recursum habuerint. Eligatur & vnus Scriba ex Conuentualibus, qui

pro quinto sit, quoties prædicti non conuenirent. Cui scribæ per Diffinitores dentur coadiutores duo tam pro registro Conuentuum, quam pro licentiis alienationum in publicam formam & pergameno transcribendis.

Quæ licentiæ omnes per ipsos transcribantur, alias per Scribam Diffinitorum non subscribantur. Et in fine omnium dictarum licentiarum ponatur: Præsentibus litteris tãtum per quinquennium valituris. Hiq; quatuor Auditores causarum rerum & iurisdictionum temporalium Monasteriorum, & Congregationis vocentur.

2. Ad quorum officium & examen, omnia negotia temporalia, lites, & cõtrouersiæ Monasteriorum, & Congregationis deferantur. Qui sic electi, ipso facto habeant omnem potestatem cognoscendi & terminandi causas præfatorum summariè sine subtilitate Iuris sola facti veritate inspecta, terminatáque executioni mandare. Et quod ex inopia debitorum ipsi Auditores exequi nequiuerint, Regimen aut Visitatores ad quos illius Prouinciæ visitatio spectat, cum requisiti fuerint, exequi teneantur: quorum sententiis, & terminationibus, volumus omnes de Congregatione, siue Diffinitor Capituli, siue Præsidẽs, aut Visitator fuerit, firmiter obedire.

3. Examinent etiam & apud se maturè tractent, quibus est licentia quouis titulo alienandi bona stabilia Monasteriorum concedenda:

denda:& huiusmodi licentias de eorum con-
silio, vel concedant Diffinitores, vel negent.
Quod si qui petere voluerint confirmatio-
nem aliquorum contractuum à Capitulo Ge-
nerali, deferant ad idem Capitulum copiam
authenticam instrumentorum superinde fa-
ctorum: aliter non audiantur.

4. Insuper computa Monasteriorum, & Con-
gregationis, Præsidentis, ac Visitatorum, &
Procuratoris diligenter examinent, & discu-
tiant illaque prout iustitia suadebit in toto
vel in parte approbent aut reprobent. Ap-
probata verò in libris computorum Con-
gregationis per Depositarium adnotari fa-
ciant.

5. Redditus quoque singulorum Monaste-
riorum, tam fructuum cuiuscunque generis
quam pecuniarum, rationesque dati & acce-
pti creditæque & debitæ pecuniæ à Prælato
Cellerario & Senioribus subscriptas exactissi-
mè videant, & examinent. Et vbi opus fuerit,
æris alieni causas inquirant: & rationem in-
ant, quomodo dissolui possit: eaque omnia
pertractent, quæ pro cuiusque Monasterij vtilitate sibi videbuntur expedire verboque
& scripto omnia referant Diffinitoribus, vt
possint oportunè prouidere.

Quod si in rationibus huiusmodi aliquam
inuenerint fraudem, contra trāsgressores se-
uerissimè procedatur, etiā vsq; ad priuationem.

6. Matriculam etiam conficiant, in qua no-
mina Fratrum qui illo anno Professionem

emiſe-

emiserant scribant. Notent etiam sigillatim prædicti Auditores nomina & loca defunctorum Fratrum, eiectorum, aut fugitiuorum, vel aliter diminutorum: vt per Scribam quoque sigillatim in Capitulo pronuntiari valeant. Benefactorum quoque mortuorum, quibus litteræ gratiosæ concessæ sunt numerum registrent & scribant. Registrum quoque Conuentuum singulorum Monasteriorum secundum gradum ac officium cuiuslibet, apponendo etiam annum, diem ac locum quo & vbi quilibet Professionem emiserit: & in dicto quinterno Conuentus ipsos eo ordine digerant, quo examinandorum Monasteriorum cedula, per Diffinitores publicanda digeretur. Propter quæ seruanda mandamus omnibus & singulis Conuentibus & Monachis nostræ Congregationis: vt de cætero litteras & cedulas talia continentes, ad huiusmodi Auditores separatim ab aliis rebus, de quibus scribere Diffinitoribus voluerint, transmittant.

7. Vnde, vt ordinatius cuncta tractentur citiusque expediantur, post eorum publicationem aduocent sigillatim in locum audientiæ ipsorum Conuentuales Monasteriorum: ac de omnibus, & singulis ad officium suũ pertinentibus (prout expediens iudicauerint) interrogent: & super his disponant sicut congruens fuerit. Demum causarum controuersiis auditis, terminent & iudicent, iustitia præuia, sicut dignum fuerit.

8 Quod

8. Quod si vnus, vel duo ipsorum Audi-
rum causas aliquas ad se spectantes ante
ctorum Auditorum tribunal habuerint: ip
quorũ intererit exclusis, reliqui Auditores
nà cum eorum Scriba eas audiant & diffini
9. Cæterum caueant diligenter dicti Au
tores, ne quicquam (quod absit) ex com
placentia aut displicentia, quouis modo in
stè facere, vel determinare præsumant.
10. Ab eorum tamen sententiis liceat agg
uato ad Diffinitores appellare : qua appe
tione interposita, de causa ipsa se amplius
intromittant. Qui quidem Diffinitores
facilè sententias reuocent, nisi cognita ca
& intellectis Auditoribus.
11. Veruntamen, ne lites immortales fiant
ad longum nimis protrahantur : Ordina
quod ipsa appellatio vsque ad Capitulũ p
ximè futurum pẽdere habeat inclusiuè. Q
tempore si appellantes ipsi prosequi neg
xerint, sententia ipsa transeat in rem iudi
tam : ita quod nisi condemnati in tempo
sibi assignato satisfecerint, in sequenti p
ximè Capitulo voce careant actiua & pa
dummodo tempore debito sententia ipsa
timata fuerit. Qui terminus cum esset ha
nus in Festo Sancti Martini, prorogatur a
dò vsque ad Capitulum proximè futur
propter faciliorem soluendi facultatem.
tamen, vt ante electionem Diffinitorum
tisfaciant creditori. Quod si non fecerint
futura tunc proximè electione Diffinitor

careant voce actiua & passiua, & insuper ieiunent in pane & aqua qualibet hebdomada, donec satisfecerint.

12. Quòd si adhuc animo perstiterint indurato, quia sunt in mora, & contra contumaces, omnia iura clamant: post duorum à finito Capitulo mensium lapsum, incidāt in easdem ipsas pœnas, & vltra hoc teneantur ad pœnam dupli applicandam Congregationi, & per Depositarium exigendam, omni excusatione remota.

13. Sententias autem Præfatorum Auditorum, ac eorum acta in scriptis redacta, finito eorum officio volumus Regimini consignari, cum aliis scriptis seruanda.

14. Et ne ipsorum Patrum Auditorum (qui honorabile membrum Diffinitorii esse censentur) vilescat authoritas: pro grauitate illius tribunalis, locum eis Superiorem post Vicarium assignamus in toto Capitulo: ita vt in absentia Vicarii generalia, in absentia verò omnium Superiorum Monasterii, vbi Capitulum celebratur, etiā particularia, iuxtà ordinem professionis sibi inuicem deferentes signa faciant. Officium verò eorum vsque ad absolutionem Capituli durat.

De Depositario Capituli.

Cap. XVIII.

1 QVIA crescente in dies Congregatio negotia quoque crescere in dies nifestum est: adeò quod, nec Diffinitores causarũ Auditores, facilè omnia expedire sunt: Itaque vt eò facilius onera Cap portentur, quo in plures distributa fuer eligatur amodò vnus Frater fidus & omni pitione carens, atque in computorum peritus, qui sit tempore Capituli Con gationis Depositarius. Qui quidem sicut finitoribus eligatur. Quilibet Diffinito aurem Præsidentis vnum nominet, de nominati omnes balottentur: & plures habuerit voces, Depositarius Si verò plures in voce pares fuerint; Superior est Professione præferatur. Depositario quilibet prelatus consig marsupia sua: & ipse Depositarius acc de marsupio cuiuslibet Monasterij tax ac etiam ratam Annatæ annuatim cuil Monasterio contingentem: & omnia libro computorum annotet, ac etiam supe bellis cuiuslibet Monasterij, à Prelato fin lis annis deferendis, quæ scribenda scribat: videlicet debita, & credita illius nasterij cum Congregatione, videlicet natarum, & taxarum supradictarũ: & si q

præter eas tempore Capituli, aut intra annum, imponi contigerit, & similiter debita, & credita Præsidentis, Visitatorum, Procuratoris Congregationis, & aliorum ex Patribus, & Fratribus: qui nomine Congregationis aliquid receperint, vel exposuerint, prout prædicta per Auditores causarum diligenter examinata, & approbata fuerint. Residuum verò pecuniarum, quod in præfatis marsupiis fuerit, finito ac publicato Capitulo de Patris Præsidentis licentia, cuiuslibet Monasterij Prelato vnà cum suo marsupio restituatur.

De Monasteriorum examinatione.

Cap. XIX.

1 Feria secunda tempestiuè dicatur, sine cantu Missa de Domina: cui omnes interfint Diffinitores, nisi aliqui celebrare voluerint. Si solenne Festum occurrerit, ea die dicatur Missa de Festo, & fiat commemoratio de Domina.

2. Completa Missa pulsetur pro Capitulo, coadunatisque Diffinitoribus genibus flexis aliquantisper orent, factoque signo à Præsidente sedeant omnes: quem etiam modum teneant, quoties ad Capitulum celebrandum ingrediuntur.

3. Fiant igitur primò per Scribã Capituli duę cedulæ, in quibus pro dispositione Patris

Præsidentis ponãtur omnia Monasteria C gregationis, quo ordine examinanda fuer quarum altera publicè appendatur, vt sc Conuentuales omnes quo ordine & quan sunt examinandi, & se præparent: alter rò remaneat pænes Præsidentem, vt sciat ordine Conuentuales vocare* debeat.

** alias in loco.*

4. Postea verò aduocentur Auditores c sarum, cum eorum Scriba: qui omnes moneantur à Patre Præsidente, vt Offi sibi commissum strenuè & integrè exercea iustitiamque omnibus cũ Dei timore adm nistrent, & quæ eis incumbunt quam cit exequantur & terminent: & vt Capitul de Auditoribus causarum legant, & dilig ter examinent hortetur. Et primo regist Conuentuum expediatur. Consequenter ter Præsidens distribuat vnicuique Diffin rum Officia: adnotationes videlicet mun dorum Fratrum: ordinãdorum Balneorum litterarum gratiosarum, extraordinario & aliorum huiusmodi, prout ipsi Patri Pr denti videbitur.

5 Post hæc autem procedant ad mona riorum examinationem: imprimis statuen quod si is qui fuerit Prælatus Monasterij quo facienda est examinatio sit Diffinit exeat de Capitulo.

9 Quæ quidem examinatio super vno f separato scribenda erit: & ita à Scriba cust dienda, quod ad dicti Diffinitoris notitia peruenire non possit.

7. Similiter si quis Diffinitorum habeat Prælatum sibi consanguinitate vsque ad secundum gradum inclusiuè coniunctum, quando de ipso Prælato fit examinatio, Diffinitor ille tunc exeat, nec præsens sit in illa examinatione.

8. Quæ quidem examinatio super vno folio scribenda & custodienda erit, vt supra: & aduocato illius Monasterij Conuentuali, præsentet litteras concernentes negocia ipsius Monasterii, si quas habet. Deinde si quid dicere voluerit, paucis & honestis verbis & ad rem pertinentibus referat: dimissoque memoriali eorum quæ retulit apud Diffinitores (prout supra notatum est in Capitulo quartodecimo De electione Scribæ) exeat. Quo dimisso, legantur litteræ omnes seriatim & ex integro, omnibus Diffinitoribus audiẽtibus, & ambasciatæ per eum in scriptis præsentatæ: & notentur quæ prouisione seu reprehensione digna fuerint.

9. Consequenter habeatur plena & diligens informatio à Visitatoribus, qui anno proximè præterito Monasterium de quo agitur visitauerint. Postremo aduocetur præfati Monasterii olim Prælatus: qui (prout de Conuentuali dictum est) super negociis sui Monasterii examinetur, quiq; omnibus, q̃ dicere voluerit in cedulam redactis vt supra, eam manu sua subscriptam relinquat.

10. Habita tandem de omnibus informatio-

ne, notentur in vno folio si qua reprehen-
ne digna fuerint: & accersito eo qui re-
prehendẽdus, Præsidens Capituli nemini
cialiter nominando aut dicendo vnde in-
mationem habuerit, moneat ipsum hoc
do.

11. Ad nos peruenit, vel nos audiuimus
sic. Et præcipuè interrogetur Prælatus de
&è & seriatim de sibi oppositis importan-
ne inaudita parte contra eum procedatur
nus iustè. Similiter cum quocunque al-
præsens fuerit procedatur: & tandem a-
ta eius responsione, eum prout viderit
dire absoluat, vel moneat, corripiat, &
at. Quam correctionem vel admoniti
volumus recipi cum omni reuerentia
uotione.

12. Si verò per Conuentualem aut aliq
ex Fratribus relata fuerint aliqua, de q
haberi certa informatio nequit: dentur
frascriptis Visitatoribus anni sequentis
Monasterii, vt examinent & procedant,
ut in Capitulo de Visitatoribus ordinabi

13. Examinatis igitur, supradicto ordine
nasteriis omnibus, consequenter pro
tur, ad examinationem Visitatorum Me
lium. Qui Visitatores interrogentur à D
nitoribus sigillatim de vnoquoque Mo
sterio: si qua digna nota, correctione, a
uisione inuenerint: quæ omnia per Scri
adnotentur, sicut supradictum est de
Monasteriis. Et similiter proferantur lit

si quæ sunt, ad Diffinitores à Monialibus missæ, aut aliter dicta Monasteria Monialiũ concernentes. Hoc etiam prouiso, quod si Prælatum qui curam habet dicti Monasterii, aut eius Consanguineum vsque ad secundũ gradum contingeret esse Diffinitorem, eo casu exeat Diffinitorium, prout etiam fit in examinatione Monasteriorum suorum. Deinde vocetur Prælatus, & cætera vt supra.

De modo, quo Diffinitores expediant terminanda. CAP. XX.

1 EXPEDITA itaque Monasteriorum examinatione, Præsidens Capituli, quem volumus esse promotorem omnium causarum: ita tamen quod ipse tam Capituli, quã etiam Regiminis Præsidens teneatur quæcũque præponere, super quibus ab aliquo Diffinitorum fuerit requisitus: omnia quæ notata sunt, per Scribam in medium diffinienda seriatim & successiuè producat.

2. Et incipiens à nouissimis vsque ad primos sciscitetur vota vniuscuiusque, vltimo ipse dicturus. Et vno loquente cæteri taceant. Si quem verò deprehenderit in dicendo prolixiorem, extra materiam vagari: moneat eum, vt exponat votum suum paucis verbis, & ad rem pertinentibus.

3. Omnibus verò auditis, illa opinio in qua duæ partes conuenerint Diffinitorum cen-

ſeatur ab omnibus diffinita. Scribantur a-
tem terminata à Diffinitoribus in marg-
foliorum petitionum, Abbatũ, ſiue Cõ-
tualium per Scribam, è regione petition-
per capita ſummariè, prout ſupra adno-
eſt, capitulo decimoquinto, de electi-
Scribæ.

4 Poſt hæc verò Diffinitores legi faciant
dinationes præteriti Capituli, & ſimil-
quæ fuerint ordinata, Per patrem Præſid-
tem, Regimen aut Viſitatores intra anni-
& iudicio duarum partium, vel appro-
tur vel reuocentur.

5 Quæ autem de nouo, tunc ordinata
rint ſeu terminata, ſeruentur quidem, ſed
regiſtrentur, aut redigantur in Ordinatio-
bus, niſi per annum pract cata fuerint, &
ſequens Capitulum confirmata.

6 Nouæ autem Ordinationes non facil-
modò fiant, niſi cum grauitate maxima
maturitate, & non niſi ex vrgentiſſima ca-
ſa. Propterea ordinamus quod ſi quæ am-
dò Ordinationes faciendæ ſunt, poſtqu-
fuerint à Patribus Diffinitoribus formata
per ſuffragia approbatæ exhibeantur: &
linquantur per aliquod tempus Prælatis o-
nibus conſiderandæ. Quibus poſtea com-
catis, legantur ſigillatim per Scribam, aut
Diffinitores mandauerint: & quæ à duab-
partibus dictorum Prælatorum pari voto
probatæ fuerint, Patres Diffinitores per Sc-
bam faciant publicari, ſequenti anno p-

practicandas, & futuro proximo Capitulo modo quo supra, & duabus Prælatorum partibus approbandas, & confirmandas: quę deinceps nõ valeant nisi eodem modo quo cõfirmatæ fuerint reuocari.

7 Terminata verò per anteriora Capitula nolumus qualibet facilitate reuocari; sed si quæ in dubium adduci contigerit, per subsequens Capitulum minimè reuocata, nullatenus proponantur examinanda, nisi de consensu duarum partium Diffinitorum: quæ tamen, ex toto vel in parte reuocari non poterunt, nisi ex nouem Diffinitoribus ad minus octo consenserint. Et quotiescunque aliquid antea, per patrum Decreta ordinatum alterari quacunque de causa contigerit, in Decreto posteriori fiat mentio Decreti prioris. Alioquin Decretum posterius nullum sit, & Decretum prius in suo robore permaneat.

De Calculo expensarum. CAP. XXI.

POST examinationem Monasteriorum, ante tamen nouorũ Officialium, & Prælatorum electionẽ, Ordinamus quod Diffinitores videant computa Congregationis per Auditores causarum approbata, & per Depositarium adnotata. Ac calculum expensarum anno proximo præterito nomine Cõgregationis factarum, tam per Præsidentem, & Visitatores, quam etiam alios nomine Congregationis, quacunque ex causa, nec

non debitorum & creditorum. Quo
sint solliciti, huiusmodi credita exigere, &
bita soluere.

2. Videant præterea expensas quæ anno
turo fieri continget, habita consideration
id quòd defuit vel superfuit de anno præ
to, & earum quantitatem in vno folio no
Vltimo videant, si qua sit subuentio facien
aliquibus Monasteriis: & prouideant
solui debeat dicta subuẽtio, & quanta &
bus Monasteriis.

3. Pro subuentionibus autem Monaste
rum, & pro exoluendo ære alieno Congre
tionis, assignamus Monasteria, S. Pauli de
be, S Laurentii Auersæ, S. Nicolai in Lin
& S. Pauli de Argon: quorum Monaste
rum Prælati & Cellerarii teneantur sing
annis soluere eam pecuniarum quantitat
quæ per Diffinitores fuerit vnicuique im
rata. Similiter, & Monasteria Siciliæ sib
scriptam ratam quotannis cum effectu e
uant Patribus Depositariis ad hoc deputa
sub pœna suspensionis Prælatis, & aliis O
cialibus, quorum culpa non fuerint præ
ptæ pecuniæ exsolutæ.

4. De quinquennio autem, in quinque
um renouetur taxa Monasteriorum.

5. Et ne Patres Monasteriorum in subu
endo alterutrum pro necessitatibus eme
tibus remissiores fiant: declarando consti
mus, quod si pro acceptione alicuius Mo
sterii, vel aliis causis contingat aliquas exp

sas pro Congregatione fieri, satisfiat sumptibus Congregationis: quæ postmodum à Monasterio pro quo factæ sunt, per Visitatores vel alios ad id deputatos exigantur.

6. Non omittant præterea prouidere, vt soluatur census annuus vnciæ vnius auri: quem Congregatio tenetur annuatim soluere in Festo Apostolorum Petri & Pauli Cameræ Apostolicæ, in signum perpetuæ libertatis.

7. Omnibus itaque maturè, ac diligenter consideratis, si pecuniæ desunt, imponantur cuilibet Monasterio taxæ plures vel pauciores: prout necessitas exegerit, cum præfixione termini ad soluendum, ac quibus, & vbi solui debebunt.

8. In solutione autem pecuniarum, quæ per singulos annos à Monasteriis nostris Romæ facienda est, singula Monasteria integrā summam quam debent, impensa sua propria Procuratori vel agentibus pro Congregatione in Vrbe Roma repræsentent: aut Quæstores Congregationis Venetiis, & alibi omne dispendium singulis Monasteriis expensum ferant, quod ipsorum Monasteriorum causa à Congregatione in communi sustinebatur tam cambiorum causa, quàm aureorum numum ponderis defectu.

De Præsidentis Regiminis Electione.

CAP. XXII.

1 DIE primo post omnium prædictorum expeditionem, etiam si superius ordinata ex integro expedita non fuerint, vt electio Præsidentis Regiminis celebrari possit, cantetur solenniter per Præsidentem Missa de Sanctissimo Patre nostro Benedicto. Quo finita congregatis Diffinitoribus, Præsidens Capituli exhortetur eos pro nouo Præsidente Regiminis eligendo, eum admonens eligendum, quem pro Congregatione magis idoneum, vtiliorem que probauerint.

2. Propter frequentes autem necessitates continua negotia in Romana curia, atque quia tota Congregatio vnum corpus esse censetur, præcedentium Patrum vestigiis inhærentes: Statuimus, vt saltem, quolibet quarto anno Præsidēs Regiminis vltra Alpes deputetur.

3. Modus autem electionis erit iste. Quilibet Diffinitor describat per se in cedula, primò nomen suum, deinde nomen illius quem eligere in Præsidentem intendit, hoc modo. Ego D.N. eligo in Præsidentem D. N. & scriptum ponat in vase ad hoc præparato. Hoc facto Diffinitores vocent Scrutatores, qui scrutentur simul secretè voces datas. In quem verò quinque voces conuenisse viderint, eum Præsidentem pronuncient. Quod si non con-

uene-

uenerint, omnes nominati in Præsidentem à Diffinitoribus balotentur. Balottas verò dicti Scrutatores videant & eas notent. In quem verò plures balottæ conuenerint, dummodo non sint infra quinque, ille sit Præsidens. Si verò aliqui fuerint pares in quinque vocibus, vel supra, isti iterum balottentur vsque tertio inter Diffinitores: & qui plures habuerit balottas, ipse erit Præsidens. Et si iterum fuerint pares, pronuntietur qui est antiquior in Congregatione.

4. At si ex nominatis in Præsidentem, nemo quinque voces habuerit, balottentur semel secundò & tertiò, & non amplius. Qui si nec tunc conuenerint, aduocentur quatuor auditores causarum: & eis adiunctis nominati per Diffinitores in Præsidẽtẽ, inter eos omnes balottentur, & in quem sex ad minus voces conuenerint Præsidentem pronuntient. Si verò aliqui fuerint pares in sex vocibus vel suprà, isti iterum balottentur, vsque tertiò: & qui plures habuerit voces, ipse erit Præsidẽs. Et si iterum fuerint pares, pronuntietur qui est prior in Congregatione. Electum verò in Præsidentem, huiusmodi onus omnino volumus acceptare. Consequenter vocentur omnes Fratres de Capitulo, & qui in eodem resident Monasterio, & coram eis electus Præsidens pronuncietur per antiquiorẽ ex Diffinitoribus, vt infra. Qui continuò postulet, attento onere sibi imposito, pro se orari ab omnibus: & omnes successiuè Fratres habẽtes

vocem

vocem in Capitulo ad pacis osculũ recipi-
5. Deinde is qui fuerit Præsidens Capitu-
vel antiquior Diffinitorum, si is factus es-
Præsidens Regiminis, incipiat: Te Deum
laudamus. Et cantando omnes processioni-
ter ad Ecclesiam accedant, Præsidente Re-
minis ibi existente.

6. Cum verò peruentũ fuerit ad Chorũ, Pre-
sidens Congregationis cũ illo qui fuerit Pre-
sidens Capituli, vel cum antiquiore Diffinito-
rum, si, vt supra, factus esset Præsidens Re-
minis, & alio ex antiquioribus Diffinitorib-
ante altare se prosternant, & finito, Te Deum
laudamus, is qui fuit Presidens Capituli, v-
antiquior dicat. Vers. Saluum fac seruum t-
um. Respons. Deus meus sperantem in e-
Vers. Mitte ei Domine auxilium de san-
Respons. Et de Sion tuere eum. Vers. Do-
minus vobiscum. Respons. Et cum spiritu
tuo. Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, qui fa-
mirabilia magna solus, prætende super hu-
famulum tuum Præsidentem nostrum, & fi-
per congregationem illi commissam, spiri-
gratiæ salutaris: & vt in veritate tibi comp-
ceat, perpetuum ei rorem tuæ benedictio-
infunde.

Porrige Domine huic famulo tuo Præ-
denti nostro dexteram tuam, per intercessio-
nem beatæ & gloriosæ semperque Virgi-
Dei genitricis Mariæ: & auxilium ei super-
virtutis impende.

Interces-

Intercessio nos quæsumus Domine Beatissimi Patris nostri Benedicti Abbatis cõmendet: vt quod nostris meritis non valemus, eius patrocinio assequamur. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Si verò contingeret electum abesse, eius locum & vicem teneat antiquior Diffinitorum, & omisso osculo pacis cantetur: Te Deum laudamus, cum Versibus & Orationibus, vt supra.

De Prælatorum Electione.

Cap. XXIII.

1 QVIA experientia magistra didicimus Prelatorum crebram mutationẽ Monasteriis in spiritualibus & temporalibus esse damnosam: idcircò monemus vt in electione Prelatorum huiusmodi crebra mutatio vitetur: & quantum fieri potest non mutentur Prælati nisi elapso quinquennio, præterquã ob aliquam rationabilem & legitimam causam, scripto in mutatione exprimendam. Ipsius autem electionis modus erit iste.

2. Primò Diffinitores ineant inter se tractatum de Patribus, qui sunt mutandi, vel si qui sunt deponendi, aut de nouo instituendi. Et nullus possit vel deponi vel de nouo institui in Prælatum, nisi præmisso inter Diffinitores tractatu & Scrutinio de huiusmodi depositione vel institutione, & qui anno præterito

terito fuit Prælatus, nisi ex nouem Diffini-
ribus septem consentiant, non poterit e-
cludi. Similiter qui in prælatum de nouo
instituendus nisi ex nouem septem conse-
rint inter Prælatos computari non pote
nec possint aliter aut alij poni in cedu
aut amoueri de cedula Prælatorum: nec
electionem Prælatorum, procedi possit
præmissis prædictis.

3 Demum quilibet Diffinitorum scribat
preparata cedula nomina Prælatorũ, qu
nominare voluerit, vnicuique Monaste
Prælatum vnum prout conscientiæ suæ vi
bitur assignando. (Ita tamen quod nu
Prælatus amoueatur, de quo prius Diffini
res inter se non tractauerint de huiusm
amouendo: & hoc inuiolabiliter obserua
tur) prefaramque cedulã in vase ad hoc pr
parato reponat.

4 At postmodum vocentur Scrutatores
præfatas cedulas diligenter & fideliter scru
tentur, & nominatos in dictis cedulis Prælat
tos fideliter in vna ampla cedula redigan
vnicuique Monasterio attribuendo nomin
tos in eodem Monasterio, etiam si plures
vno Monasterio fuerint nominati: & ipsa
cedulam præfatis Diffinitoribus repræsentet
In qua si reperietur aliter quam supradictum
est de aliquo Prælato dispositum fuisse, Pa
Præsidẽs omnino prohibeat talem Prælatum
suffragiis subdi: imò absque alia discussione
eundem in monasterio in quo prius erat de

describi & nominari faciat. Cedulas verò quas præfati Scrutatores scrutati fuerint comburant: & omnia secreta teneant, ne scandalum aliquod possit oriri. Qui si contrafecerint puniantur, prout supra de ipsis reuelantibus dictum est. Quo facto singuli balottentur: & in quem plures balottæ conuenisint, ille pferatur Monasterio illi de quo agitur.

5. Hoc sanè volentes, quod si quis eorum pro quo ballottæ dātur fuerit de Diffinitoribus, vt liberius de eo disponatur, exeat foras Capitulum donec fuerit balottatus.

6. Quod si contingeret eundem Patrem in duobus vel pluribus Monasteriis nominatū aliis Patribus in balottis anteferri, balottetur iterum: & pro quo Monasterio plures repertæ fuerint voces, illi præficiatur.

7. Hoc sanè attendentes, quod si quis Prælatorum in aliquo Monasterio per quinquennium steterit, in illo iterum non instituatur: nisi ex euidēti causa vtilitatis illius Monasterii fuerit per Diffinitores, ex quibus ad minus octo consentiant, etiam per annum secum dispensatum: Ita tamen quod si intra annum in aliquo Monasterio Prælatum deputari cōtigerit, si quidem ante Aduentum domini id fuerit, pro integro anno illi computetur: si autem post prædictum tempus, non habeat illi præiudicare, quin ibi possit integro sequenti quinquennio confirmari.

8. Idem etiam intelligimus de Fratribus Cōgregationis deputatis ad regimen membro-

rum Monasteriis subditorum: apud quos v
lumus continuare, regimen huiusmodi m
brorum, etiam si ad talia membra accesse
Decani, aut alii maiores Professione: quod
mnino, inuiolabiliter obseruari volumus.
9. Aduertant autem ipsi Patres Diffinitores
aut etiam qui pro Dietis celebrandis infra
num congregabuntur, ne in promotioni
ad Dignitates, Prælaturas, Officiaue cuius
generis in Congregatione faciendis, vl
omnino promoueant ad fauorem cuiusc
que Principis aut Prælati, extra Congrega
nem. Hoc enim prohibetur per duo Di
mata Pij V. quorum alterum septimo A
lis, alterum vigesimo octauo eiusdem m
& anni M.D.LXXI. datum fuit. Districtiu
tem per Diploma Gregorii XIII. die se
mo Aprilis, M.D.LXXIIII. quod legendum
quotannis coram omnibus de Capitulo, Sa
batho in primo actu Capituli.

De Conuentuum reformatione.

Cap. XXIV.

1 EXpeditis Prælatorum electionibus,
ctent cõsequenter Diffinitores de C
uentuum reformatione.
2. Videant itaque primò si Monasteria P
ribus Decanis Magistris Nouitiorum C

rariis & Monialium Confessoribus indigent. Quod si viderint in aliquo Monasterio aliquem promouendum, aut ex illius Monasterii Superiorum suggestione, vel ex ipsorum Diffinitorum propria consideratione, seruatis omnibus in Apostolicis litteris expressis, præsertim, quæ de trina Visitatorum approbatione præscripta sunt, tunc Diffinitores ipsi diligenter de ipso ineant cum Dei timore tractatum: Declarantes illos de quibus tunc agetur nequaquam in electorum sortē trāsire debere, nisi ex nouem Diffinitoribus septem saltem consenserint.

3. Et ne eorum Diffinitorum in aliquo iudicium errori pateat, Visitatores in Monasteriis visitandis interrogabunt Prælatum ac cæteros Monasterii Superiores, an inter se mutuo consilio tractauerint (quod eos omnino facere volumus: fit ne aliquis in Monasterio Frater morum probitate & scientia dignus, qui promoueri possit ad Decanatum. Itemque ex clericis ad Subdiaconatum, Diaconatum, aut Sacerdotium: & si eos inuenerint post eiusmodi tractatum aliquos dignos iudicasse qui præponantur à Visitatoribus approbandi: mandabunt sibi in cedula descriptos exhiberi. Et à Prælato & singulis Superioribus iuramento præstito exigent, an affectione & praua animi inclinatione aliquem præposuerint, vel odio, seu maleuolentia prætermiserint: an verò quod eos dignos & idoneos ad eam dignitatem

ſiue Officiũ iudicauerint. Deque ſic nomi-
torum vita & moribus inquirent à cæte-
probatæ fidei Fratribus: & ſingulorum te-
monia in acta referri iubebunt. Induſtri-
verò ac ſcientiam præſentes ipſi examinab-
& quos idoneos repererint approbab-
Decanorum autem & Priorum Clauſtrali-
vitam, mores, induſtriam, doctrinam, & ſo-
citudinem, tum à Prælato & Superioribu-
ab aliis Fratribus diligenter explorabunt.
eorum enim numero cum eligãtur tum P-
res tum Abbates reſpectiuè, omnium opi-
ſunt approbandi. Quos igitur dignos iudi-
uerint Viſitatores (ſuper quo eorum con-
entiam oneramus) approbabunt, & in a-
referri mandabunt. Gaueant autem Viſita-
res ne aliquem approbent qui non integr-
ſaltem annum in eodem Monaſterio fue-
aut certè bonum teſtimonium habeat ab
prælatis & Superioribus quibuſcum eo-
no, licet in diuerſis Monaſteriis vixerit.
quis autem fuerit primo & altero anno ab-
lis Viſitatoribus approbatus, & tertiis Viſi-
toribus videatur eo gradu indignus: ipſium
dignitatis cauſam iidem tertii Viſitatores
actis viſitationum allegabunt quam ob c-
ſam eis minimè approbandus videatur
Diffinitores iudicare poſſint culpane ſua
ter, an Viſitatorũ vitio reiectus ſit: & an
rum triennali Viſitatorum probationi ſub-
ciendus, vel potius inter bis approbatos c-
numerandus ſit. Viſitatoribus autem tri-

an

antur in folio descripta nomina Fratrum omnium approbatorum. Qui autem tres habuerint probationes, describãtur in libro approbatorum, nec alia probatione indigeant: nisi aliqua postmodum animaduertenda cõmiserint. Hoc tamen attento, quod Titulares Prælati deinceps neque in Abbates cum administratione, (prout in Capitulo trigesimosexto Regulæ dictum est) neque in Priores, neque in Decanos promoueri poterunt.

4. Prohibemus quoque, ne quis ad aliquem gradum Superioritatis assumi possit, nisi cõpleto septennio post Sacerdotium in Cõgregatione susceptum: aut ad curam Nouitiorũ, nisi completo nouennino à prædicto Sacerdotio.

5. Illi quoq;, qui Sacerdotes ad Congregationem venerint, nisi decimosexto, & decimooctauo anno, respectiuè in Congregatione completo.

6. Et nemo in Priorem, aut Abbatem promoueri possit, nisi quinquẽnio saltem in Decanatu, aut Prioratu respectiuè laudabiliter vixerit: prout in Declaratorio Regulæ, Capitulo vigesimo primo.

7. Videant consequenter Diffinitores, si Monasteria Sacerdotibus, Cãtoribus & aliis quibuscunque Fratribus indigeant: & præscribatur vnicuique Monasterio certus Monachorum numerus, pro qualitate loci, cõcursu, ac frequẽtia populi, & dignitate Ecclesiæ. Quem quidem numerum non liceat augere aut minuere: nisi ex vrgentissima & legitima

causa, in Capitulo Generali à maiori pr
Prælatorum approbanda. Statuatur item,
eo numero quot Decani, quot Sacerdo
quot Clerici singulis Monasteriis sint ascri
di: sic enim fiet, vt ex certo vniuscuiusq; M
nasterii Monachorum numero, certus e
numerus omnium in Congregatione Mo
chorum statuatur. Adeò vt singulis annis
plures Nouitii ad probationem recipiant
quã quot de præscripto numero fuerint
minuti. Insuper si qui Fratres, ex legit
causa petant aut indigeant mutatione; sup
dictis omnibus debita, pro vt fieri poterit,
eis videbitur, fiat prouisio.

Admonẽtes ante omnia, quod Fratres
stræ Congregationis non leui causa mu
tur, nisi ex causa manifestæ infirmitatis:
bus Medicorum consilio aëris mutatio
ueniret: aut si huiusmodi mutatio ad an
salutem esset necessaria. Ad tollenda an
scandala & incommoda, quæ ex frequen
bus Monachorum mutationibus sæpenum
ro oriuntur: Statuimus vt de cætero Mo
chi neque à Diffinitoribus, neque à Regi
ne mutentur: sed tantum à Visitatoribu
actu visitationis, cognita & in eorum mu
tione scripto expressa causa. Ad Diffinito
autem siue Regimen pertineant tantum m
tationes Prælatorum & Superiorum ac O
cialium, aut etiam cum Monachi ex vna P
uincia ad aliam sunt mutandi: quod fiat
bito consilio Visitatorum, vtriusq; Prouin

Nihil tamen prohibebit, quin pro Congregationis bono, ex vrgenti causa possint Diffinitores & Regimen non solum aliquot Monachos sed omnes mutare: quibus hac Constitutione eam facultatem omnino ademptã esse nolumus. Mutatis autem Fratribus Visitatores aut Diffinitores aut Regimen per quos mutari contigerit prouideant, vt omnia itineri necessaria tribuantur: & imperetur via qua ad Monasteria sibi assignata debeant proficisci: adeò vt vagandi tollatur occasio, & commodis Monachorum qua decet charitate consulatur.

9. Idcircò Ordinamus, quod quoties aliquis Frater petit mutationem, nisi saltem septem Diffinitores assentiant non ei annuatur. Balottentur autem Fratres mutandi singuli & sigillatim, & non plures simul. Mutationes autem prædictæ, quantum possibile est, fiant ad loca viciniora, & magis propinqua: vt expensis parcatur, & vagationi Fratrum. Et hoc præcipuè circa iuuenes obseruetur: ne cogantur diuersa Monasteria, & hospitia circuire.

10. Scriba verò Capituli Fratres & Monasteria à quibus amouendi sunt, & ad quæ trãsmittendi fuerint in scriptis redigat: nec catalogis mutationum per Capitulum aut Dietas factarum credatur: nisi subscriptis manu ipsius Scribæ, siue Cancellarii, vel vnius ex Prelatis vel Procuratoris in Curia, vel Neapoli fidẽ facientium, eos cũ originali cõuenire.

11. Statuentes, quod quando Fratres mutantur de Monasterio ad Monasterium: competenter induti mittantur, cum clamyde, capello, aliisque necessariis: prout in Capitulo sexagesimoseptimo Regulæ dictum est.

12. Pecunias verò quas pro vestimentis deferunt, statim Prælatis assignent: quas volumus in ipsis vestimentis omnino expendi, non ad alium vsum conuerti.

De Visitatorum, & Procuratoris in Curia Electione.

Cap. XXV.

1 Demvm ipsi Diffinitores eligãt sex Prælatos in Visitatores vltra Præsidentem iuxtà Diploma Gregorij XIII.

2. Modus autem eligendi erit iste. Quilibet Diffinitor secretè de per se scribat in vna cedula sex Visitatores, qui sint Prælati: duos citra, & duos vltra alpes, & reliquos duos pro Regno Siciliæ. Postea ipsam cedulam Præsidenti præsentet, deinde nominati bis lottentur: & qui habuerint plures voces Visitatores existant. Quando verò plures concurrunt in vocibus, antiquior præponatur.

3. Statuimus tamen iuxtà formam literarum Apostolicarum Gregorii XIII. vt qui in vno capitulo fuerit Diffinitor, illo anno Visitator esse non possit: similiter quod is, qui fuerit Visitator anno præterito, nisi elapso biennio in Visitatorem minimè eligi possit.

Quibus

Quibus quidem Visitatoribus non possit iniungi visitatio Monialium, neque actu, neque officio. Visitator solum actu sequenti anno illa monasteria visitare non poterit, quæ præterito anno etiam actu visitauerit. Quam prohibitionem, tam ad Visitatores Monialium, quam Monachorum extendi volumus.

4. Tradant autem Diffinitores binis quibusque Visitatoribus, iuxtà prædictas litteras Apostolicas, cedulam: in qua descripta sint, non solum ea quæ de Visitatoribus Congregationis nostræ Constitutiones mandant obseruari: sed etiam alia quæ ipsi Diffinitores iudicauerint Visitatoribus mandanda tam in genere quam in specie, pro singulorum Monasteriorum exigentia. Et binis quibusque Visitatoribus constituant singulos Scribas, prout infra statutum est in secunda parte Cõstitutionum, capitulo secundo.

5. Idem quoque modus & ordo seruetur eligendi quatuor Visitatores Monialium, prout supra de aliis Visitatoribus dictum est; qui & ipsi biennio à dicto officio vacare debent.

6. Postea ineant tractatum de eligendo Procuratore Generali: cuius officium cum maximi sit ponderis, eligatur spectatæ vir probitatis, industriæ, ac fidei: quique non solum ingenio, & grauitate morum commendetur, & in Congregatione saltem per annos vigintiquinque vixerit, & cui vita in officiis, & magistratibus laudabiliter acta firmum &

graue dederit testimonium, posse tanti on-
ris & honoris nomen sustinere: accesserit q-
grauior quædam, & continuata Visitator-
confirmatio. Ad eius enim officium spec-
Congregationis negotia in Curia tractare
Diffinitorum Capituli Generalis, aut Patr-
Regiminis præscripto, omniaque ad Pr-
dem referre: Congregationis iura tueri. A-
natas quindenniorum, quartam partem f-
ctuum, & cõtingentem partem Subsidii q-
dringentorum millium scutorum, & ann-
um censum vnciæ vnius auri Cameræ Ap-
stolicæ in festo Sanctorum Apostolorum P-
tri & Pauli, in signum perpetuæ liberta-
quotannis soluere, x pecuniis sibi per Mo-
steria, aut Quæstorem transmissis. De qui-
singulis annis in Capitulo Generali dat
accepti exactissimam rationem reddat: si-
gulisque Monasteriis tantam summam acc-
ptam referat, quantam cum effectu recep-
rit, sub pœna priuationis, & inhabilitatis
alia quæcunque officia, per quinquenni-
obtinenda.

7. Singulorum item Monasteriorum n-
gocia curabit, & causas defendet, & prou-
pus fuerit, tam de rebus publicum Cong-
gationis bonum concernentibus Præside-
tem certiorem faciat, quam de priuatis M-
nasteriorum negotiis, eorum Superiores.

8. Vt autem tanti Officii onus facilius su-
nere valeat, deputetur ei à Diffinitoribus
à Patribus Regiminis Coadiutor: cuius op-

ra scribendo, & aliis negotiis vtatur. Sit grauis & ipse Monachus, industrius, probitateque & ingenio conspicuus: qui etiam eius vices, si quando eum abesse contigerit, sine Cõgregationis incommodo gerere possit. In eo autem officio, si ipse Procurator rectè administrauerit, per quinquennium ad minus perseueret: quo elapso in Prælatum promoueri possit.

De Epistolis dirigendis, & loco Capituli eligendo. CAP. XXVI.

1 EXPEDITIS omnibus, ante tamen Capituli absolutionem, si quæ responsiuæ vel missiuæ conficiendæ sunt literæ, imponatur Cancellario, quæque & quibus scribendæ sunt personis. Quas litteras Diffinitores diligenter videãt: & si quas iudicauerint memoria dignas registrari faciant.

2. Consequenter pro futuro Capitulo celebrando idoneus in aliquo Congregationis nostræ Monasterio locus eligatur. Declaramus autem Monasteria pro celebrando Capitulo hæc esse. Videlicet, Monasterium S. Benedicti Mantuani Prataleæ, S. Ioannis Euangelistæ Parmæ, & Sãcti Petri Perusii: quãdocunque tamen hoc Monasterium Perusii ita fuerit accommodatum, & taliter quod Capitulum Generale commodè & religiosè recipere possit: Hac tamen apposita condi-

tione,

tione, quod in nullo horum Monasterio
possit ipsum Capitulum amplius quam
biennium continuum celebrari.

3. Qui locus sic electus, nisi ex rationa
causa, & de Præsidentis, nec non maioris V
tatorum partis consensu ad aliud Monaste
um transmutari non possit: aut per bre
tempus, octo videlicet, vel ad plus decé di
rum differri. A decem verò diebus vsque
mensem, nisi de Præsidentis omniumque V
sitatorum consensu minimè differri po
dicti Capituli tempus, & hoc nisi ex vige
tissima & ineuitabili causa.

4. Quod si aliqua rationabili causa Præsi
& Visitatores prædicti, ipsius Capituli loc
duxerint transmutandum vel prolongand
congruo tempore omnibus Prælatis Mona
steriorum per literas significare nullate
prætermittant.

5 Statuimus etiam, quoad expensas, q
in Capitulo generali fient, omnia Monas
ria, tam citra, quam vltra alpes, secúdum
rum taxam contribuere teneantur.

De Publicatione, & Absolutione Capituli.

CAP. XXVII.

1 OMNIBVS quæ ad Generale Capitul
pertinent expeditis, omnes aduoc
tur tam de Capitulo quam Professi Mona
rii, vbi Capitulum celebratur: publicentu

que per Scribam Capituli, tanquam auctoritate Apostolica publicũ Notarium Præsidens Regiminis, Visitatores, & Prælati Monasteriorum, tam administrationem habentes, quam Titulares, & si qui sunt Administratores sine titulo, & Procurator in Curia, præsentibus testibus pro hoc actu specialiter rogatis.

2. Quibus peractis exeant omnes, qui non sunt de Congregatione. Et consequenter per Præsidentem vel Scribam terminata in Capitulo publicentur: exceptis his quæ secreta Diffinitores duxerint tenenda. Quæ verò publicata fuerint, Prælati aut Conuentuales in scriptis ad sua Monasteria Fratribus suis denuncianda portent. Et quæ à præfato Capitulo per duo præterita Capitula approbata fuerint, vel in futurum approbanda emanare contigerit, secum ad sua Monasteria vel deferant vel deferri faciant, quamprimum commodè poterunt, in libro ad hoc in modum registri deputato per se vel per alium fideliter exaranda.

3. Quæ quidem Ordinationes ter per annũ in Monasteriis legantur: Videlicet in reuersione Prælati à Capitulo: circa festum Omnium Sanctorum: & circa Quadragesimam Postea publicentur nominatim omnes nostræ Congregationis Fratres qui præterito anno in Domino quieuerint: vt si pro alicuius requie consuetæ orationes ex ignorantia vel negligentia factæ non fuerint, supplean-

tur. Publicentur & nominatim, si qui fuerint fugitiui, vel expulsi: vt ab omnibus euitentur, secundum Declarationem super capitulo Regulæ xxix. Publicentur etiam mutationes Fratrum, & insuper Fratres qui anno præterito votum Professionis emiserint.

4. Et imponantur xxx. Missæ, pro quolibet Monasterio, pro defunctis habentibus litteras gratiosas, qui illo fortè anno decesserunt: quas pro debito nostro sufficere volumus.

5. Vltimò publicetur locus sequentis Capituli. Consequenter Pater Præsidens commitat omnibus, vt oretur pro Sanctissimo Papa nostro, pro Cardinalibus, pro Principibus, Prælatis, ac Congregationis nostræ Benefactoribus viuis atque defunctis.

6. Quibus peractis, Visitatores à Scriba Capituli requirant & petant in scriptis, si qua ordinata sunt pro Monasteriis suæ Prouinciæ quæ ad eorum officium pertineant. Et similiter, quilibet Prælatus petat à Scriba Capituli, si qua ad suum Monasterium pertinentia ordinata fuerint, in authentica Forma: in libro sui Monasterij, vt supradictum est, postea adnotanda: & in specie de Fratribus ad suum Monasterium tunc deputatis, an pro aliquo illorum obtenta fuerit licentia, vt ad ordines promoueatur, & quo tempore. Et similiter à Patre Præsidente requirat, si qua fuerint ad suum Monasterium pertinen-

tinentia : & sic obtenta prius licentia , & benedictione percepta , facultas sit vnicuique redeundi ad sua Monasteria : nisi ex aliqua causa fuerit necesse aliquos remanere. Præsidens tamen & Visitatores vltimi recedant.

7. Modus autem, hæc omnia pronuntiandi, vt ab omnibus idem ordo seruetur , erit iste. Videlicet primò pronuntientur Prælati. Secundò, ordinationes confirmatæ : Tertiò, ordinationes nouæ. Quartò, Admonitiones. Quinto, Mutationes Fratrum. Sexto numerus professorum fratrum. Septimò , Fugitiui & expulsi ac licẽtiati : qui specificè nominentur, & à quo Monasterio. Octauo, Specificentur nominatim defuncti omnes , & in quo Monasterio. Nono, Numerus defunctorum habentium litteras gratiosas. Decimo, Triginta Missæ pro dictis habentibus litteras gratiosas. Vndecimò , Impositio taxæ , siue taxarum. Duodecimo, Locus futuri Capituli. Tertio decimo, Licentia recipiendi Nouitios ad professionem : & postremò Procurator in curia, ac Depositarius Congregationis.

De pecuniarum distributione.
Cap. XXVIII.

1 Absoluto itaq; Capitulo, Depositarius cum licentia Patris Præsidentis, omnibus Prelatis Marsupia Monasteriorũ quorũ

nomi-

nomine fuerint depoſita reſtituat.

2. De pecuniis verò, quæ ſecundum taxa Monaſteriorum fuerint exactæ, primò & ante omnia volumus reſtitui integrè quicqu pro expenſis Fratrum conuenientium in Capitulo, Monaſterium illud vbi fuerit Capitulum celebratum expoſuerit.

3. De eo autem quod ſupereſt, diſtribuat vnicuique per Præſidentem, & Viſitatores vt maiori parti eorũ videbitur expedire, pro expenſis faciendis anno illo.

4. Quo facto ſi adhuc ſupererint, penes Depoſitarium remaneant: aut pro ea quam iudicauerint rata diſtribuant, habita conſideratione cui maior incumbat expenſa. Demum illam pecuniarum quantitatem, quam Diffinitores decreuerint perſoluendam, creditoribus Congregationis præfatæ effectualiter reſtituant: & in libro computorum Congregationis Depoſitarius adnotet.

5. Volumus etiam, quod pecunias pro Monaſteriorum ſubuentionibus deputatas eorum lui (prout commodius fieri poterit) Præſentis imponant, nec non & pecunias pro expenſis bonum Congregationis concernentibus per Diffinitores deputatas, iuxtè eorum ordinata diſtribuant, in præſentiarum ſi adſint, aut intra annum exigendas (prout opus fuerit) diſponant.

6. Ordinamus quod ſi aliquod Monaſterium teneatur in debito liquido, aut per Capitulum & Viſitatores liquidato Congrega-

tioni, aut alicui alio Monasterio in quacunq; pecuniarum quantitate, aut alia re, eique prę-fium fuerit tempus à præfato Capitulo vel Visitatoribus, intra quod soluere debeat: si elapso dicto tempore fuerit requisitus eiusdem Monasterii Prælatus, & intra quindecim dies non satisfecerit soluendo aut deponendo realiter pecunias, aut res ipsas, ad voluntatem creditoris: priuetur anno sequenti actiua & passiua voce Capituli. Si verò debitum illud fuerit ratione Taxarum, soluat cum illo etiam totum interesse: & pœniteat prout supradictum est, si tamen in culpa ipse fuerit.

7. Si autem Cellerarius à Prælato monitus supradicta adimplere neglexerint: tandiu qualibet hebdomada quarta & sexta Feria in pane & aqua ieiunet in terra in Refectorio, quoadusque sibi imposita adimpleuerit cum effectu.

8. Et quia pro necessitatibus Congregationis necesse est, quandoque pecunias à Campsoribus, aut ab aliis mutari: Ordinamus quotiescunque necesse fuerit fieri syndicatus, siue instrumenta procurationis pro quacunque pecunia mutuo accipienda: ante omnia, certa & diffinita summa apponatur in syndicatu. Et tres ad minus Procuratores cõstituantur, qui omnes simul (si commodè fieri poterit) vel saltem duo eorum, numerationi & receptioni pecuniarum intersint.

SECVNDA PAR
CONSTITVTIONVM Capituli Generalis.

De Potestate Præsidentis, & Visitatorum.

CAPVT I.

PRÆSIDENTI Regimini ... quam principali Visitator ... Patri Congregationis de ... ratur ab omnibus, & ei ... exhibeatur omnis reuere ... & loci præeminentia. Ipse solus in quoc ... que fuerit Monasterio omnia signa tam p ... ticularia quam Generalia faciat.

2. Teneat penes se sigillum magnum C ... gregationis: quo vtantur Patres, cum alio ... præcipuum nomine Capituli, vel Regim ... fieri continget. Teneat etiam Registrum ... pituli. Aliæ scripturæ Congregationis pen ... neant in Archiuo. Et claues Archiui sem ... sint apud Præsidentem, vel Abbatem ... Monasterii. Nec possint inde extrahi scrip ...

tæ vliæ, nisi de eius licentia aut commissione, relicto etiam Chyrographo de extractis.

3. Ad ipsum deferantur singula Congregationis negotia, quæ intra annum occurrerint. Ad eundem principaliter pertinet exequi ordinata per Capitulum: quæ duo præmissa aut solus, aut cum aliis Visitatoribus, secundum rerum qualitatem, & eius limitatam potestatem faciat.

4. Possit etiam in iis quæ intra annum occurrerint, & vbi sibi tam pro euitandis quam pro sedandis scandalis expedire videbitur, & pro pace seruanda, cum vno saltem ex Visitatoribus prouidere. Cuius prouisioni & deliberationi omnes, etiam si Visitator fuerit, obedire volumus.

5. Caueat autem ne affectione aut passione aliqua moueatur: sed omnia secundum Dei timorem disponere satagat. Quod si aliter (quod absit) fecerit, sciat se per Diffinitores sequentes Capituli puniendum.

6. Statuimus quod Reuer. Pater Præsidens non possit accedere aut Curiam Romanam: nisi accedente consensu vtriusque Visitatoris illius Prouinciæ, in qua sua Paternitas fuerit deputata.

7. Item quod nullus Visitatorum ad eandem Curiam possit accedere, nisi de licentia Patris Præsidentis ac Conuisitatoris sui. Cæteros verò Prælatos & Fratres prohibemus omnino Romam proficisci, nisi accedente consensu Patris Præsidentis, & vtriusque Visitatoris suæ Prouinciæ. Quæ si non facilè ha-

beri possent, & periculum esset in mora: tu ficiat licentia Patris Præsidentis, aut vnius d ctorum Visitatorum, cum consensu Sup riorum sui Monasterii.

8. Liceat præterea ei cum aliquo ex Visita ribus illius Prouinciæ, vbi visitandum fuer omnia Congregationis Monasteria, quor cunque opus fuerit visitare, excepto Mon sterio cui anno præterito præfuit, & cui a quis in secundo gradu illi coniunctus pr est. Idemque de Visitatoribus intelligen

9. Caueat etiam ne authoritate offi ii fu similiter quilibet Visitator Fratrem aliqu de aliquo Monasterio Congregationis no stræ auferat, & eum in Monasterio sibi com misso deputet. Sed si aliqua Fratrum indig bit prouisione, duo alii Visitatores aut pr dens cum vno Visitatore huiusmodi fac prouisionem.

10. Possit autem Præsidens, consentiente Fratre mutando & dante & recipiente Pr latis, mutationis licentiam impertiri: in talem licentiam illis non concedat, quos C pitulum aut Regimen in Dietis, aut Visitato res cum per ipsum mutari petissent, reiec aut aliò quam optassent mutauit: nisi fort vrgẽtissima & necessaria causa nouiter eme serit. Hortamur tamen, vt consensus huiu modi, non tam facilè concedat: sed Visitato ribus quantum fieri potest hanc curam reli quat.

11. Cæterùm Præsidens cum duobus Visitatoribus, quoties ex necessitate occurrerit fieri mutationem de aliquo Fratre intra annum de Monasterio ad Monasterium, vsque ad tempus Capituli, vbi salus animæ aut corporis Fratris exegerit, disponere possint. Insuper licentiam recipiendi Fratres nostros Nouitios ad Professionem, visitationis tempore tantum. Ædificia etiam notabilia in Monasteriis construendi, iuxta consuetudines nostras.

12. Item Præsidens & Visitatores, vel quilibet eorum, in actu visitationis existens, causas & lites inter Monasteria & Monasteria, ac personas Congregationis audire, & summariè, facti sola veritate inspecta, iudicare possit & terminare. Quod verò iustitia mediante (vt præfertur) iudicauerit vel terminauerit, faciat obseruari.

13. Item Præsidens omni tempore absoluere potest Fratres nostros à casibus reseruatis. Similiter Visitatores in actu visitationis tantum, etiam ille, qui esset Visitator, actu & non officio.

14. Possit etiam Præsidens, similiter & quilibet Visitator, vbi ordo iustitiæ exigeret Fratrem aliquem in quocunq; Monasterio Congregationis delinquẽtem corrigere, & in domum custodiæ recludere: etiam si opus fuerit inuito Prælato.

15. Demum Præsidens, cum omnibus Visitatoribus (quos appellatione Regiminis in-

Regimen, est sex Visitatorum, vltra Præsidentem.

telligi volumus) omnem repræsentent Congregationem, & ea exequi possint super quibus fuerint Capituli authoritate muniti.

16. Ordinamus præterea, quod si intra annum per mortem alicuius Prælati, aut pro quoque negocio congregare Visitatores & alii Patres contigerit: sine consensu Visitatorum illius Prouinciæ Præsidens id facere non possit, neque etiam locum celebrandæ Congregationis eligere.

17. Quod si ad aliam Prouinciam trãsire voluerit, pro huiusmodi Congregatione celebranda, tunc accedat consensus maioris partis Visitatorum vtriusque Prouinciæ: & si (quod absit) aliter fecerit, voce actiua, & passiua careat in sequenti Capitulo.

18. Habeantque Præsidens, & singuli Visitatores sigilla singula, eiusdem characteris, scilicet PAX: quibus vtantur in litteris particularibus ad officium suum spectantibus, non alteri cuiuis liceat sigillo simili vti.

19. Litteras verò eisdem sigillis signatas nemini de Congregatione nostra, etiam si Præsidens aut Conuisitator esset, aperire consideremus: nisi solis iis ad quos diriguntur, vel eorum licentia, nisi in casu grauis necessitatis.

20. Quod si quis contra fecerit, in tribus primis diebus Mercurii, in pane & aqua ieiunet, nec per aliquem huiusmodi pœnitentia dispensari possit, nisi in casu grauissimæ infirmitatis.

21.

21. Ad ipsos etiam pertinet cum opus fuerit, aut propter scandalum euitandum, ordinata per Capitulum de omnium consensu suspendere vsque ad tempus Generalis Capituli, non tamen ex toto reuocare. Possint etiam, vbi necessitas vrgeret aliquod vniuersale in tota Congregatione constituere: vsque ad tempus Capituli duntaxat seruandum.

22. Ordinata etiam per prędictos pro bono Congregationis, volumus obseruari etiam post eorum officia: nisi reuocentur à successoribus.

23. Et quia munera excæcant oculos sapientium, & subuertunt corda iustorum: Statuimus iuxtà sacrorum Canonum sanctiones, quod nec Præsidens, nec Diffinitores, nec Visitatores, etiam Monialium, durante eorum officio accipere vllatenus possint quæcũque munera à Fratribus nostris, vel Monialibus, vel ab aliis quibuscunque personis de Congregatione. Quod si contra fecerint, priuentur ipsis rebus: & grauiter puniantur secunpum qualitatem delicti & personæ.

Quando, & qualiter fieri debeant Visitationes.

Cap. II.

1 Tempvs Visitationis Monasteriorũ nostrorum regulariter deputamus à festo Assumptionis beatæ Mariæ Virginis vsque

ad Quadragesimam exclusiuè. Intra quo (nisi legitimo impedimento Visitatores fu rint impediti) teneantur suum officium c pleuisse. Quod si facere neglexerint, an sequenti priuentur in Capitulo Generali a ua & passiua voce. Si verò ambos Visita res tempore præfato & causa legitima imp ditos esse contigerit: visitent quam primu cessante præfato impedimento si potuer Si verò alter eorum fuerit legitimè impe tus, de consensu vtriusque eligatur alius Vi tator, vel alius Prælatus: qui actu tantum Visitator, & non officio: ita vt intra præ tum tempus visitatio non omittatur.

2. Hoc planè volentes, quod Visitator of cio semper præcedere debeat Visitatore actu, & non officio: licet sit in Congregatio ne inferior.

3. Caueant autem, ne in locis audientiæ e rum ponantur aliqua ornamenta, & post p mam diem comedant in Refectorio, co munem Conuentus victum, quantum fie potest sequentes.

4. Quamprimum igitur Visitatores Mo sterio quod visitare intendunt applicuerit captato tempore congregatisque Præla Monachis & Commissis ipsius Monaste aliquam breuem puram, non in humanæ pientiæ verbis sub hac forma faciant exho tationem.

5. Fratres charissimi, cum ex debito offi nostri, authoritate Generalis Capituli Co

gregationis nostræ, venerimus visitare claritates vestras, & Monasterium tam in capite quam in membris: Idcircò si quis vestrum aliquo indiget veniat ad nos, & eum libentissimè audiemus; & iuxtà possibilitatem nostram secundum quod desuper dabitur prouidebimus. Manebimus apud vos tres dies, aut plures, si fuerit necesse. Si verò nullus vestrum aliquo indiget. Deo gratias agite: & in hac pace vestra continuò manete, charitatem inuicem seruantes, obedientiam & reuerentiam ob Dei amorem Patribus impendentes, rigorem Monasticum & obseruantiam Regularem accensis desideriis confouentes: & si qua alia huiusmodi voluerint breuiter exhortari.

6. Consequenter moneant Prælatum & Monachos, quod si quis pro bono Monasterij sui iudicauerit aliquid insinuãdum, liberè loquatur: quoniam intentionis Patrum nostrorum est, quod in Visitationibus vitia tam in capite quam in membris radicitus amputentur, cum ea tamen qua decet humanitate & charitate.

7. Caueat tamen quilibet, ne alicui potissimè Prelato, quauis passione seductus, aliquid falsum imponat, seu aliter quam dictum factumue fuerit referat: aut suspitionibus vel leuiter dictis, seu factis aliquem inculpet. Quod si fieri casu (quod absit) contigerit: diligenter cognita causa huiusmodi, reus sciat se publicè coram Fratribus culpam dicturum,

ac pœna talionis aut aliter prout nobis vide-
bitur puniendum.

8. Postea verò Visitatores exeuntes Capitu-
lum: Primò visitent Sanctissimum Eucha-
stiæ Sacramentum, Ecclesiam, Sacratium, et
reliquias, si quæ sunt. Ac deinde tempore di-
gruo sint seorsum cum solo Prælato Mona-
sterii: à quo habeant informationem de Se-
niorum suorum & aliorum Monachorum
cõditionibus, videlicet si debita adhibita sit
diligentia in librorum inquisitione, & si qui
sint personæ de hęresi suspectæ. S. Prior Cla-
stralis & Decani sint solliciti circa sua officia
in audiendis Fratrum confessionibus, in Di-
uinis Officiis, & communibus exercitiis, et
custodia obseruantiæ Regularis, in visitati-
nibus quotidianis officinarum Monaste-
Si sibi inuicem sint obedientes & reuerenti
si ceremonias obseruent, & obseruari studi-
ant. Si sint in admonitionibus Fratrum ni-
nimis tepidi, aut multum rigidi: si Magister
Nouitiorum sit sollicitus circa Nouitios hu-
eos instruendo ad Orationem, ad exerci-
spiritualia, ad ceremonias Congregatio-
consuetas, vt vilia seruitia, ad compositio-
tam interioris hominis quam exterioris, et
alia huiusmodi, quæ in Regula & Constitu-
tionibus nostris continentur.

9. Inquirant præterea de idoneitate & con-
ditionibus eorum, ac etiam si in eorum re-
ptione obseruentur præcepta Regulæ & Co-
stitutionum nostrarum, & si recipiantur

Professionem, secundum priuilegia nostra: videlicet, quod recipiantur de consensu duarum partium Conuentus, & quod profiteantur Prælato sub Cõgregatione, iuxtà formam nobis visitatam.

10. Interrogent etiam ipsum Prælatum, si in administratione temporalium Cellerarius suum sequatur consilium, & voluntatem. Si Fratribus, potissime infirmis, necessaria ministret: si sit exemplaris cum Fratribus & secularibus, tam in factis quam in verbis, gestis, & cæteris moribus. Si temporalia Monasterij diligẽter gubernat ac ministrat: si libros computorum ac rationum Monasterij sui teneat ordinatos: si instrumenta & alia Monasterij iura diligenter conseruet: si Inuentarium omnium rerum mobilium Monasterii & immobilium habeat. An viderit etiam vnà cum Senioribus computa Monasterii sui. Si Monasterium est debitis aggrauatum: & quantum & quem modum habeat in satisfaciendo. Propter quod volumus, vt Visitatores ante recessum diligenter videant computa debitorum & creditorum Monasterii, nec non redditum & expensas. Quod si viderint Monasterium notabiliter aggrauatum, moneant Prælatum vt se temperet à sumptibus non multum necessariis.

11. Inquirant etiam si qui sint Fratres sibi aut aliis Superioribus rebelles, aut inobedientes: & si correcti non se emendauerint.

12. Præterea inquirant, si ea quæ per Visita-

tores,

tores, aut præcedentia Capitula fuerunt ordinata, quantum scilicet ad eos pertinet, obseruentur. Si Regularis obseruantia bene & diligenter custoditur: si diuina Officia ordinatè dicuntur: si ieiunia Regularia obseruantur: si silentia temporibus debitis iuxtà Regulam tenentur: si inuicem reuerentiam exhibeant & honorem, ac si sint compositi tum in choro quam alibi per Monasterium: & potissimè in conspectu Hospitum, & aliorum: & si se cum eis immiscent non vocati: si Hospites cum humanitate & charitate recipiantur: si eleemosynæ iuxtà facultatem Monasterii ordinariè erogantur. Si Priuilegia nostræ Congregationis, quæ in illo sunt Monasterio, aut etiam particularia ipsius Monasterii cautè & diligenter custodiantur, & omnino videant. Si Visitatores anni præteriti in visitationibus suis fuerint negligentes, aut superfluè curiosi, & de aliis huiusmodi, quæ Regulam & Constitutiones & antiquas Congregationis consuetudines, aut aliàs prout videbitur concernunt.

13. Consequenter Visitatores in absentia Prælati inquirant segregatim ab vnoquoque supradictorum Seniorum de se ipsis inuicem ac de supradictis omnibus, prout videbitur cuilibet competere: nec non tam probitatem & sufficientiam eorum qui promouendi essent, quam sollicitudinem vel negligentiam promotorum diligenter examinent, singulorum merita vel demerita in futuro Capitulo

lo Diffinitoribus narraturi: iuxtà formam superius descriptã, in Capitulo vigesimoquarto primæ partis Constitutionum: De Conuentuum reformatione. Ac etiam de qualitate Prælati sui, si sollicitus sit circa obseruantiam Regularem, tam in se quam in Fratribus: si corrigat Fratrum excessus: si frequenter Diuina Officia, & Capitulum culparum: si sæpius exeat Monasterium, aut si est facilis ad dandam licentiam aliis, vt ex leui causa exeant: si fuerit exemplaris in sua conuersatione, tam cum Fratribus quam cum Secularibus: si in eo aut in aliquo Monacho fuerit aliquis notabilis excessus, tam in vestimentis, quam in aliis quibuscunque. Si confert de agendis Monasterii cum Senioribus: si sæpius, aut semel in prædictis defecerit.

14. Supradicti verò Visitatores interrogent, etiam Sacerdotes Seniores timoratos de prædictis. Cæteros autem Fratres iuniores, non curent interrogare: nisi necessario ipsis pro indaganda alicuius rei veritate videbitur expedire. Si autem vltrò aliquid dixerint, benignè eos audiant: ac exhortentur ad obedientiam & reuerentiam Prælati sui, ad charitatẽ Fratrum, ac Regularem obseruantiam.

15. Videant præterea Visitatores cedulam, quam à Scriba habuerunt in Capitulo præterito, in examinatione ipsius Monasterii: & diligenter examinent quæ in ea continentur, si vera fuerint vel falsa Capitulo Generali relata.

16. Videant præterea cedulam, quam habuit Prælatus à præfato Scriba tempore Capituli, & si quæ in ea cõtinentur executioni mandauerit.

17. Tandem habita de omnibus prædictis prudenti & diligenti informatione, tractent apud semetipsos cum Dei timore, quæ sint monitione, quæ reprehensione, & quæ correctione digna tam in Prælato quam in Senioribus, cæterisque Fratribus. Aduertãt autem ne faciliter credant omni spiritui, sed probent Spiritus, si ex Deo sunt: nec aliquem ex sola suspitione condemnent, sed de relatis ab eos, si de visu, vel auditu, si faciliter, ab homine graui: cæterisque circunstantiis considerates, omni cum prudentia, & matura deliberatione diiudicent. Et si quos culpabiles siue reos deprehendent, simul aut separatim moneant, increpent & corripiant: iuxtà excessuum qualitatem. Et secundum Constitutiones nostras ordinent in præmissis, quæ fuerint opportuna: ita vt suo consilio & directione cuncta secundum Deum bene disponant.

18. Possint autem prædicti Visitatores Prælatum, si quem in notabilem excessum deprehenderint incurrisse, aut minus idoneum ad Regimen, adeo quod non absque manifesto scandalo seu graui damno Monasterii vsque ad Capituli Generalis tempus tolerari possit, suspendere: & alium pro eo subrogare. Ad euitanda tamen scandala, nisi du-

rum ad minus officio Visitatorum & Præsidentis cõsensus accesserit, id facere non possint: & si aliàs in Monasterio quiete, & pacifice morari noluerit eum amouere, & ad aliud Monasterium Congregationis nostræ trãsmittere, prout eis videbitur expedire.

19. Possint insuper omnes & singulos Seniores & Officiales Monasterii ab eorum curis & officiis suspendere, & absoluere: & si iudicauerint expedire, ab eorum Monasteriis remouere. Caueant tamen ipsi Visitatores, ne inordinata affectione, Prælatorum & aliorum Fratrum vitia vel excessus dissimulando pallient: seu inordinata passione, plusquam & vbi opus non fuerit aliquem inculpẽt seu reprehendant: Nec secundum beatum Augustinum, quærant quid corrigant, sed corrigãt quod inuenerint. Nam sicut ordinatæ & cũ prudentia factæ visitationes sunt causa obseruantiæ Regularis, conseruandęque Religionis occasio: ita è contrario imprudentes & inordinatæ siue cum passione factæ ruinæ occasionem prestãt. Idcircò si ipsi Visitatores in aliquo excesserint, sciãt se in Generali Capitulo puniendos.

20. Planè ea quę Visitatores repererint in suis visitationibus alicuius ponderis seu nota digna, aut quę ipsi componere nequiuerint, redigant in vno folio, Diffinitoribus tempore Capituli Generalis referenda.

21. Statuentes, quod si quis Visitatorũ, aliquo interueniente impedimento, ad Capitulum

Gene-

Generale minimè venire poterit: per litteras significare teneatur, ea quæ grauia & digna relatione videbuntur, quæque ipse iudicauerit expedire: super quibus eius conscientiam oneramus.

22. Sed quia comperimus apud plerosque Prælatorum & aliorum Fratrum nostrorum vilescere visitatorum Congregationis auctoritatem, in dedecus huius Officii, & maximam perniciem disciplinæ & obseruantiæ Regularis: Idcircò volumus & præsenti Ordinatione statuimus & mandamus: vt de cætero Patres Visitatores authoritate Priuilegiorum nostrorum, & Ordinationum, (quæ magna est) muniti, viriliter & impigrè exequantur officium suum: corrigēda corrigant, mutandos mutent, deponendos deponant: quæ leuiora sunt, per verbum monemus, & hortamur: quæ vero grauiora, vel quæ expedit in posterum obseruari, per verbum imponimus seu mandamus & ordinamus, annotata singula digerant in libello: quem secū deferant ad Capitulum, à Cancellario inter acta Patrum Capituli & Regiminis referenda: vt Præsidens & Diffinitores per singula Monasteria examinare, & inquirere possint vtrum per eos ordinata, Prælati Cellerarii cæteri seruauerint. Quod si reperti fuerint aliqui præfatis Visitatoribus inobedientes, & eorum quæ ab illis ordinata fuerint trāsgressores: nouerint se pro qualitate excessus, & inobedientiæ puniendos. Ipsi verò Patres Vi-

tatores, Dei ſemper timorem & communem profectum præ oculis habentes, ita circumſpectè, grauiter & religiosè ſe habeant, & nõ ſolum verbis ſed etiam factis ædificent viſitatos: vt meritò perſonis eorum reuerentia & obedientia, quæ debetur Officio, poſſit impendi: & ipſi meminerint viſitationum & officii ſui Patribus Diffinitoribus rationem exactiſſimam reddituros.

23. Si qui verò ex ipſis aliquod eorum quæ in viſitatione acceperint, quæ ſint alicuius momenti, vel vnde ſcandalum oriatur, aut Fratrem, qui aliquid depoſuerit, contra eius voluntatem reuelauerint: ad idem officium perſequens quadriennium continuum aſſumi non valeant. Prælati verò & alii Superiores nullo pacto ſint curioſi ad quærendum quis hoc aut illud dixerit vel contra eos aliquid depoſuerit: grauiter & ipſi ſi contrafecerint puniendi.

24. Vltimo conuocent in Capitulo Prælatum cum cæteris Fratribus & Commiſſis: quos breuiter exhortentur ad mutuam charitatem & pacem, nec nõ obedientiam & reuerentiam Prælati, &c. vt ſupra: & ſi quid voluerint monere vel corrigere, id faciant cum omni humilitate & charitate: & vale facientes pro ſe orari petant, & in pace dimittant.

25. Licentiæ verò datæ à prædictis, nullius ſint valoris, & momenti, nec eis vlla fides adhibeatur: niſi ſint in ſcriptis, cum affixione ſigilli Pax, vt in declaratione capituli: de ordine Congregationis plenius continetur.

26. Vt autem omnia prædicta facilius ex
qui possint, constituantur binis quibusq
Visitatoribus à Diffinitoribus seu Regimi
vbi opus esset, singuli Scribæ graues, & ind
striiMonachi, qui pro Notario sint: & in M
nasteriis visitandis non quidem semper V
tatoribus assistant: sed ea tantum excip
quæ scripto erunt mandanda: Prælati sc
cet, & cæterorum Fratrum responsiones
interrogata Visitatorum, & præterea si q
sponte ipsi voluerint Visitatoribus aut scri
tradere, aut verbo exponere quæ cupiant
postulent in acta referri. Porrò vt omnia
quantum fieri potest procedant & secreta
neantur: deferatur scribis ipsis iuramentu
de silentio tenendo, nec iis publicandis, q
sibi in visitationibus scribenda fuerint e
sita: grauissimè si contrafecerint, puni
Porrò Scribæ scripturas omnes ad Visita
nes pertinentes, à se & ab vtroque Visita
subscriptas, visitatoribus ipsis tradent, Sc
bæ Capituli, vel Cancellario exhibendas
rum autem scripturarum nullam omn
volumus apud quenquam præter Regim
neque etiam exemplar remanere: grauis
plectendi, qui contrafecerint. Decreta
omnia, pro singulis Monasteriis confecta
folio describent: vt possint succedenti
Visitatoribus tradi, vt valeant in-
quirere an fuerint execu-
tioni mandata.

De amotione, & electione Præsidentis, Visitatorum, & aliorum Prælatorum, extra tempus Capituli Generalis: & de Dietis, siue Congregationibus intra annum, conuocandis.

CAP. III.

1 PRÆSIDENS aut aliquis Visitator si (quod Deus auertat) hæreticus aut schismaticus fuerit, corrigatur secundum litteras Pontificias. Si autem manifestus & voluntarius præuaricator & contemptor Regulæ Sanctissimi Patris nostri Benedicti, aut Constitutionum nostræ Congregationis, aut adeò negligens, & remissus repertus fuerit, quipsius præuaricatione, vel negligentia destructio Religionis, & bonorum operum vel obseruantiæ Regularis dissolutio, seu scandalum inducatur: moneatur vsque quaterà Visitatoribus vt se corrigat. Et si se non emendauerit, moneatur vt cedat officio: si cedere recusauerit, clarescentibus culpis addantur præfatis Visitatoribus quinque Patres viciniores Præsidenti, si ipse fuerit Præsidens, vel duo tantum, si fuerit Visitator: quorum iudicio si duæ partes consenserint: & periculum esset expectare vsque ad Capitulum: causa cognita ab officio absoluatur.

2. Si verò Prælatus tantum & non Visitator, ob culpas suas amouendus fuerit, præcedente admonitione congrua, de communi Præsidentis, & Visitatorũ, vel maioris patris

ipsorum consensu absolui poterit: si eis co
stabit de excessibus, vel defectibus Prælati.
3. Idipsum fieri poterit, si pro aliquo bo
Congregationis, vel vt instituatur in alio l
co nouiter acceptando, vel iam acceptato d
xerit amouendum.
4. Gaueant tamen Patres ac diligenter a
uertant, quod huiusmodi mutationes n
faciant, nisi vrgens causa ita exigat: aut m
nifestum periculum immineat si vsq; ad C
pitulum expectaretur.
5. Vt periculis verò, quæ tempore vacatio
Monasteriorum facilè euenire possent, ce
rius aptiusque occurratur, quia ex Priuileg
Apostolicis tempore huius vacationis
authoritate Præsidentis nulla prouisio fi
potest: Ordinamus quod quandocunque
quomodocunque officium Præsidentis va
re contigerit, antiquior Visitator, qui secu
dum Priuilegia, & Ordinationes nostras e
possit, ipso facto remaneat & sit Præsiden
omniaque peragere possit, & omnem habe
authoritatem, ac si in Capitulo Generali Pr
sidens electus fuisset: cæteris in anterior
Constitutionibus contentis in suo robo
permanentibus. Ob nimiam verò loco
distantiam, ne propter hoc Congregatio
dispendium aliquod generetur, ab hu usm
di Præsidentis successione: Visitatores Pr
uinciæ Siciliæ exclusos esse decernimus.
similiter à Congregationibus seu Dietis q
in Italia intra annum per Regimen cele bra

contigerit. Et generaliter vbicunque de certo numero Visitatorum congregando agitur, Prædicti Siciliæ Visitatores propter distantiam, & difficultatem eos conuocandi exclusi similiter intelligantur.

6. Visitator verò si aliqua ex prædictis causis amotus fuerit, accedente consensu Præsidentis & cæterorũ Visitatorum, vel minoris partis ipsorum, & duorum etiam Prælatorum, vt supra vocatorum, alius in eadem Prouincia eligatur.

7. Prælato verò, quauis causa absoluto, vel si decesserit de Præsidentis ac maioris partis Visitatorum consensu, alius cum Domini timore euitata quam fieri potest aliorum Prælatorum mutatione eligatur. Et vt citius Monasterio Pastore destituto prouideri possit: volumus huiusmodi vacantium Monasteriorum tempore ac mandamus Conuentibus eorum, quatenus omnem adhibeant sollicitudinem (grauius si negligentes fuerint puniendi) vt huiusmodi causam vacationis celerius notam faciant Præsidenti: aut si is vnde Monasterium vacare contigerit Præsidens fuerit, Visitatori: qui omni mora postposita, cæteros omnes Visitatores vbi decreuerit conuocet: Quos si intra quindecim dies, vel plus vel minus sicut Pater Præsideus iudicauerit expedire, postquam id cognouerit, & adesse non posse perpenderit: ne ex longa vacatione periculum occurrat, Ordinamus quod tot Prælatos viciniores habentes titu-

lum & administrationem simul: necalte
quod desunt Visitatores. suo & congrega
rum Visitatorum iudicio eligendos aduo
& Monasterio prouideat. Præfatorum
Præsidentis Visitatorum aut Prælatorum
latenus admittatur renuntiatio, nisi ex leg
ma causa, & totius Regiminis accedente
sensu, supplendo vocem alicuius Prælati
vox Regiminis vlla deesset.

8. Aduertant autem, quod si quando
huiusmodi, & similibus Congregationes
aliquam fieri contigerit, non sint nisi sepa
computatis omnibus: vt totum Regimen
præsentent. In quibus quidem Congrega
nibus in omnibus expediendis & quæ
ri contigerit, nihil censeatur conclusum,
ex tribus partibus duæ consentiant: in
quidem Congregatione, tantum septem
tersint. Et sint diuersorum Monasterio
Professi: ita quod duo eiusdem Monas
Professi dictis Congregationibus inter
non possint. Quæ quidem Ordinatio in
mnibus prouisionibus quas intra annum
ri contigerit inuiolabiliter obseruetur:
cepto si (quod Deus auertat) Præsiden
tem aut Visitatorem intra annum amou
necesse fuerit. In quo casu antiqua, quæ
in eodem Capitulo posita est, seruabitur
dinatio. Et quoties contigerit per Patre
sidentem: pro alicuius Monasterii vel Pr
prouisione, intra annũ Congregationem

quã seu Regimen conuocari, vt electio sit libera, legitima, & iuridica, & quia in specie, huic, vel illi Monasterio melius, quam in genere prouidetur: possint Patres conuocati quos sibi placuerit nominare, dummodo trinam habeant Visitatorũ approbationẽ. Quibus in cedulam redactis, balottentur omnes secundum Professionis ordinem: & qui plures voces habuerit (dummodo duæ partes Congregatorum Patrum in eam conuenerint) cæteris præferatur. In vocum autem paritate, Professione Superior præponatur. Et non solũ in prędictis, sed etiam in quibuscunque aliis de quibus per Patrem Præsidentem in Congregatione aliqua tractari contigerit, teneatur ipse Præsidens & debeat quæcunque proponere, super quibus ab aliquo congregatorum Patrũ fuerit requisitus. Pro pace autem & vnitate seruãda, & vt magis opportunè Monasteriis omnibus prouideri possit, expletis visitationibus Regni, & Lombardiæ, conueniat Præsidens cũ Visitatoribus vtriusque Prouinciæ, si fieri potest, in aliquo commodo Monasterio, vt Bononiæ, Cesenæ, aut Florentiæ: & ibi Dieta celebrent pro occurrentibus negotiis expediendis.

9. Nullus autem Fratrum nostrorum tẽpore huius Congregationis pręsumat aliqua prætensa occasione venire illuc, vel ad loca circumuicina non vocatus, sub eadem pœna qua supra in capitulo secundo primæ partis puniũtur huiusmodi venientes ad Capitulum

non vocati. Si verò Prælatus fuerit, voce a
ua & passiua in electione Diffinitorum p
ximè futura careat.

10. Ne verò ex huiusmodi vacationibus M
nasteriis nostris dispendium aliquod, præ
tim in spiritualibus, euenire queat: Sta
mus, vt de cætero in locis sic vacantibus,
vices Prælati gerunt in ipsis Monasteriis,
thoritatem habeant in spiritualibus, q
dum viueret aut præsens aderat Prælatus
bebat. Idem quoque censemus, cum Præ
ad Capitulum accesserint generale: q
authoritatem in prædictis tantum duo
casibus, vices Prælatorum gerentes hab
volumus vsque ad accessum instituendi Pr
lati ad Monasterium, vel sic instituti nou
dispositionem, etiam si talis vices geren
terea mutatus fuerit. Sed & ipsi Prælati,
quando propter eorum absentiam Mona
ria detrimenta incurrant maximè in spiri
libus, constitutis in Monasteriis suis Offi
libus, Priotibus Claustralibus, qua fungi
lint, si eos abesse contingat super casibus
seruatis erga Fratres, & reliqua sicut opor
num fuerit declarent.

11. Cellerarii verò & alii Fratres qui temp
ralia administrant, prædictis temporibus
ipsos vt præmisimus vicem Prælatorum g
rentes recurrant & obedientes sint: consil
que, & voluntate eorum cuncta faciant, & d
sponant.

12. Ordinamus autem quod Prælati ad p

cem conseruandam inter suos ministros, ordinent & disponant omnia taliter ante recessum: quod & Prior & Cellerarius sciant quid agendum in negotiis Monasterii, & in vendēdis & emendis rebus, & aliis.

De Monachorum, & aliorum Fratrum mutatione.

Cap. IIII.

1 Sicvt Prælatorum ita & Fratrum nostræ Congregationis discreta mutatio, plerūque vtilis, & necessaria est; attenta præsertim vniuersali vnitate totius corporis congregationis. Fit enim vt cum de Mouasterio ad Monasterium transferuntur, charitas plurimum augeatur, & affectio communior fiat: dum multa Monasteria vnum corpus congregationis esse charitate hoc efficiente expetiuntur.

2. Si quaudo ergò etiam extra tempus Capituli Fratrem aliquem ipso etiam vel Prælato suo inuito, Patres Regiminis ad aliud Monasterium transferendum, & ad ibi commorandum mandauerint, eis omnino parendum censemus. Similiter si in visitatione aut etiam post visitationem alicuius Monasterii Visitatores id agendum iudicauerint: volumus vt eis obediatur, vt supra proximè præcedenti Capitulo.

3. Si autem necessaria & legitima causa sub-

ſiſtente, vtputà pro Monaſterio reformãd
infirmitate ſuperueniente vel ſuperuentu
ſi citius mutatio aëris non ſuccurrat, vel
vitãdo ſcãdalo, & ſimilibus Præſidens &
illius Monaſterii Viſitatores Fratrem mut
dum mãdauerint, etiam inuitis Prælatis
tente, & recipiente, ac etiam ipſo Fratre
obediendum mandamus. Vrgente verò ca
ſa arduæ neceſſitatis, vel vbi periculum
in mora, mandante tantum vno illius Mon
ſterii Viſitatore, omnino pareatur. Prædic
autem, vſque ad Capitulum mandari tantu
debeant, & ſic obedientia exhibenda q
tempore vel firmabitur mutatio, vel reuoc
bitur.

4. Vbi autem neceſſitas, aut manifeſta vtil
tas requireret, poſſint Prælati inuicem tra
mittere Fratres, ac etiam ſtabilire: dum
do concorditer fiat, & cum voluntate Frat
mittendi, adiuncta tamen Præſidentis
centia.

5. At ſi quis Frater infra annum ex manif
cauſa periculi animæ vel corporis mutari
tierit: Viſitator ipſius Monaſterii, habita
formatione à Prælato ipſius Fratris, & ſi
modè fieri poterit etiam Seniorum, & Med
ci, vbi de corporis periculo agitur, ſi vera
pe erit & bonum eſſe iudicauerit, Fratri co
ſentiat: & prouideat de Monaſterio idone
cuius iudicio omnino parendum erit.

6. Si autem prædictę cauſæ non aderint:
occaſio detur ſponte vagandi, maximè ſi

ciliter & importunè, aut cum ſcandalo aliorum Fratrum ſeu Monaſteriorum impedimento, licentia requiratur: quia tunc huiuſmodi mutatio tam ipſis Fratribus quam Monaſteriis experientia magiſtra, vt plurimum noſcitur eſſe damnoſa: ei licentia minimè concedatur. Quod ſi iterum adiecerit petere, & ſua importunitate licentiam extorquere voluerit: non ei annuatur, ſed grauiter puniatur.

7. Ordinamus inſuper quod nullus Viſitatorum, etiam ſi Preſidens fuerit, authoritate officii ſui aut alio quouis modo, poſſit aliquē Fratrem de aliquo Monaſterio noſtrę Congregationis auferre: & eum in Monaſterio ſibi commiſſo deputare: ſed ſi aliqua indigebit Fratrum prouiſione, duo alii Viſitatores aut Preſidens cum vno Viſitatore huiuſmodi ſibi faciat prouiſionem.

8. In Congregationibus, autem quę fiunt infra annum, hortamur Patres ne fiant mutationes Fratrum, niſi in caſu alicuius neceſſarię prouiſionis: ſed reſeruentur Viſitatoribus in actu viſitationis: quia tunc melior notitia dictorum Fratrum & cauſarum haberi poterit. & per hęc non intelligitur derogatum conſtitutioni ſuperius factę de mutationibus, in capitulo vigeſimoquarto, de Conuentuum reformatione.

De

De expensis faciendis in mutationibus Fratrum.

Cap. V.

1 IN expensis faciendis circa mutationem Fratrum, Declaramus quod Monasteria quæ accedunt mutati ad omnem tenen[illegible] bent expensam. Monasteria tamen à qui[illegible] receditur, prouideant mutatis de omni[illegible] sibi in itinere necessariis, saltem in pecun[illegible] vt supradictum est capitulo sexagesimo[illegible] ptimo.

2. Si verò aliquis grauis infirmitatis ca[illegible] mitteretur de Monasterio ad Monaster[illegible] vel si contingeret aliquem Fratrem adeo [illegible] incorrigibilem, & scandalosum (quod De[illegible] auertat) vt in proprio Monasterio prop[illegible] scandalum aut legitimam causam, in [illegible] mo custodiæ recludi seu puniri non possi[illegible] n alio Monasterio esset recludendus: in [illegible] casibus, Monasterium de quo mittitur [illegible] expensas itineris prouideat Monasterio [illegible] quod est missus etiam de necessariis illi Fra[illegible] Censemus enim sufficere, quod Monaste[illegible] ad quod tales, vt præmittitur infirmi & sca[illegible] dalosi mittuntur ipsorum incommodita[illegible] grauetur, absque hoc quod etiam eis de necessariis prouideat.

De Fratribus mittendis ad Sanctum Paulum.

Cap. VI.

1 SALVTI Fratrum ad Sanctum Paulum Romam mittendorum consulere cupientes, mandamus omnibus & singulis Prælatis, de quorum Monasteriis Fratres ipsi assumentur: vt ipsos ad prædictum Monasteriũ sancti Pauli non mittant, nisi transacto mense Septembris. Ipsi verò Fratres interim cum omni humilitate pareant & obediant dictis Prælatis, perindè ac si Conuentuales essent illorum Monasteriorum. Præmoneant autẽ Prælati præfatos Fratres, vt discedentes à Monasteriis suis tempore congruo recto tramite non girouagantes Romam proficiscantur, grauiter si secus fecerint puniendi. Qui si equos duxerint, de vestimentorum suorum pecuniis emptos aut aliunde habitos seu acquisitos, mox vt applicuerint ad Monasteriũ, sicut omnem pecuniam, ita etiam præfatos equos Prælato aut Superiori consignent. In quorum potestate erit, prædictos equos pro necessitate Monasterii retinere, aut si maluerint ipsos venundare.

2. Teneatur etiam Prælatus transmittere Fratres S. Pauli, pro sanitate seruanda, extra Monasterium illicò celebrata festiuitate Apostolorum Petri & Pauli, ad Monasteria Regni,

gni, & Tusciæ: quæ quidem, pro expensis
hil possint exigere.

3. Insuper ne Monasterium præfatum in
pensis extraordinariè graueiur, volumus
qui ad Vrbem pro causis sollicitandis ac
serint, teneantur releuare Monasterium p
dictum, de scutis tribus aureis in mens
qualibet persona, & totidem pro iumen
excipiendo tamen à prædictis personam
tris Præsidentis & aliorum Patrum, qui
vtilitate & negotiis Congregationis ad C
am accesserint.

4. Cum autem ad aures nostras peruen
mutatos à S. Paulo multa secum super
transportare: idcircò imponimus mutat
prædicto Monasterio, sub pœna degrada
nis, antequam discedant suas sarcinulas
bati vel Superiori ostendant. Et cum prim
ad Monasteria sua applicuerint, sarcinula
ctas Prælato suo repræsentent cum affect
omnia superflua eis auferantur: vt sic in
mnitati Monasterii Sancti Pauli prouid
tur, & omnis proprietatis occasio à Fratri
nostris penitus amputetur. Quę Ordina
extenditur etiam ad alios ad alia Monaste
mutatos: vt in Capitulo sexagesimo septi
Regulę.

5. In fauorem quoque Vassallorum M
sterii S. Pauli de Vrbe, ne cum graui suo
spendio & incommodo pro leuibus causis
cesse habeant venire aut mittere ad Capi
lum Generale: tanquam Pii Patres filiorum

indeinnitati expensis & laboribus consulentes, Statuimus, & Ordinamus, vt ad venerabilem Abbatem. S. Pauli immediatè Dominum & Superiorem suum qui pro tempore fuerit, semper vt decet recursum habeāt. Cui eò magis præfatos eius vasallos & en xius cō mendamus: quo fideliores in dies & magis deuotos nobis, & eidem Monasterio effici experimur. Quod si qua magis ardua emerserint, aut in aliquo a prefato Abbate se lęsos aut grauatos senserint: recursum inde ad Patres Visitatores pro tempore existentes habeant. Quibus quando Monasterium S. Pauli visitant, vt etiam oppida eiusdem Monasterii visitent imponimus, & quantum ad hoc vices Diffinitorii nostras committimus. Querelas & differentias pro quibus ad Capitulum venturi essent audiant, decidant, & summariè iustitiam ministrent. Quę omnia vt commodius in prędictorum vasallorum beneficium, & quietem exequi valeant, Nazanum se transferant Visitatores præfati: & singulis oppidis pręsentiam suam significare teneantur, eamque ibi moram trahere quam pro necessitate prędictorum ad affectum huius Constitutionis nostrę iudicauerint expedire.

De Monasteriis nouiter acceptandis.

CAP. VII.

1 NE facilitate qualibet, sed maturè & c
spectè in acceptandis Monasteriis p
cedatur: volumus quod Generale Capitul
(ad quod solum huiusmodi acceptatio
pertinere decernimus) primò attendat cu
de acceptando Monasterio aliquo tractar
si reformatis Congregationis Monaste
sufficienter supersint Patres & Fratres q
sufficiant reformationi nouiter accepta
Monasterij: Qui si reperti fuerint, mittat
duo graues & experti Patres ad videndu
præfatum Monasterium, & inquirendũ li
bet conditiones qui requiruntur ad Reg
larem obseruantiam. Videlicet, quod
bono aere & situ spatioso, solitario & n
tumultuoso, & si in ciuitate vel extra Ciuit
tem, prope milliare, vel circa: vt non inqu
tetur bellorum tumultibus, nec grauent
Fratres ex itineris longitudine, & in loco v
non possint fieri turres & propugnacula.
sit sine cura animarum, & habeat officin
vtiles & necessarias ad Regularem obseruan
tiam, vel quod faciliter reduci possit. S h
beat libros, paramenta, calices, & cæte
necessaria ad Diuinum cultum. Si habe
possessiones siue redditus pecuniarum in lo
co tuto & pacifico: quæ sufficiant pro sexde

ci

cim personis & aliis Monasterij oneribus supportandis. Quod non sit debitis aggrauatum & si qua sunt huiusmodi. Quę omnia diligenter discussa, fideliter referant Capitulo, siue Regimini, aut aliter prout Capitulum decreuerit. Quod si omnibus supradictis conditionibus (quas pro maiori parte præfatum Monasterium habere volumus) consideratis ac etiamsi Monasterium sit in ciuitate pacifica, vbi verisimiliter speratur animarum fructus, decreuerint acceptandum: non prius mittantur Fratres ad dictum Monasterium, nisi vnitum fuerit Congregationi per Bullas Apostolicas, & nisi officinæ & mansiones Fratrum antea fuerint competenter reparatæ.

2. Aut si contigerit tale Monasterium habere Abbatem, siue Commendatarium, qui nollet titulo renuntiare: tunc in eo casu per cessum vel decessum poterunt fieri pacta & conuentiones cum Prælato prædicto, prout melius & vtilius pro Congregatione videbitur expedire: quæ in publicam formam redacta, eò ipso confirmationis Apostolicæ sunt robore suffulta: vt patet per Priuilegia sanctæ memoriæ Eugenij Papæ IIII. sub Dat. M. CCCCXXXII. Nono Calend. Decembris §. Adiicientes. Et Alexandri VI. sub Dat. M. D. I. Calend. Aprilis. §. Ac etiam præsidentiæ. Quæ Priuilegia inspiciantur. Quo facto prouideant de Prælato, Senioribus, & sufficienti Conuentu, iuxtà conditionem

Monasterii: ita vt ipse Prælatus, Seniores C
uentusque sint omninò personæ exempla
& quæ futuræ sint ad ędificationem secu
um non autem ad destructionem: vt fa
geatur omnium affectus & deuotio erga
gregationem nostram. Et qui ad hæc Mo
iteria deputati sunt, eò ipso teneantur a
am obedientiam se transferre: secus de
nantur, & vltra depositionem insuper p
uiter puniantur.

3. Quod si Capitulo generali videbitur, h
iusmodi reformationem intra annum fa
debere: committant Regimini, iuxtà præ
ctam formam. Quoties autem intra annu
tractandum esset de reformatione alium
Monasterii, eò quod periculosa esset dilat
vsque ad Capituli tempus, habeatur recur
ad Præsidentem. Qui si vnà cum Visitato
bus & aliis Prælatis (vt supra in Capitulo
tio de amotione Præsidentis) de comm
cõsensu iudicauerint huiusmodi acceptat
nem esse vtilem & necessariam nostræ Co
gregationi: mittant duos idoneos Patres
inquirendum de Monasterii conditioni
iuxtà omnia supradicta: & referant Capit
proximè futuro, si differri poterit. Si au
periculum esset in mora, vt prædictum
tunc per ipsos Patres tale Monasterium
ceptetur: maximè si tale esset, cuius refor
tio cederet euidenter in magnum Congre
tionis commodum & augmentum. Ad
tant tamen Regimen, & Patres mittendi
inuestigandas Monasterii conditiones ne

quid promittant, aut se se obligent verbis alicui: sed omnia referant Capitulo vel Regimini terminanda, vt supra.

4. Cæterum strictius inhibemus: ne aliquod, ex nostrę Congregationis Monasteriis dimittatur, aut ab ipsa Congregatione alienetur: nisi ex quatuor tres partes omnium Fratrum, qui habent vocem in Capitulo Generali cõsentiant. Hoc tamen non intelligimus, quin in casu permutationis, id fieri possit: scilicet si dimittatur vnum, vt in eadem diœcesi aliud acceptetur.

5. Si verò de aliquo Monasterio Monialium sub cura Cõgregationis, aut particularis Monasterii nostri acceptando tractabitur quod (quantum possibile erit, omnino est euitandum) nisi de consensu duarum partium Prælatorum totius Congregationis, qui in Capitulo Generali intererunt, etiam ad visitationem tantum, acceptari non possit.

De anniuersariis perpetuo celebrandis.

Cap. VIII.

1 NE tantorum bonorum inerti obliuione memoria sopiatur, quanta per summum Pontificem diuinæ memoriæ Eugeniũ quartum huic Congregationi nostræ gratiis, Priuilegiis, beneficiis innumeris collata sunt, per quæ non modo stabilita, verum etiã plurimum augmentata existit: Irreuocabili edicto statuimus per omnia nostræ Cõgregatio-

nis Monaſteria præſentia & futura, ſing
annis die vigeſimo tertio Februarii anniu
ſarium conuentualiter celebrari, pro e
dem Eugenii ſummi Pōtificis placida req
Aliud conſimiliter eadem firmitate cele
ſtatuimus die decimonono Septembris,
felici requie Reuer. P. Ludouici Barbo, p
fundatoris huius noſtræ Congregatio
præcipui directoris inſtitutoriſque, quo
Abbaris S. Iuſtinæ Paduanę, & deinde pro
miori ſtabilitate præfatæ Congregatio
Epiſcopum Teruiſinum aſſumpti.

2. Fiant pręterea, annuatim tria anniue
ria conuentualiter, vnum pro omnibus fr
tribus noſtrę Congregationis: aliud pro
nefactoribus noſtris defunctis: Tertium
rò pro Benefactoribus viuis, dicendo Mi
pro peccatis. Quæ anniuerſaria celebre
per Monaſteria noſtræ Congregationis
primam diem Septembris, diebus quibus
bilius celebrari poterunt.

3. Quoniam inſuper R. D. Guido de Go
zaga, dum ageret in humanis, præcipuus
nefactor noſtræ Congregationis extitit,
præſertim Monaſteriorum S. Bene dicti, S.
ſtinæ. S. Mariæ de Pratalea, S. Georgii Ma
ris, S. Euphemiæ Brixienſis, & Abbatiæ
rentiæ: Idcircò omnibus & ſingulis pra
Monaſteriis ſingulis annis, pro animæ
remedio ad beneplacitum Capituli Gen
lis, anniuerſarium depoſitionis diem im
nimus celebrandum, qui anniuerſarius
eſt decima Septembris.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI.

Pro directione Monialium Congregationi, ac Monasterijs nostris subditarum.

De gratiis per Innocentium octauum dictis Monialibus concessis.

CAP. I.

INNOCENTIVS Octauus concessit, quod omnia Monasteria Monialium subiecta Congregationi nostræ, vel particularibu Monasteriis per visitationẽ aut aliter, habeant omnes gratias spirituales Congregationi nostræ concessas præsentes & futuras: quæ gratiæ extendantur ad Professas, Nouitias, Conuersas, Commissas, Oblatas, Capellanos & earum Factores tam præsentes quam futuros: ea facientes quæ nos pro consecutione dictarum gratiarũ facimus.

Quod non acceptentur vltra dicta Monasteria genda, per Congregationem nostram, nisi seruatis certis conditionibus.

Cap. II.

1 Monasteria Monialium si qua acceptanda (quod tamen euitandum est pro quiete & pace Fratrum nostrorum nullatenus acceptentur amodò, nec in visitatione, nec aliter quouis modo: nisi de consensu duarum partium ex Prælatis, qui in Capitulo intererunt.

De Visitatoribus Monialium.

Cap. III.

1 Visitatio Monialium omnium Congregationi nostræ subditarũ fiat amodò per quatuor tantum Visitatores, distributis in duas partes dictis Monasteriis: ita quibini, quilibet Monasteria sibi destinata visitare habeant, vacetque ipsorum officium per biennium: id est, quod qui vno anno Visitator fuerit: duobus sequentibus annis Monialium Visitator esse non possit.

2. Quod si contingeret aliquem Prælatum Visitatori alicui ob quamuis causam con-

tutum, actu visitare aliquod dictorum Monasteriorum non possit, sequenti anno illud idem Monasterium actu visitare.

3. Visitatores igitur, quãdo vadunt ad visitãdum aliquod Monasterium Monialium, hortamur vt quantum possibile est, caueant ingressum Monasterii: & id exigente necessitate cum omni modestia & grauitate & sobrietate faciant. Et simul ambo semper incedant: nec vnus ab altero discedat. Atque vt non solum verbo, sed etiam facto ædificent visitatas. Ordinamus, & strictius præcipimus, ne quis omnino eorum præsumat ibi comedere carnes, nisi in casu magnæ necessitatis.

4. Neque adducant secum socios, nisi maturos & graues viros, atque ætate prouectos: & in quantum fieri poterit ducant socium Cõfessoris. Nec permittant socios suos vlla ratione loqui cum Monialibus, nisi de expressa sua licentia: quam hortamur, vt non facilè concedãt, nisi pro necessariis tantum, qui etiam Fratribus quibuscunque ad se pro quacunque causa venientibus non possint vt cũ Monialibus loquantur licentiam impertiri. Quique Visitatores durante eorum annuo officio, non præsumant accipere munuscula aliqua à Monialibus, nec ab ipsa Abbatissa: ne secundum dispositionem sacrorum canonũ pœna restitutionis in duplum, & à Diuinis (quod magis timendum est) suspensionem incurrant.

5. Quod si in visitationibus earũ aliquid nota

dignum inuenerint, referant Capitulo Generali, vt debita prouisio adhiberi possit: & quas alicui Moniali concesserint licentias, scriptis dent, aliter fides non adhibeatur.

De Prælato, & Conuentu Monasterii cui subest cura Monialium.

CAP. IV.

1 PRÆLATI Monasteriorum quibus subditæ sunt Moniales nostræ, non præsumant ingredi dicta Monasteria: nisi pro aliqua ardua necessitate, & ab Abbatissa, cum suis Deputatis fuerint requisiti. Et tunc cum Confessore, siue eius socio, aut de licentia Deputatorum suorum, cum alio probo & maturo & ætate prouecto Fratre. A quo nunquam discedant dum sunt in Monasterio: & antequam accedant significent Superiori Monasterii sui, nec aliter possint accedere, nec secum ducant iuuenes aut leues Fratres.

2. Caueant autem Prælati, ne alicui Monialium concedant speciales licentias: quatenus tamen si dederint, dent in scriptis: nec aliter credatur tales licentias allegantibus.

3. Prælatus quoque, quantum fieri potest, non comedat: aliis verò Fratribus, præter socium Prælati & Cõfessoris, in hospitio Monasteriorum Monialium comedere penitus interdicimus.

4. Quando autem aliquis Frater petierit licentiam eundi ad visitandas aliquas Moniales

les, non detur ei licentia: nisi consanguineus earum fuerit, vsque ad secundum aut tertiũ gradum inclusiuè: aut si qua vrgens, & manifesta causa, quam Prelatus sciat, occurrerit: & tunc ordine infrascripto, videlicet: Quod Prælatus congregatis Deputatis suis proponat nomen Fratris & causam: quæ si legitima à maiore parte prædictorum computata Prælati voce iudicata fuerit, dent illi licentiam, cum deputatione etiam socii maturi & probi Fratris de Monasterio, aut proprii Cõfessoris. Qui tamen non possit ingredi Monasterium, sed ad crates loquatur: nec nisi cũ illa pro qua licentiam obtinuit, ac custode sua & Abbatissa.

5. Mandamus igitur omnibus Fratribus Cõgregationis nostræ, ne accedere præsumant ad Monasteria Monialium, nisi seruatis prædictis: sub pæna carceris ad arbitrium Prælati & P. Præsidentis, aut vnius ex Visitatoribus illius Prouinciẹ, etiam extra tempus visitationis. Qui quando extrahentur dicant suam culpam in Capitulo: & puniantur insuper ad arbitrium extrahentium.

6. Qui verò cum debita licentia accesserint, non possint vllo quæsito colore ibi in hospitio pernoctare: Id enim solis Visitatoribus in actu visitationis, & Confessori tempore confessionum conceditur: imò etiam extra tempus confessionis, ex vrgẽti & rationabili causa cum licentia Prælati.

7. Hoc idem quoque, in casu necessitatis fa-

cere possint ipsi Prælati. Si verò contingat Prælatum à Monasterio discedere, non relinquat in sua absentia, vices suas gerentibus generalem licentiam eundi ad Monasteria Monialium: sed petant licentiam à Superioribus sicut & cæteri.

8. Sit autem in arbitrio Prælatorum permittere, vt mittantur ad dictas Moniales Cuculæ, Tunicellæ & Scapularia ad suendum: dummodò nomina Fratrum in ipsis non apponantur: sublata etiam omni vanitate, & superfluitate in illis suendis. Nec deinceps Prælati vel Monachi se implicent in temporalibus Monasteriorum dictarum Monialium: nisi pro consilio tantum, aut in casu alicuius vrgentis aut extraordinariæ necessitatis.

De Confessore Monialium.

CAP. V.

1 CONFESSORES Monialium eligantur graues & maturi tum ætate, tum moribus: Nec possint ingredi Monasteria earum nisi instante infirmarum, & conferendorum sacramentorum necessitate, & semper cum socio sibi deputato.

2. Et vt, iuxtà Apostoli sententiam, omnia honestè, & secũdum ordinem fiant in nobis, & quia his qui in CHRISTO piè viuũt, nõ modò malum tantum, sed mali quoque suspitio cauenda est: Statuimus, vt socius Confessoris Mo-

nialium

nialium, quantum fieri poterit, ab ipsius latere, non recedat: & pro amborum custodia, semper alter alterum videat. Cum verò pro audienda confessione, aut aliquo Sacramento conferendo ingreditur: vadat semper cũ cotta, & stola super ipsam. Extra hos casus nullo modo ingredi possit: nisi de speciali licentia Prælati sui, ob aliquam causam, si iusta & necessaria fuerit.

3. Concedimus autem quod Confessores tempore confessionum possint dormire in hospitio, extra septa Monasterii Monialium: alio verò tempore nequaquam, nisi aliqua vrgente necessitate de licentia sui Superioris. Possint etiam, si senectus aut debilitas coegerit, ibi comedere carnes ter in hebdomada, tempore confessionum tantum, & de licentia Prælati sui. Si verò Moniales ad Monasteria carnes Confessori aut alteri miserint, non acceptentur sine licentia Superioris.

4. Socii verò Confessorum cum aliqua Monialium loqui non præsumant, absque licentia Confessoris. Contrafacientes autem toties in pane & aqua ieiunent, quoties contrafecerint: nec à quoquam dispensari possint, nisi pœnitentiam fecerint.

5. Nec petant ipsi Confessores, nec socii, aut accipiant siue dent aliquid Monialibus, sine expressa licentia Prælati sui.

6. Communio autem ipsarum, quæ saltem semel in singulis mensibus fieri debet, fiat semper ad fenestram ad hoc deputatam: ex-

cepta

cepta feria quinta maioris hebdomadæ, & c
solennitate corporis CHRISTI; propo
processiones & ceremonias illorum dierum
Exhibeatur quoque eis à Prælato Confes
extraordinarius bis aut ter in anno: qui
mnium cõfessiones audire debeat, sicuti pr
cipit Tridentina Synodus.

7. Ipsi etiam Monialium Confessores rec
cilient & communicent mulieres seculares
quæ reperiuntur in earum Monasteriis ad
ducationem, ipsarumque in spiritualibus cu
ram habeant. Possint etiam mulieres secula
res, habentes sepulturas in Monasteriis Mo
nialium, vel ibi sepulturas eligentes, ob de
uotionem quam habent ad loca vel Religio
nem, per Confessores tumulari: & quoad of
ficium funeris, sicut de Monialibus fiat. Vi
delicet quod Confessor intersit cum suo so
cio, & celebret officium funeris.

De electione Abbatissæ.

CAP. VI.

1 IN electione Abbatissę, in vnoquoque
Monasterio seruentur, quæ & Sacrosan
ctum Concilium Tridentinum, & diploma
ta Pontificia præscripsere. Præcipit enim Tri
dentina Synodus, quod Abbatissa eligatur
non minor annis quadraginta, & quæ octo
annis, post expressam Professionem laudabi
liter vixerit. Quod si his qualitatibus non
repe

reperiatur in eodem Monasterio, ex alio eiusdem ordinis eligi possit. Si hoc etiam incommodum Superiori, qui electioni pręest, videatur: ex iis quæ in eodem Monasterio annum trigesimum excesserint, & quinque saltem annis post Professionem rectè vixerint, Præside consentiente, eligatur. Ii verò, qui electioni præsunt claustra Monasterii non ingrediantur: sed ante cancellorum fenestrellam vota singularum audiant vel accipiant.

2. In hac autem electione facienda, pręscribit Diploma Gregorii XIII. die septimo Aprilis M.D.LXXIIII. Datum. Primò quod si in duobus Scrutiniis non conuenerint sufficientia suffragia: nempè duæ ex tribus partibus: possint Visitatores duas aut tres Moniales ad regimen aptiores seligere, pro quibus eatur in suffragia: & quæ plura tulerit Monialium vota, ut canonicè electa. Et hoc in posterum perpetuo obseruetur. Secundò, quod teneantur Moniales eligere vnam ex duabus aut tribus prædictis per Visitatores selectis, sub pœna excommunicationis, suspensionis & interdicti, aliisque censuris, & pœnis, remota omni appellatione, recursu, reclamatione, &c.

3. Tertiò quod possint, etiam præscripti Visitatores, & Prælati, quę iudicauerint circa prædicta necessaria seu quomodolibet opportuna liberè exequi & facere: pareantque eis Moniales in virtute sanctæ obedientiæ.

4. Cum autem prędictæ electiones faciendę

erunt (quas tempore visitationis dictarum Monialium celebrari decernimus) tres antedo Scrutatores interueniant. Erit autem arbitrio & facultate Visitatorum Monialium eligere sibi socium quem maluerint de Monasterio, loco illius vbi erit Abbatissa constituenda, excepto tamen ipsarum Monialium Confessore: attento quod electiones huiusmodi omnino per vota secreta fieri debeant iuxtà Concilium Tridentinum.

5. Cæterùm, quia multa inconuenientia, et Abbatissarum electione exoriri cōperimus dum sunt nonnullæ Abbatissę quæ perfidæ complices suas inno entium corda seducunt, earum vota ad se diuersimodè trahentes, in suarum dispendium animarum: Quare earum saluti, paciqne omnium consulere volentes Ordinamus, & statuimus, ne aliqua Monialis quouis tempore pro electione Abbatissæ practicam facere audeat: dicendo talis esset apta, aut bonum esset f cere talem vel non facere: seu da vocem tali, & huiusmodi. Si aliqua verò contrafecerit, volumus per triennium priuari voce actiua & passiua in electione Abbatissæ à Superioribus suis. Cupientes itaque prædicta debitum effectum habere, prædictis Visitatoribus mandamus, vt ante initium visitationis si vlla fuerit practica facta diligenter inquirant: & si quam fecisse practicam repererint, ipsam per triennium omnino priuēt in futura Abbatissæ electione.

6. Nul

6. Nulla quoque Abbatissa plusquam per biennium ad summum in tali officio perseuerare possit, sicut præcepit Apostolicũ breue Gregorii XIII. die xv. Ianuarii 1575. datum. cuius summarium tale est.

Abbatissæ & Priorissæ in cong. S. Iustinæ, biennales dumtaxat.

Primò Abbatissæ & Priorissæ Monialium stent in tali officio per annum tantum, aut ad summum per biennium.

Secundò si quæ vltra biennium electę sunt, quamuis interuenerit renuntiatio ab ipsismet facta, sint à dicto timore transacti biennii officio Abbatissatus aut Priorissatus absolutę: intelliganturque talia officia vacasse à dicto tempore expleti biennii.

Tertiò possint Moniales in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna priuationis vocis actiuæ & passiuæ & excommunicationis maioris, aliquam in Abbatissam, aut Priorissam eligere aut postulare, contra præscriptam formam.

Quartò si aliquæ fuerint, contra hanc formam electæ, non confirmentur aut admittantur à Visitatoribus, aut Prælatis nostris: imò ab eisdem compescantur contradictores per censuras, omni appellatione remota.

Quintò irritum & inane sit, quicquid super his aliter fuerit attentatum, nec obstent, quæcunque contraria statuta hactenus facta, &c. Hæc Apostolicum diploma: Quod inuiolabiliter obseruari volumus.

7. Volumus etiam, quod nulla Abbatissa de cætero ad eandem dignitatem & officium as-

sumi possit, nisi per quadriennium in regu
vacauerit. Nulla quoque Monialis imme
atè succedere possit alteri sorori carnali in
iusmodi electione.

8. Statuimus insuper ad tollendam perpe
tatem, Abbatissam quando vacare contig
rit, immediatè in Priorissam eligi non pos
sed à dicto Prioratu, & ab aliis officiis eum
biennio vacet.

9. Deputatarum verò & aliarum officialium
electio non nisi de Visitatorum consensu fi
& quæ officiales siue Superiores sint, non n
si per biennium perseuerare possint.

10. Visitatores autem ipsos hortamur, vt
Prælatis conferant, & cum eius consilio ma
turè super huiuscemodi disponant.

11. Non possit Abbatissa, sub pœna suspe
sionis ab officio suo Capellanum reiectum
licentiatum vltra recipere: nisi de licentia
Patris Præsidentis, cui soli spectat ipsius
spensionis dispensatio.

12. In Monasteriis Monialium ponantur du
claues portis earum: ita vt porta seu ostium
aperiri non possit, nisi socia assistente.

De acceptandis Monialibus.

Cap. VII.

1 IN accipiendis puellis tum ad habitum
tum ad Professionem, illa omninò se
executioni mãdanda, quæ Tridentina Syn

dus prescripsit. Inter quæ id præcipuè aduertendum, quod Professio fieri non potest aut debet ante sextumdecimum annum expletũ: ad quam nulla admittenda, quæ minori tempore quam per annum in probatione steterit.

2. Nulla autem possit in Capitulo proponi, nisi de consensu Prælati & Visitatorum, si præsentes fuerint: aliter omnia pro infectis habeantur. Si qua autem reiecta fuerit, non possit proponi ampliùs, nisi maior pars Capituli præsente Prælato consenserit. Quo facto possit denuò proponi, attẽto quod si quę Moniales non fuerint actu in Capitulo, tam in his quam in cæteris omnibus actibus capitularibus, in quibus vox requiritur, non possint vocem suam alteri committere, nec etiã ipsi Abbatissæ: sed Visitatores siue Prælatus sic absentium, ob infirmitatem vota requirãt: denturque penitus vota per calculos aut fabas & non per voces.

3. Quando autem vestiendæ erunt puellæ habitu S. Religionis, ad euitandum tumultum & conseruandam illarum deuotionem, ipsæ pro sumendo habitu nouitiatus vesperè introducantur Monasterium: & in manè secretò induantur habitu Sanctæ Religionis in interiori Ecclesia: & in hoc fiat absque sæculari pompa, nisi in aliquibus locis alia esset consuetudo.

4. Caueatur autem, ne multiplicentur Nouitiæ vltra numerum qui vel ex redditibus

propriis Monasteriorum, vel ex consueta eleemosynis cõmodè possit sustentari: vt decreuit Sacra Tridentina Synodus. Necessaria eleemosynæ pro receptione Nouitiarum acceptæ, ab Abbatissis absque interuentu suorum Prælatorum & Monasterii Deputatorum expendantur.

5. Aduertatur præterea, ne ante Professionem excepto victu & vestitu, Nouitia illius temporis quo in probatione est, quocunque pretextu, à parentibus vel propinquis aut curatoribus eius Monasterio aliquid ex bonis eiusdem tribuatur: ne hac occasione discedere nequeat, quod totam, vel maiorem partem substantiæ suæ Monasterium possideat, non facile si discesserit id recuperare posset: Quapotius præcipit Sancta Synodus, sub anathematis pœna, dantibus & recipientibus ne id vllo modo fiat.

6. Moniales Congregationi nostræ subditæ nullam amodò in Monialem suscipiant, nisi chrismatam: ne tali occasione cogantur introducere Episcopos, & aperire Monasteria secularibus.

7. Nulla etiam mulier cuiuscunque conditionis vel ætatis existat, pro quacunque causa reponi possit in Monasteriis: nisi seruatis Ordinationibus Illustrissimæ Congregationis & Diplomatibus Pontificis, obtentaq; licentia Patris Præsidentis, aut Capituli Generalis: excepta tamen causa vrgentissima, videlicet tempore belli, & huiusmodi.

De Monialibus in genere. CAP. VIII.

1 AD conseruandam famam & conscientiam & honestatem, custodiendaque præcepta tum sacri Concilii tum Pontificia, nulli Monali liceat post professionem exire à Monasterio, & ad breue tempus, quocunque prætextu. Clausura enim est vnũ & præcipuum de substantialibus in Monialibus. Quapropter eam custodiendam præcipit sub censuris & pœnis Pius V. per Diploma Cal. Februarii M.D. LXIX. datum, cuius summatim, ne ignoretur hic apponendum duximus.

Primò. Nulla Monialis clausuram exeat, præter quam in causa magni incendii, infirmitatis, lepræ, & epidimiæ: examinanda approbandaque in scriptis præter alios Superiores etiam per Episcopum aut Ordinarium.

Secundò. Quæ cum præfata licentia egredientur, foris stent tantum per necessarium tempus, & non vltra.

Tertiò. Aliter quam, vt dictum est, egredientes, & licentiam exeundi concedentes, aut comitantes, aut recipientes, incurrant excommunicationem latæ sententiæ, à solo Romano Pontifice, præter quam in mortis articulo absoluendam.

Quartò. Præter dicta egressæ, Præsidentes & alii Superiores licentiam concedentes, dignitatibus, officiis & administrationibus

ſint priuati, ad eadem & alia obtinenda in
biles.

Quintò. Omnia prædictis contraria
quoſcunque obtenta & obtinenda ſint re
cata: Nec aliter liceat cuiuis iudicare au
terpretari: irritumque ſit & inane, quic
ſecus, à quoquã ſuper his, quoquo modo
rit attentatum. Hæc igitur ad amuſſim
quoad egreſſum ipſarum Monialium
ſeruanda.

2. Non portent autem Moniales aut u
tur velis ſericis, aut criſpatis bauaris, ad
tanda ſcandala ſæcularium, quia haben
iuſmodi ſpeciem mali. Non teneant can
neque habeant cameram, & cellam ſim
ſed altera earum priuentur, neque pr
mant cantare in organis, ſine licentia Pr
ſui.

3. Prohibemus etiam, ne in Monaſteriis
nialium & Eccleſiis aliiſque locis earum
Viſitatorum & ſine Prælati licentia quic
audeant fabricare.

4. In Eccleſiis vero earum ſtatuimus, ne
Præter Capellanos ſeculares ſibi deputa
permittatur Miſſas celebrare. In arbitrio
men Prælati ſit, ſi ex aliqua rationabili c
ſibi ſuper hoc viſum fuerit diſpenſare. M
ſtri autem, aut laici, aut Eccleſiaſtici, aut a
quiſquam ad earum Monaſteria accedere
permittantur, vt Moniales doceant ſon
aut cantum.

De ingressu personarum laicarum, in Monasteria.

Cap. IX.

1 Sicvt in egressu Monialiũ à clausura obseruanda sunt quæ supra proposuimus Decreta, per Pium V. sic in ingressu personarum laicarum quarumcunque obseruari debent, quæ in Diplomate Idibus Iunii 1575. dato Gregor. XIII. præcipit, cuius summa talis est.

Primò. Nullis mulieribus aut viris cuiuscunque sint dignitatis & status, permissum sit, virtute quarumcunque licentiarum obtẽtarum, ingredi Monasteria & domos & loca Monialium. Et si qui litteras processus aut licentias pro tali ingressu obtinuêre, non possint illis vti, sub excommunicationis latę sententiæ pœna, cuius absolutio summo Pontifici reseruatur.

Secundò. Abbatissæ, Abbates, Conuentus, aliique Superiores, sub eadem excommunicationis pœna, necnon priuationis dignitatis beneficiorum & officiorum suorum, ac inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda nullum in Monasteria, domos, & loca sua prætextu dictarum licentiarum ingredi faciant aut permittant.

Tertiò. Sub eisdem quoque pœnis interdictum sit omnibus, qui ingrediendi licentias ab Episcopis aliisve Superioribus obti-

nuerint, eisdem obtentis vti, præterquam necessitatibus vrgentibus: nec aliter ipsæ Moniales tales admittant, sub eisdem pœnis, nec obstent prædictis contraria quæcunque. Hæc igitur penitus obseruanda erunt quæ tam strictè præcipiuntur.

2. Ordinamus etiam, vt insuper Moniales nostræ Congregationi subditæ, omnino abstineant à colloquiis personarum laicarum vtriusque sexus, etiam consanguineorum, omnibus diebus Quadragesimæ, & Aduentus Domini, & in quibus facta fuerit sanctissima Communio; ob reuerentiam talium dierum, & vt contemplationi vacare possint.

3. Nulla autem Monialis nec etiam Abbatissa præsumat introducere alios Medicos præter ordinatios Monasterii, sine licentia Prælati vel Visitatorum in actu Visitationis. Qui quidem Patres non facilè licentiam huiusmodi impartiantur: sed omnino aduertant ad Decreta in præscripto Breui.

De litteris, & munusculis, non mittendis, neque recipiendis. CAP. X.

1 ORDINAMVS vt Moniales amodò non præsumant mittere Diffinitoribus munuscula tam generaliter quam particulariter.

2. Volumus & ordinamus ad euitandũ proprietatis vitium, furta & inobedientias & alia inconuenientia, quod nulla Monialium do-

nare aliquid possit vili Abbatum, Confessorum, Visitatorum, Monachorum, aut aliorũ ex nostris, nec etiam de speciali licentia Abbatissæ.

3. Idemque intelligimus de Fratribus nostris: qui Monialibus quibuscunque etiam de licentia expressa Prælati sui donare aliquid præsumpserint.

4. Contrafacientes verò tam Moniales quã Fratres cuiuscunque gradus existant, ieiunẽt ter in pane & aqua, intra quindecim aut viginti ad summum dies: & Prælato & Abbatissæ respectiuè recepta restituant, super quo à nemine dispensari valeant.

5. Ordinamus etiam quod Moniales scribẽtes & mittentes litteras vel nuntia cuilibet Fratrum nostrorum, pro qualibet vice comedant in terra in Refectorio in pane & aqua: & genuflexæ maneant ad portam Refectorii transeunte conuentu, cum zona ad collum.

6 Idem intelligitur de Fratribus scribentibus, grauius puniendis, etiam pœna carceris pro qualitate literarum. Excipiuntur tam in scribendo quam in mittendis munusculis Fratres, Sorores & alii consanguinei vsque ad tertium gradum: quid id facere possint de licentia Superiorum.

FINIS.

LAVS DEO.

GRATIÆ, ET INDVLGENTIÆ A SVMMIS PONTIficibus nostræ Congregationi concessæ.

SCIENDVM est ad futuram rerum memoriam: quòd præter communia Priuilegia in Religionis fauorem omnibus Religiosis generaliter à iure concessa, præter etiam gratias multas & maximas exemptionis, & immunitatis in specie Congregationi nostræ concessas, vt patet ex priuilegiis, tam sanctæ memoriæ Eugenii IV. quàm etiam aliorum summorum Pontificum: multas quoq; alias gratias & cõcessiones, tam per Breuia & simplices signaturas, quam etiam oraculo viuæ vocis à plerisque summis Pontificibus, per temporum successiones centum annorum spatio consecuti sumus. Quas sparsas, & quasi extrauagantes, hinc inde collectas in vnum hoc capitulum compegimus, quo processu temporum non perirent: & successores nostri frui possent huiusmodi indultis: ne tanto, ac tam memorabili thesauro fraudarentur: simul vt præsentes & futuri grati semper essent & deuoti erga summam sedem Apostolicam, quæ semper nos ade-

dilexit

dilexit, fouit, tutata est, totque & tantis gratiis prosecuta, tam ob benignitatem suam, & beneuolentiam singularem, quam ob merita quoque, & sanctimoniam Patrum nostrorum antiquorum, qui sudoribus & laboribus atque industria sua sanctam hanc Congregationem fundauerunt, erexerunt, stabilierunt. Quorum nos etiam assequi vestigia & aliorum nobis parta sudoribus, non tueri solum verum etiam augere, & in dies multiplicare valeamus: vt diebus nostris hæc Cõgregatio, & merito, & numero ad Dei omnipotentis laudem, multorumque profectum etiam in posterum augeatur.

Beatiss. igitur Papa Eugenius, semper nobis, & vbique summa cum gratitudine, & veneratione nominandus, præter prædicta Priuilegia, vt supra dictum est, hæc quoque in primis Congregationi concessit: quæ quia multa continent capita, eodem ordine ad verbum infra explicabuntur.

BEatissime pater supplicant S. V. deuoti Filii, & Oratores vestri, Præsidens & Visitatores Congregationis Monachorum de obseruantia Sanctæ Iustinæ: quatenus de singulari gratia, & in fauorem obseruantiæ Regularis concedere dignemini, quòd Præsidẽs, Visitatores, Abbates, Priores, Administratores, & qui loco eorum in ipsorum absentia constituuntur Monasteriorum, siue locorum dictæ Congregationis præsentes & futuri: omnibus & singulis Monachis, Nouitiis, Cõ-

uersis, Commissis eiusdem Congregationis qui nunc sunt & pro tempore fuerint confiteri volentibus, pro omnibus & singulis peccatis, delictis & excessibus, de quibus sedes Apostolica esset meritò consulenda, prosentibus tantum, pro alis verò quibuscunque, præter sedi Apostolicæ reseruata: quotiens opus fuerit authoritate Apostolica possint absolutionis beneficium impendere, & pœnitentiam iniungere salutarem.

1. Similiter, omnes & singulos prædictos quibuscunque excommunicationum, suspensionũ, & interdictorum sententiis, aliisq; censuris, & pœnis ecclesiasticis, à iure, vel ab homine authoritate Apostolica, vel quauis alia generaliter, vel specialiter promulgatis, & quarum absolutio esset etiam sedi Apostolicæ generaliter vel specialiter reseruata, si quas incurrerint, iniuncta debita satisfactione quotiens opus fuerit absoluere valeant.

2. Possint etiam super irregularitatibus quibuscunque, & quomodocunque contractis, homicidio seu membri mutilatione proprio manu commissis, aut falsificatione litterarum Apostolicarum & bigamiæ, irregularitatibus duntaxat exceptis semel tantum, cum supradictis dispensare.

3. Super irregularitatibus verò, si quas ex censuris supradictis, vel earum aliqua diuina officia celebrando, dum tamen non in contem-

ptum clauium, forsan incurrere contigerit, quotiens opus fuerit valeant similiter dispensare: ita vt omnes, & singuli, cum quibus super irregularitatibus supradictis dispensare contigerit, vt præmittitur, ad omnes sacros ordines promoueri valeant, & in ordinibus sic susceptis liberè ministrare.

4. Quodque Præsidens, Visitatores, Abbates, Priores, & administratores, & qui eorum loco in ipsorum absentia deputantur, à confessore quem elegerint in præmissis absolui possint, quotiẽs expedierit, & cum eis vt præmittitur dispensari.

5. Quodque deputati ad audiendum confessiones Congregationis huiusmodi, possint audire omnes ad se venientes, absque alia suorum Superiorum licentia, & eos pænitentia & satisfactione iniunctis quotiens oportuerit absoluere ab omnibus & singulis peccatis & à quibuscunque suspensionum & excommunicationum sentẽtiis, aliisque ecclesiasticis censuris & pœnis, quas à iure vel ab homine latas incurrisse quomodolibet censebuntur, ac in omnibus & singulis casibus cum eis dispensare præter ea peccata, censuras, pœnas, & casus, de quibus ipsis Confessoribus videbitur eorum Ordinariis deferendum, aut de quibus esset meritò sedes Apostolica consulenda, & eis ministrare Eucharistiæ sacramentum.

6. Quodque pœnitentia ieiuniorum, quæ imposita est Monachis, & personis dictæ Cõ-

grega-

gregationis, occasione Plenariæ Indulgentiæ in articulo mortis per Priuilegium Apostolicum concessæ, possit per Prælatos, seu Visitatores dictæ Congregationis modificare, alterari, variari, augeri, & minui, dictorum Prælatorum arbitrio.

7. Et quod hæc & aliæ gratiæ amplectantur Nouitios, qui duntaxat perseuerauerint, licet de eis in Apostolicis litteris non caueatur.

8. Quodque in omnibus gratiis eidem Congregationi, siue eius Monasteriis, vel petitionis concessis, si quid dubitationis vel scrupuli emerserit, non secundum iuris rigorem seu subtilitates aut difficultates, sed secundum bonam æquitatem, in fauorem salutis animarum largissime intelligantur, & interpretentur.

Fiat vt petitur de omnibus. G.

ET quod supradicta omnia per solam Signaturam S.V. vim & effectum obtinerent, ac si super illis literæ Apostolicæ confectæ; & per Bullam Plumbeam obtenta fuissent. Non obstantibus Apostolicis, & aliis Cancellariæ constitutionibus, consuetudinibus, & ordinationibus contrariis quibuscumque.

Fiat G.

Datæ Ferrariæ, quinto Kalend. Iulii. Anno XIII.

1. Vniuer-

1 VNiuersis, ac singulis Præsidenti, Visitatoribus, Abbatibus, Prioribus, Rectoribus, Monachis, Conuersis, Commissis, & Nouitiis, Congregationis Monachorum S. Iustinæ, Ordinis S. Benedicti præsentibus & futuris, ad quos nostræ huiusmodi peruenerint literæ salutem, & pacem in Domino IESV CHRISTO.

2. Fidem facimus, & testamur nos Diffinitores Capituli Generalis eiusmodi Congregationis, celebrati in Monasterio sancti Benedicti de Padolirone, Mantuanæ diocesis eiusdem ordinis & Congregationis: Anno Domini M.cccccxxxv. die verò XIIII. mensis Maii. Qualiter Sanctissimus Dominus noster Dominus Eugenius Papa IIII. concessit præfatæ Congregationi anno primo sui Pontificatus infrascriptas gratias, per signaturã manus propriæ, quam absque Bullarum confectione voluit valere, ipsamque signaturam in aliquibus, minus plenam Oraculo viuæ vocis postea suppleuit, prout inferiùs tenore præsentium duximus annotandum: vt sit memoriale perpetuum, ad faciendam fidem præsentibus & futuris, ac de mentibus fratrũ ambiguitates & scrupolositates tollendas: videlicet, quòd Præsidens, Visitatores, Abbates, seu Priores Monasteriorum, siue locorum dictæ Congregationis præsentium & futurorum, omnibus & singulis Monachis Conuersis, Commissis & Nouitiis eiusdẽ Congregationis qui nunc sunt & pro tempore fuerint,

con-

confiteri volentib. pro cõmissis singuli (etiam
talia fuerint propter q̃ esset Sedes Apostolica
consulenda) authoritate præfata in fauorem
Religionis, absolutionis beneficiũ impẽdere,
ac pœnitentiam salutarem iniungere, illo-
que à quib. scunque suspensionum, & inter-
dicti sententiis, aliisque ecclesiasticis censu-
& pœnis quas à iure, vel ab homine, etiam
per legatorum, vel Delegatorum Sedis Ap-
postolicæ sententias promulgatas incurrisse
quomodol. bet censebuntur: etiamsi propter
rea ad Sedem Apostolicam, vel quemlibet
alium specialiter habendus esset recursus, de-
bita satisfactione, si qua propter huiusmodi
censuras esset fienda, præmissa, vel de cæte-
ienda loco & tempore debitis præstita per-
missione, & alias pœnitentias, & satisfactio-
ne iniunctis absoluere possint, ac cum eis de
per irregularitatibus, si quas propter huius-
modi sententias, vel aliter quomodocunque
præterquam in homicidij propria manu
commissi, aut bigamiæ casibus, etiamsi Mis-
sas, & Diuina Officia, non tamen in contem-
ptum clauium, post huiusmodi censuras ce-
lebrauerint, aut se immiscuerint, dispensare
& eos absoluere possint, abolendo etiam o-
mnem inhabilitatem & infamiæ notam, ita
vt ad omnes Sacros Ordines valeant promo-
ueri.

3. Abbates quoque, & Priores Congrega-
tionis præfatæ, ab ipsius Congregationis

præfa-

Præsidente & Visitatoribus in præmissis absolui possint, & secum dispensari.

4. Præsidens verò à quocunque Visitatore: Visitatores ab ipsis inuicem, & à Præsidente absolui, & cum eis dispensare valeant in omnibus, vt præmittitur.

5. Quodque deputati ad audiendum confessiones per Monasteria, seu loca dictæ Congregationis, possint audire ad se venientes, absque alia superiorum suorum licentia, & eos absoluere ab omnibus peccatis ac in omnibus casibus cum eis dispensare, præter ea peccata, & illos casus, de quibus ipsis confessoribus videbuntur eorũ Episcopis deferenda, aut de quibus esset Sedes Apostolica meritò consulenda, & eis ministrare Eucharistiæ Sacramentum.

6. Insuper, quòd pœnitentia ieiuniorum, quæ imposita est Monachis & personis dictæ Congregationis, ratione Plenariæ Indulgentiæ in mortis articulo, per Priuilegium Apostolicum concessæ, possit per Prælatos seu Visitatores dictæ Congregationis modificari, alterari, variari, augeri, & minui, dictorum Prælatorum arbitrio. Et quod huiusmodi gratia plenariæ indulgentiæ amplectatur etiam Nouitios, licet de eis in Apostolicis litteris non caueatur.

Ego Dominus Ioannes de Sicilia Scriba Capituli, ad fidem prædictorum me scripsi. Anno, & die, quo supra.

Indulgentiæ Stationum.

1 DOminus Eugenius prædict⁹, concess cuilibet de Congregatione nostra In dulgentias Stationum Ecclesiarum vrbis, v sitando quinque altaria sui loci, aut pauc si tot non habuerint, semelque Psalmum M serere, ad quodlibet altare, pro fœlici st matris Ecclesiæ dicendo.

2. Si verò contingat exire propria Mona ria, visitando in quacunque ecclesia altaria prætmittitur, eandem Indulgentiam con quantur.

3. Nescientes autem Psalmum Miserere, l co eius, dicant ter Pater noster, & Aue Ma pro quolibet altari.

Concessa fuit hæc gratia. Anno Dom
1436. 1436. Pridie Calend. Iulii.

PAulus quoque Secundus concessit quo infirmi qui ad Ecclesiam accedere n possunt, si in camera in qua habitant dica quinquies Psalmum Miserere, eandem gr
1469. tiam Stationum consequantur. 1469.

SIxtus Quartus concessit eandem Stat num Indulgentiam diebus singulis, q bus generale Capitulum celebratur omn nostræ Congregationis Fratribus visitanti

altar

altaria, & facientibus prout aliis diebus Stationum fieri consueuit. Anno 1473. Pontificatus sui Anno secundo. 1473.

IDem concessit, quod si Congregationis nostræ Fratres aliqua essent necessitate vel infirmitate præpediti, vel in itinere cõstituti, ita quod ad Ecclesias pro consequendis Indulgentiis, & aliis gratiis huic Congregationi concessis adire non possint, illas nihilominus consequantur, dicendo duntaxat illud quod in Ecclesia dicturi erant.

LEo etiam Papa decimus concessit, quod quilibet ex Fratribus nostræ Congregationis, possit consequi Indulgentiam Stationum, dicendo quinquies Psalmum: Miserere: ante vnum altare tantum in ecclesia, vel in choro, vel vbicunque, vbi altare fuerit in locis nostris.

De gratia Iudulgentiarum Vrbis, & Orbis.

INnocentius Octauus, concessit omnibus Congregationis Fratribus, etiam Oblatis vt visitãdo Ecclesias Monasteriorum & aliorum locorum Congregationis nostræ, siue principales, siue annexas & subiectas, semel genibus flexis dicendo Psalmum: Miserere: qui verò nesciunt, dicant orationem Dominicam, & salutationem Angelicam quinquies, vltra Indulgentias Stationum almæ Vrbis,

omnes alias & singulas Indulgentias Eccle-
siarum omnium dictæ Vrbis tàm intus quam
extra, & propè, quæ hactenus per sedem A-
postolicam concessæ sunt, & concedentur in
futurum, siue plenariæ fuerint siue tempo-
les, in omnibus, & per omnia, ac si dictæ ec-
clesias visitarent, & omnia illa facerent, quæ
ad consecutionem huiusmodi essent oppor-
tuna.

2. Item, idem declarauit ad instantiam non-
nullorum Patrum Congregationis nostræ
quod Indulgentiam Vrbis Congregatio-
concessam, itinerantes assequantur, dicendo
Psalmum: Miserere, tam in aliis locis, quam
in nostris. Quam etiam indulgentiam assé-
quuntur infirmi dicendo Psalmum: Miserere
prout possunt: & declarauit intelligi debere
non solùm Indulgentias ecclesiarum quæ
sunt intra vrbem, sed etiam extra, & prope.

3. Idem quoq; Pont. 1492. Ampliando pra-
1492. dictam gratiam, viuæ vocis oraculo indul-
omnibus præfatis, etiam Oblatis in Monaste-
riis commorantibus, quod addendo ad de-
ctum Psalmum: Miserere, vel ad quinque
Pater noster, &c. orationem: Deus omnium
fidelium Pastor, &c. pro fœlicitate vitæ sua-
dum vixerit: Et post mortem in remedium a-
nimæ animæ suæ, orationem: Deus qui inter
Apostolicos sacerdotes, famulum tuum In-
nocentium, &c. consequantur Indulgentias
omnium Ecclesiarum non solum Romæ,
propè existentium, verum etiam in toto to-

rarum

ertarum orbe constitutarum.

4. Volens insuper legitimo impedimento detentis ad easdem consequendas Indulgentias satis esse, si semel tantum Dominicam orationem, cũ Angelica Salutatione dixerint, aut si nihil omnino dicere nequiuerint solam intentionem sufficere.

IVlius secundus, confirmauit dictam Indulgentiam omnium Ecclesiarum mundi, quam olim concesserat Congregationi nostræ Præfatus Innocentius: hac conditione, quod fiat pro sua Sanctitate idem, quod pro se fieri statuit idem Innocentius: sicut etiam fecerat prædecessor suus Alexander Sextus in sua eiusdem Indulgentiæ confirmatione. Vnne post Psalmum, Miserere, dicenda est oratio infrascripta: Deus qui inter Apostolicos Sacerdotes, famulos tuos Innocentium, Alexandrum, & Iulium, &c.

De Indulgentiis Plenariis.

1 EVgenius Quartus cõcessit omnibus de Congregatione verè pœnitentibus & confessis, in articulo mortis plenariam Indulgentiam omnium peccatorum: quæ tamẽ ex confidentia concessionis huiusmodi non commiserint, si tamen Septem Psalmos Pœnitentiales, cum Litaniis & Orationibus cõuetis qualibet hebdomada per integrum annum dixerint.

2. Commissis verò, qui præfatos Psalmos d
cere non potuerint, si quinquagies Pa
noster, & Aue Maria dixerint.

3. Ipse quoque concessit, quod dicta Ind
gentia possit per Prælatos seu Visitatores C
gregationis modificari, alterari, variari, a
geri, & minui ipsorum arbitrio. Et quod hu
iusmodi gratia amplectatur etiam Nouitio
licet de eis in Apostolicis litteris non cau
tur.

4. Qui summus Pont. postea declarauit,
si quis ante peractam pœnitentiam, Septe
Psalmorum moreretur, nihilominus Plen
riè vt supra, absolui possit.

1 PIVS Secundus concessit, quòd pro co
sequenda Indulgentia Plenaria in mo
tis articulo, respectu Priuilegii dicti Euge
in quo continetur, quòd per annum semel
hebdomada Septem Psalmi Pœnitentiales d
cantur, possit tempus abbreuiari, & sic fa
factum priuilegio, si totiens prædicti Psalm
dicantur, quot sunt in anno hebdomadæ.

2. Concessit etiam, quod si Frater in artic
mortis constitutus reperiretur in loco, u
Sacerdos de Congregatione haberi non po
sit, quilibet alius Sacerdos, possit sibi de
prædictam Indulgentiam.

3. Cõcessit insuper, quod qui præfatam p
nitentiam pro Indulgentia mortis artic
consequenda compleuerint, extunc ipsi

gratiam ab hac luce decedentes assequantur, etiam si Sacerdotis copia in ipso suæ vitæ termino caruerint, dummodò in ipsius Congregationis gremio esse reperiantur.

1 IVlius Secundus concessit, quod qui cœperint dicere Septem Psalmos, vt supra, & non continuauerint, siue perfecerint transacta vna hebdomada, seu pluribus, prosequi possint iam cœptam pœnitẽtiam, donec perficiant, diuersis etiam temporum interuallis, ita vt non sit necesse iterum à principio repetere.

2. Concessit etiam, quod si Frater constitutus in mortis articulo non dixit, aut non recolit se dixisse, aut certe non impleuit debitum, ac præfixum Septem Psalmorum numerum, possint Fratres illius Conuentus, cum vnum corpus cor vnum & anima vna sint, supplere ante & post mortem, in toto vel in parte defectũ Fratris, ita quod sit capax prędictæ indulgentiæ.

3. Declarauit etiam quòd mortis articulus intelligatur de vero & non præsumpto, id est, quod non sortiatur effectum ipsa gratia nisi in vero mortis articulo, etiam si semel vel pluries alicui in mortis articulo data fuerit.

SIxtus Quartus concessit omnibus de Cõgregatione Indulgentiam Plenariam in mortis articulo.

INnocentius Octauus concessit etiam omnibus, vt supra, Indulgentiam Plenariam in mortis articulo, etiam cum absolutione ab omnibus casibus, cum omnimoda auctoritate Apostolica: ac si confessor in illo loco esset summus Pontifex. Et hoc de Anno 1492. 29. Aprilis viuæ vocis oraculo.

Indulgentiæ in festo Sanctissimi Patris nostri Benedicti.

PIus Secundus, per Bullam sub. dat. &c. concessit omnibus de Congregatione Indulgentiam Plenariam, in die Sanctissimi Patris nostri Benedicti, per viginti sequentes annos duraturam.

SIxtus Quartus eandem Indulgentiam de Anno 1473. prorogauit, vsque ad alios viginti annos, à fine prædictorum incipiendos.

ALexander Sextus eandem Indulgentiam per alios viginti annos prorogauit, incipiendo ab Anno 1501.

EVgenius Quartus Fratribus nostris Commissis concessit omnes Indulgentias Congregationis, sicut aliis Monachis.

CAlistus quoque tertius concessit, vt Oblati Congregationis gauderent omnibus gratiis spiritualibus, sicut & Monachi.

Inno

INnocentius etiam concessit, quod Capellani Monasteriorum nostrorum, qui pro tempore fuerint, sint participes earundem gratiarum spiritualium, seruatis seruandis.

PAulus Secundus concessit Anno Domini 1468. Die 18. Nouemb. quod habentes votum Religionis, assumentes statum commissorum, & perseuerantes in eo voto, satisfecisse intelligantur. 1468.

SIxtus quartus concessit Congregationi nostræ Indulgentiam Plenariam in die Coronationis suæ, dicentibus ante altare maius ter Psalmum: Miserere, aut duodecies: Pater noster, & Aue Maria.

HAnc gratiam renouarunt, Innocentius Octauus, Alexander Sextus, Iulius Secundus in die Coronationis eorum, facientibus, vt supra.

LEo quoque Decimus eandem gratiam Congregationi concessit in die Coronationis suæ, quæ fuit Anno Domini. 1513. die decima nona Martii. 1513.

SIxtus Quartus, concessit Anno Domini M.CCCCLXXVI. quod Fratres nostri, qui diuersis occupationibus impediti, diuinis Officiis, in Festo Corporis Christi, & Visitationis Beatæ Virginis, atque eorum octauis interesse non possunt, earundem Indul- 1476.

gentiarum gratiam, ac si personaliter interessent, consequantur.

EVgenius Quartus concessit, quod Sacerdotes nostri in itinere constituti, aut ita ad hoc causa subsistente, ante diem & usque ad Nonam inclusiuè celebrare valeant. Habetur in Priuilegio quarto, sub Dat. Pridie
1436. Kalend. Iulii. 1436.

IVlius Secundus, concessit viuæ vocis oraculo, quòd Prælati Congregationis possint habere in via altare portatile, erigere etiam seu transferre altare, irrequisito Conuentu.

INnocentius Octauus concessit, quòd Prælati Congregationis nostræ tam Abbates, quàm Priores, principale Regimen habentes, possint & valeant benedicere corporalia, vestimenta, cæteraque ornamenta Ecclesiæ, & ad cultum diuinum pertinentia, & tam suæ Ecclesiæ, quam etiam vndecunque delata, & tam à nostris, quam ab aliis, & hoc viuæ vocis
1487. oraculo. 1487.

SIxtus Quartus, concessit omnibus de Congregatione nostra equitantibus, in aduentu, & Quadragesima, & aliis vigiliis de præcepto, quod in mane possint accipere quatuor aut quinq; bolos vel circa, cum potu, & in sero comedere. 1476.
1476.

INnocentius Octauus concessit, quòd Superiores Congregationis, in Quadragesima & aliis ieiuniis de præcepto possint anticipare horam comestionis ante horam Nonam, vt eis expedire videbitur.

PIus secundus, anno M. CCCCLXIIII. viuæ vocis oraculo concessit Patribus Præsidenti, & Diffinitoribus Capituli Generalis, quod Fratribus incorrigibilibus licentiam impertiri possent transeundi ad Religionem eiusdem Regulæ etiam laxiorem, & in qua etiam minus regulariter viueretur. 1464.

SIxtus quoque Quartus concessit, vt quos Patres iudicauerint incorrigibiles, siue pro Congregatione non facere, ab obedientia sua licentiare, ac etiam expellere de Congregatione, iuxtà Regulam valeant: & si ipsi discesserint, eos requirere non teneantur: non obstante iure aliquo, nec in contrarium facientibus quibuscunque.

INnocentius Octauus 1485. Decima Decembris, per Breue Apostolicum concessit Patribus Congregationis, quòd de cætero perpetuis futuris temporibus liceat Monachos fugitiuos, vel quouis modo, etiam authoritate Apostolica à corpore dictæ Congregationis separatos, etiam si in aliquo Monasterio, vel Religione stabilitatem suam firmauerint, & habitnm Congregationis non 1485.

dimiserint, quotiens eos cum habitu Congregationis repererint, trina præmissa canonica monitione, Sub pœna excommunicationis denunciare, & cogere vt habitum huiusmodi dimittant, atque spoliare eos prædicto habitu, inuocato etiam ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachii secularis non obstantibus quibusuis prouisionibus vel priuilegiis forsan eis sub quibusuis verborum formis pro tempore concessis, cæterisque, &c.

IDem concessit viuæ vocis oraculo seu declarauit, quòd Prælati Congregationis correctionis gratia, non solum per seipsos, sed etiam per alium Monachum verberare valeant. 1490.

1490.

INnocentius Octauus per signaturam ad supplicationem Patrum Congregationis omnia & singula Confessionalia Monachis dictæ Congregationis in specie concessa, quæ forsitan in futurum sine licentia suorum Superiorum concedi contigerit reuocauit & annullauit: ac eis in aliquo suffragari non debere, de gratia speciali decreuit: non obstantibus quibuscunque in contrarium facientibus.

ALexander Sextus, reuocauit etiam ad instantiam Patrum Congregationis omnia Confessionalia tam sancti Spiritus de Roma quam cuiuslibet indulti, per quoslibet

summos

ſummos Pontifices tam conceſſa quàm concedenda, quoad noſtros Monachos, & alias Congregationis perſonas.

SIXtus Quartus conceſsit quòd obligatis ad Diuinum Officium ſufficiat attentio ad Antiphonas & Reſponſoria & alia huiuſmodi, quæ dicuntur per vnum in Choro.

IDem declarauit, quòd quibuſcunque verbis vtantur legantes vel teſtantes, ſeu alii imponentes & acceptantes Miſſas, intelligãtur ii tales ad participationem tantum admiſſi, & non ad totum Miſſæ effectum.

PIus Secundus conceſsit Patribus Congregationis noſtræ, quod per omnia Monaſteria Congregationis noſtræ hoſpitibus, peregrinis, & famulis poſsint à noſtris Monachis conferri Eccleſiaſtica Sacramẽta, quotiens fuerit, ſi quos illorum contigerit infirmari.

INnocentius Octauus conceſsit viuæ vocis oraculo ſeu declarauit, vt non ſolum Sacerdotibus ad audiendas confeſsiones deputatis, ſed etiam aliis dictæ Congregationis Sacerdotibus de Mandato aut licentia dictorũ Confeſſorum, aut aliorum ſuorum Superiorum, liceat ſic confeſsis Euchariſtiç Sacramẽtum miniſtrare, ac ſi etiam de illis in præfato indulto fuiſſet expreſſum.

IVlius Secundus concessit, quòd Prælati, & Conuentus Congregationis sine aliquo scrupulo conscientiæ possint renunciare hæreditatibus non aditis.

SAnctissimus D. N. Gregorius XIII. Pontificatus sui Anno Octauo viuæ vocis oraculo omnibus Casinensis Congregationis Abbatibus, Prælatis, Prioribus, Decanis, Monachis, Conuersis, Commissis, Oblatis, Nouitiis, & Monialibus sub eiusdem Congregationis cura constitutis tam præsentibus quàm futuris, qui ad altare maius, siue ad aliquod aliud suarũ Ecclesiarum aut alienarum si in itinere fuerint constituti, vel etiam infirmitate seu aliis necessariis negotiis & occupationibus præpediti, & præpeditæ, ad particulare sui cubiculi Oratorium debita cum deuotione, ac cordis contritione, semel Psalmum Miserere mei Deus, &c. Cum Orationibus: Deus omnium fidelium pastor, & rector, &c. Deus qui inter Apostolicos Sacerdotes, &c. aut si prædictũ Psalmum, & Orationes nesciuerint, quinquies Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam recitauerint, singulis diebus quibus prędicta fecerint plenariam omniũ peccatorum suorum remissionem & indulgentiam in Domino concessit.

Casus reseruati Præsidenti, & Visitatoribus.

SI quis accesserit ad Monasteria Monialium non seruata forma in Ordinationibus contenta.

Comedentes carnes extra Monasteria, aut alia loca eis annexa contra formam præstitutam, & exceptis casibus in Ordinatione expressis, non possunt absolui, nisi à Præsidente, aut aliquo ex Visitatoribus. Si tamen difficultas esset eos adeundi, tunc per suos Prælatos si Monachi: si verò Prælati per vnum ex Senioribus Monasterij sui absoluantur. Hac tamen iniuncta pœnitentia, vt Pręsidenti, aut vni ex Visitatoribus, quam primum commodè poterunt, se præsentent. Et insuper quotiens carnes comedendo contrauenerint, vna die pro qualibet vice, pro peccati huius satisfactione in pane & aqua ieiunent.

A Postatæ, fugitiui, & licentiati, qui licentias suas non seruauerint à sententia excommunicationis, quàm incurrerunt, nisi à Præsidente, & Visitatoribus, aut à Prælato proprio absolui non poterunt: habetur in capitulo Declarationum. XXIX.

SI quis de Congregatione nostra, Prælatus, Monachus, Commissus, aut Nouitius in electione Diffinitorum practicam fecerit di-

rectè vel indirectè, eò ipso sententiam excõ
municationis incurrunt: à qua præterquam à
Patre Præsidente absolui non possunt. Eiusdem
super inhabilitatis ad omnes dignitatis gra
dus, officia, & administrationes per quinquen
nium continuum à die transgressionis incipi
endum, pœnam, ac notam incurrunt. Per Bul
1515. lam Leonis X. sub. Dat. XII. Cal. Martii. 1515.

Casus Prælatis reseruati per Ordinationes nostras, à quibus nemo, nisi à Prælatis ipsis, aut quibus illi commiserint, absolui poterit.

1 SI quis de Congregatione nostra, quod absit, in lapsum carnis ceciderit.

2. Si quis in se, vel in alterum, intẽtione corrupta, quæ mortale peccatum inducat, actus fecerit impudicos

3. Si quis proprietarius fuerit: habetur in Declaratorio Regulæ, capitulo 33.

4. Si quis rebellis manifestus fuerit contra obedientiam, habetur in Declaratorio Regulæ. c. 3. & c. 23.

5. Si quis furtum commiserit.

6. Si quis aliquem percusserit: & habetur in Declaratorio. c. 70.

7. Si quis sectam vel practicam fecerit: Habetur capitulo quarto primæ partis de Cap. celebrando.

8. Si quis miserit litteras, aut receperit, aut eulogia, absque licentia Prælati sui: & habetur in Declaratorio cap. 54.

9. Si quis ignem incautè tractauerit, vel candelas accensas ad lecticas, vel parietes ligneos applicauerit, ita vt periculum sequi possit: & habetur in Declaratorio cap. 22.

10. Si quis mendacium pernitiosum ex industria dixerit.

11. Si quis aliquod falsum Prælato, vel Fratribus imposuerit: Habetur in cap. 2. secundæ partis de cap. celebrando.

12. Si quis falsificauerit litteras, vel sigilla: & habetur capitulo 32. Declaratorij.

13. Si quis acceptauerit, vel miserit munuscula, vel litteras, aut ambasciatas, sine licentia Prælati: Habetur Capitulo 32. Declaratorij.

14. Si quis reuelauerit secretum Capituli, aut Congregationis, intra, vel extra dictam Cōgregationem, in ipsius, vel alicuius, particularis personæ infamiam, aut perturbationem: & habetur in cap. 3. Declaratorij.

15. Si quis sine licentia carnes manducauerit: & habetur in c. 39. Declaratorij.

16. Si quis aperuerit litteras directas Prædenti, vel Visitatoribus: vel litteras signatas sigilli Congregationis, nisi de licentia eorum ad quos diriguntur, & habetur in c. 54. Declaratorii.

17. Si quis sine licentia Prælati, vel vices eius gerentis, Monasterium egreditur: & habetur 67. cap. Declaratorii.

18. Si quis Monachus, Commissus, aut Nouitius, aliquod secretum, extra sacramentalem Confessionem, sub sigillo confessionis ab aliquo de ipsa Congregatione acceperit, non possit absolui, nisi à Prælato suo: iniuncta tamen sibi pœnitentia ieiunandi tribus diebus in pane & aqua in terra, per vnius mensis spatium.

FINIS.

1579. *Hæc omnia Gregorij XIII. Pont. Max. Diplomate confirmata, Generalibus Patrum Comitiis, anno salutis. M.D.LXXIX. in Cœnobio S. Benedicti apud Mantuani, R.P.D. Paulus Venetus Congregationis Præses promulganda curauit.*

DE VNIONE CONGREGATIONIS CASALISBENEDICTI, in Francia, cum congregatione Mōtiscasini, aliàs S. Iustinæ de Padua.

Huius vnionis literæ tales sunt.

HIERONYMVS de Placentia, humilis Præsidens Congregationis Casinensis, aliàs Sanctæ Iustinæ de Padua, cęterique diffinitores Capituli generalis, Reuerendissimis in Christo Patribus, Præsidenti, Diffinitoribus, Abbatibus, Prioribus, Monachis, Nouitiis, & Conuersis Congregationis Casalisbenedicti, in Domino Amantissimis. Cum nuper à dilecto nobis filio Cæsario Grassensi, nostri Lirinensis Monasterii Prælato acceperimus, quanta in vobis vitæ sanctitas, quantoque summo cum honore nostram congregationem (à qua tanquam filii à parente, lac institutionum nostrarum exsuxisse, palam cunctis liberè profitemini) prosequuti semper fueritis: summæ non ingratitudinis iure optimo notandos fore arbitraremur: si nostri quoq; animi in vos propensiori aliquo peculiari augmento non demonstraremus.

Vos itaque paterno affectu complexi, in pa-
tem bonorum omnium ſpiritualium, quæ
noſtra congregatione, Dei benignitate fiunt
& in poſterum fient, libenter recipimus: Con-
gregationem veſtram, quaſi huius ipſius no-
ſtræ germanã ſororem in Chriſto Ieſu agno-
ſcentes. Noſtra quoque monaſteria omnia
vbicunque locorum fuerint, veſtris ſempe
commodis reſerata ac paratiſſima eſſe vo-
mus. Præcipientes omnibus Prælatis & Mo-
nachis noſtris, præſentibus & futuris: vu-
numquemque veſtrum, ſi quando ad ipſo
monaſteria peruenire contigerit, ea ſeme
humanitate recipiant, qua & par eſt inter fi
à verè Monachis accipi, & qua vos ipſos no
ſemel pleroſque in noſtratibus in Gallia acce-
piſſe cognouimus. In quorum omnium fi
has noſtras præſentes literas fieri, noſtrique
ſoliti ſigilli appenſione muniri iuſſimus. Da-
tum in Monaſterio noſtro Sancti Benedi
de Pandalione, Diocæſis Mantuanæ, reſidẽ
ibidem Capitulo noſtro generali, Quar
Cal. Maj 1559.

Andreas de Aſula, Scriba Capitu

*EVOLVTIS inde quadraginta annis (an-
no ſcilicet Chriſti 1599.) præfati Reve-
rendi Patres, rurſum aliàs fraternæ vni-
nis literas nobis largiti ſunt. Quarum ſe-
quitur exemplar.*

Ex Decreto Capituli generalis Congregationis Casinensis pro Congregatione Casalisbenedicti.

NOS D. Michael à Venetiis humilis Præsidens Congregationis Casinensis, aliàs S. Iustinæ de Padua, cæterique diffinitores Capituli generalis, Reuerendis in Christo Patribus Visitatori, Diffinitoribus, Abbatibus, Prioribus, Monachis, Nouitiis, & Conuersis Congregationis Casalisbenedicti, in Domino amantissimis. RETVLIT nobis dilectus filius noster R. D. Hilarius ab Antipoli, Abbas Monasterii nostri Sancti Honorati, sacræ insulæ Lerinensis (qui apud vos per triennium degit, à vobis cum omni humanitate & charitate receptus) quàm strenuè regularis obseruantia apud vos vigeat, & monastica disciplina in dies augeatur: Quippe qui ita se vobis deuinctum fatetur, vt tota congregatio nostra ex hoc vobis deuinctior reddatur. Ex quo fit, vt si quando quempiam vestrum ad aliquod nostrorum Monasteriorum accedere contigerit, tãquam filium nostrum charissimum nos recepturos sciatis: Cum vestram totam congregationem, tanquam filiam aut sororem charissimam pio amore complectamur, & vobis semper coniunctos fore tam in spiritualibus, quam temporalib. bonis semper gaudeamus: maximè quia iuxta diploma Apostolicũ piæ memoriæ Leonis decimi, vestra ipsam cõgregationem

ex nostra lac suxisse, ac institutam fuisse plu-
rimum lætamur: Vosque omnibus nostris
priuilegiis, immunitatibus & libertatibus
eodem diplomate gaudere ad modum gratu-
lamur: Assidueque in Christi amore semper
nos vobiscum coniunctos diu viuere pere-
ptamus. Quo fit, vt quicquid in nobis est ve-
strum esse credatis: ita vt in nobis omnibus
impleatur illud ex actibus Apostolorum, cre-
dentium erat cor vnum & anima vna. Sic
Casinẽsis & Casalis benedicti cõgregatio e-
dem semper remaneat & existat. Volumus
insuper omnia monasteria nostra commen-
vestris & vsibus esse aperta & paratissima ma-
ximè cum secum vestras testimoniales ad nos
detulerint: Præcipientes omnibus Præla-
& monachis nostris præsentibus & futuris
quemlibet vestrum in dictis nostris Mona-
steriis, tanquam vnum ex nostris ipsis, cum o-
mni humanitate tractent & recipiant: sic
vos dictum Reuerendum nostrum, & plu-
que alios ex nostris in Galliam profectos
cepisse audiuimus. In quorum fidem omni-
has nostras præsentes literas fieri iussimus
nostrique soliti sigilli appensione muni-
Datum in monasterio nostro Sanctæ Ma-
de Pratalea, Diocœsis Paduanæ, residente
dem nostro Capitulo generali, die decima
octaua mensis Aprilis. Anno Domini mille-
mo quingentesimo nonagesimo octauo.

Co-

COLLATIO facta est cum originali in pergameno scripto, & signato, Victorinus Auersanus, Scriba Capituli, sigilloque chordulis sericeis rubri coloris appenso, & pixide ferri albi concluso, per me fratrem Iacobum du BREVL, Monachum, & Scribam Capituli nostri Sancti Germani à pratis, Par. die decima nona mensis Iunii, anni 1599.

I. DV BREVL.

DE STATVTORVM cognitione & obseruatione.

LEGES & constitutiones dant formam futuris negotiis, ait Greg. Papa 9. in de const. c. vlt.

Legum & constitutionum fructus.

Plato in legibus. Æquus futurus iudex legum constitutiones ante omnia discat. & mente firmiter teneat.

Statuta seu constit. sciat superior atque obseruet.

D. Bernardus, tractatu, de præcepto, & dispensatione, cap. 7. Super fratrum transgressiones, non super patrum traditiones constituitur, qui Abbas eligitur, mandatorum, cultor, & vltor vitiorum.

Pariterque alii.

Q. Mutius aduersus Seruium Sulpicium illo vsus est sermone.

Turpe est Patritio nobili viro ius in quo

versatur ignorare.

At non minus turpe monacho statuta sui ordinis & congregationis (ad quæ per professionem & votum obedientiæ astringitur) nescire.

Et lib. 6. legum Vvisigothorum, titulo 4. cap 5. Non est minoris noxæ legum statuta nescire, quam sciendo praua committere.

Dist. 38. Nulli Sacerdotum liceat suos canones ignorare: nec quicquam facere, quod patrum possit regulis obuiare.

Statuta ligant.

Statuta per quoscunque ordinarios probata ligant: nec potest ignorantia prætendi postquam publicè publicata fuerint. infra de rescript.

Parum est condere iura, nisi sint qui ea executioni debite demandent. infra de sta. reg. vnico. §. Et quoniam. lib. 6.

D. Greg lib. 2. Registri, cap. 91. seu epistola 52. Ad Ioannem, Episcopum Constantinopolitanum. Si canones non custoditis, & maiorum vultis statuta conuellere, non cognosco qui estis.

Lib. 6. Capitularis Regum, cap. 148. Iustè repellitur præsumptio illius, qui facta Seniorum iniustè conatur rumpere.

Statuta sint iuri cõformia.

Dist. 10. Constitutiones & statuta contra Canones & Decreta Præsulum Romanorum vel bonos mores, nullius sint momenti.

Statuta nõ sint multa.

Damasus Papa, in suo chronico. Maiores Religiosorum, quanto plura statuta sui ordinis faciunt, tanto plus regulam confundunt.

In sta

In statutis ordinis seu Congregationis Sancti Guillielmi, Aquitaniæ ducis, anno Domini 1257. factis, ita legitur. Multa pręcepta multas transgressiones facere dignoscuntur: & varietate mandatorum importabilium, sæpius turbantur conscientiæ subditorum.

Plutarchus in vita Lycurgi. Charilaus, fratris Lycurgi filius, interrogatus, cur is tam paucas leges posuisset: Quia (inquit) non indigent legibus multis, qui non multo sermone vtuntur.

Frater Sebastianus Ammianus, in suo libello, de Christiana institutione, dicit tria Religionem destruere. Nimietatem præceptorum, singularitatem, & amorem temporalium. De primo (inquit) argumentum habemus in prima Religione, scilicet in paradiso terrestri: vbi tantum duo præcepta data sunt, & tamen contrarium factum est. Sæpe enim accidit, quod Prælati tot & tanta præcipientes subditis, salutem potius impediant quam augeant. Quot enim eis præcepta faciunt, tot laqueos imponunt. Vnde accidit, ꝓ quando non strangulat vnus laqueus, strangulet alius: & quem diabolus non capit vno, capiat alio.

Seneca lib. 7. de beneficiis, cap. 1. Demetrius Cynicus dicere solet, plus prodesse, si pauca præcepta sapientiæ teneas, sed illa in promptu tibi, & in vsu sint: quã si multa quidem didiceris, sed illa non habeas ad manum

Ex prologo secundæ partis statutorum ordinis Carthusiensis. Hortamur successores,

vt ab onerosa & periculosa statutorum & co-
dinationum vlteriori non necessaria multi-
plicatione cessent.

Statuta mutari possunt.

Tomo 3. Concil. cap. 50. Concilij Lam-
nensis, sub Innocentio Papa 3. anno Do-
ni 1215. celebrati. Non debet reprehensibile
iudicari, si secundum varietatem tempoum
statuta quandoque varientur humana: pra-
sertim cum vrgens necessitas, vel euidens vti-
litas id exposcit: quoniam ipse Deus ex hi
quæ in veteri testamento statuerat, nonnulla
mutauit in nouo. Citatur in de affin. & co
sang. Non debet.

Ester. 16. Rex Assuerus ait. Non putare de-
betis, si diuersa iubemus, ex animi nostri ve-
nire leuitate: sed pro qualitate & necessitate
temporum, vt Reipub. poscit vtilitas, ferre
sententiam.

lib. 20. c. 1.

Sextus Cæcilius apud Gellium Phauorinu
ait. Non ignoras legum oportunitates &
medelas, pro temporum moribus, & pro re-
rum publicarum generibus, ac pro vtilitatum
præsentium rationibus, proq; vitiorum qui-
bus medendum est feruoribus, mutari atque
flecti, neque vno statu consistere: quin, vt
facies cæli & maris ita rerum atque fortuna
tempestatibus varientur.

Statuta nõ facile & crebro mutari debent.

Radulphus Diaconus Tungrensis, lib. de
canonum obseruantia, propositione 14. Ni-
mia mutatio vitiosa videtur nec stabilibus
religiosis congruere: qui facilia & breuia se-
qui debent.

Tomo. 3. Concil. In præfatione Concilij Meldensis, sub Carolo Iuniore anno Domini 845. celebrati. Quæ bene inuenta & semel statuta sunt, obseruatione indigent (vt ex vestigiis præcedentium didicimus) non retractatione: nec solum studendum est noua cudere, sed & vetera conseruare.

Vlpianus l. In Rebus ff. de constit. In Rebus nouis constituendis, euidens esse vtilitas debet: vt recedatur ab eo iure, quod diu æquum visum est.

Liuius lib. 34. Nihil motum ex antiquo probabile est. Veteribus, nisi quæ vsus euidenter arguit, magis stari malunt.

Thucidides lib. 1. Ciuitati tranquillæ optimum non immutari statuta.

Fr. Hector Pintus, in cap. 33. Threnorum Hieremiæ, super illud. Sedebit solitarius & timebit. Quemadmodum corpora nostra solent in morbis incidere autumno, ob temporis mutationem: sic Respublica solet morum nouitate offendi ac lædi.

Liuius libr. 9. Vbi duæ contrariæ leges sunt, semper antiquæ abrogat noua. Et hoc dixit Sempronius, Tribunus plebis, in oratione quam habuit contra Appium Claudium censorem: qui tanti officij cupiditate inescatus, censuram quinquennalem, secundum prisca tempora gerere volebat: cum hanc longo multo post tempore Mamercus Æmilius dictator, intra sex mensium & anni coegisset spatium. Vnde & ab auctore, hæc

Noua tamen statuta derogant prioribus.

lex Æmilia dicta est.

Statuta nõ discutienda à subditis.

D. Bernardus, tractatu de præcepto & dispensatione, cap. 13. Imperfecti cordis & infirmæ prorsus voluntatis iudicium est statuere senio: um studiosius discutere, hærere ad singula quæ iniunguntur, exigere de quibus rationẽ, & male suspicari de omni præcepto cuius causa latuerit: nec vnquam libenter obedire, nisi cum audire contigerit quod forte libuerit, aut quod non aliter licere seu expedire monstrauerit vel aperta ratio, vel indubitata auctoritas. Delicata satis immo nimis molesta huiuscemodi obedientia.

D. ANSELMI CANTVARIENSIS Archiepiſcopi Carmen, de mundi contẽptu, vitáq; monachorum.

QVid deceat monachum, vel qualis debeat eſſe,
Qui iubet vt dicam, porrigat ipſe manũ.
Non tonſura facit monachum, non horrida veſtis:
Sed virtus animi, perpetuuſque rigor.
Mens humilis, mundi contemptus, vita pudica,
Sanctaque ſobrietas, hæc faciunt monachum.
Hæc vos in cælum (Monachi) quadriga leuabit:
Hæc poſt hanc vitam præmia ſumma dabit.
Non tonſura iuuat: iuuat aut viliſsima veſtis:
Si lupus es, quamuis eſſe videris ouis.
Nam falli poſſunt homines: ſed fallere Chriſtum
(Qui nullum fallit) nemo poſt hominum.
Ille quidem fucum ſimulatæ religionis
Damnat, & in reprobis moribus eſſe nequit:
Vouiſtis fratres? vouiſtis? Veſtra rogamus
Viuite ſolliciti reddere vota Deo.
In maieſtatem diuinam peccat abunde
Quiſquis, quæ non vult reddere, vota vouet.

Voui-

Vouistis Domino vestros conuertere mores?
Iam non peccetis: sit modus & vitijs.
Nunc humilis viuat, qui vixerat ante superbus:
Sit castus, quisquis luxuriosus erat.
Quærebat census aliquis? captabat honores?
Hinc iam vilescant census honorque sibi.
Gaudebat dapibus? gaudebat diuite mensa?
Nunc tenuem victum sobria cœna dabit.
Ille suis lætus successibus esse solebat:
Nunc lacrymis culpas diluat ipse suas.
Ostro conspicuus, gemmis insignis & auro:
Veste modò vili squallida membra tegat.
Verbosus taceat, mitescat feruidus ira;
Inuidus inuidiæ dira venena vomat.
Cuique prius cædes placuit, placuere rapinæ:
Nunc pius & mitis pacis amator erit.
Quisquis adulantum ventosa laude tumebat,
Nunc hominum laudes æstimet esse nihil.
Et qui sponte malus, gratisque nocere solebat,
Nunc etiam læsus vtilis esse velit.
Ad lites facilis fuit hic, ad iurgia præceps?
Fortiter alterius nunc maledicta ferat.
Non hunc contemptus, non hunc iniuria frangat:
Omnia robusto corde molesta ferat.
Pax, animique quies inter conuitia duret:
Nam fortem rerum nulla procella mouet.
Hæc veniam (fratres) conuersio vera meretur:
Hæc valet offensum flectere vita Deum.
Funestum monacho est quicquid malè suggerit hostis
Et conatur eum fallere mille modis.
Esse Deum credat præsentem semper vbique:
Nec se, si peccat, posse latere putet.

Cuncta ſcit, atque videt, nec quicquã præterit illũ:
Omnia ſunt oculis nuda & aperta ſuis.
Cum quid turpe facit qui me ſpectante ruberet:
Cur ſpectante Deo non magis ipſe rubet?
Si patriæ iudex ſciret ſua facta, timeret:
Scit Dominus rerum, cur nihil ergo timet?
Sed tacet, & differt, & nondum crimina punit:
Punict, & meritis arbiter æquus erit.
Propoſitum vitæ monachi ſeruato rigorem:
Nec pigeat paruo tempore parua pati.
Exiguus labor eſt, ſed merces magna laboris:
Præterit ille citò, præmia fine carent.
Ergo Deo melius ſi nil cognoſcitis eſſe,
Imò ſi ſummum creditis eſſe bonum:
Contemptis mundi rebus labentibus iſtis,
Iam ſint in ſolo gaudia veſtra Deo.
Et mihi quæ poſſunt amitti nulla videntur:
Nec longum quidquid deſinit eſſe reor.
Nam quid honor? quid opes? quid gloria? quidue iuuentus?
Forma, genus, vires, fœmina, veſtis, ager?
Magna potentia, multa ſcientia, falſa voluptas?
Vita quid, & noſtri corporis ipſa ſalus?
Non amo quod peſtis, quod fur, quod ſurripit hoſtis,
Et quæ, ſi parcant, aſpera mors adimit.
Quis poterit fari, quis ſcribere, quis meditari,
Quæ dabis in cœlis præmia Chriſte tuis?
Quiſquis ad hæc igitur paradiſi gaudia tendis,
Sedulus anguſtam nunc age diſce viam.
Ne laxes vitiis auguſtæ mentis habenas,
Diuini ſemper frena timoris habe.

Expecta Dominum, formida iudicis iram:
Et quod promittit Rex tibi, miles ama.
Paruulus esto vide, mentis depone tumorem:
Porta Dei nullum qui tumet arcta capit.
Summa quidem virtus monachi parere Priori,
Ferre iugum normæ, seq; negare sibi.
Quicquid præcipiet, mox & sine murmure serua:
Peccatum solum dedecuisse puta.
Non vilis vestis, non te locus vltimus angat:
Sæpè tui stultos ordinis ista mouent.
Sed si nos sanè sapimus, si vera fatemur,
Aggreditur virtus ardua, dura probat.
Qui sibi vilescit, qui se nihil æstimat esse,
Et timet, & mundi labilis alta fugit:
Hic est & sapiens, & cœlo proximus iste:
Non sine re monachi nomen inane gerit.
Si vult ditari, varios si quærit honores,
Induit occultum pellis ouina lupum.
Sed qui cuncta videt, mundi qui arbiter ille,
Nouit oues: tacitos nouit & ipse lupos.
HAEC ergo monachus labis & corde frequentet,
Te mihi, te solum da, Deus, & satis est.
O certè fœlix possessio, quæque beatum
Sola facit! Miserum cætera pondus habent.

FINIS.

Tomo 3. Operum S. Cypriani, circa finem, liber est, de Duplici Martyrio (qui tamen, iudicio Iacobi Pamelij creditur esse cuiusdam Neoterici) In quo hæc præcedenti poemati consona habentur.

NON locus desertus, saccus pro veste, legumen pro cibo, neque ieiunia, neque chameuniæ Monachum absoluunt. Sub his inuolucris interdum latet animus valdè mundanus. Quod ita deprehenditur, si ad munus aliquod ecclesiasticum vocentur: ibi videas quosdam ex illis facillimè vinci deliciis, impatientiores iniuriarum, appetentiores vindictæ quam quiuis alius sit ex media plebe. Quid causæ est? Quoniam corpus exercuerunt magis quã animũ: cum B. Paulus doceat, quod exercitatio corporalis ad modicum vtilis sit, pietas ad omnia valeat. Non hæc dixerim, quod improbandi sint, qui talibus modis castigant corpus suum & in seruitutem redigunt: sed quod Satanas mille instructus artibus, nonnumquam illudit incautis, transfigurans se in Angelum lucis, & ex huiusmodi corporum exercitamentis inducit illis falsam sanctimoniæ persuasionem: cumque intus madeant spiritualibus vitiis, & sibi & aliis habentur pii. Talis erat iustitia Pharisæorũ: cui prælata est, iudice Christo publicani iniustitia.

1. Timot. 4.

2. Cor. 11.

Luc. 18.

D. Hierony. to. 1. epistola 14. Ad Celantiam de Ratione piè viuendi: Multò deformior est superbia, quæ sub humilibus signis latet.

INDEX
RERVM AC VERBORVM MEMORALIVM IN CONSTITUTIONIBUS Patrum Casinensis Congregationis contentorum.

ABBAS, aut Prælatus nullus amoueatur de quo non mouendo prius Diffinitores inter se tractauerint. 64

Abbas aut Prælatus vltra quinquennium, quaratione possit in eodem Monasterio institui per alterum tantum. 65

Abbas aut Prior nullus esse possit, qui in Prioratu, aut Decanatu, quinquennio respectiue laudabiliter non vixerit. 68

Abbas & Conuentus quomodo, quando, & quas litteras teneantur mittere Capitulo Generali. 2

Abbas Sancti Pauli quando teneatur mittere Fratres ad Monasteria Regni, & Tusciæ. 10

Abbas, siue Prælatus in aliquo Monasterio infra annum deputatus, quando pro integro anno illi imputetur. Idem de Rectoribus Mēbrorum statuitur. 1

Abbatissa iuxta formam Concilii Tridētini eligēda. 12

Abbatissa non potest Capellanum reiectum, & licentiatum iterum recipere, secus faciens, sine Prælatis licentia, sit suspensa ab officio suo. 12

Abbatissa nulla plusquam per biennium, in tali officio perseuerare possit. 12

Abbatissa vacans non possit statim eligi in Priorissam, sed vacet per biennium ab omnibus officiis. 12

Abba-

Abbatissæ electioni qui præsunt septa Monasterij non ingrediantur, sed ad fenestrellam vota singularum audiant. 125
Abbatissæ vacent per quadriennium. 127
Abbatissæ electio quando, & qua ratione faciendæ. 124.125
Absentes nullo pacto vocem habere possunt in Generali Capitulo. 29
Absoluti ab officiis, & dignitatibus, cui, & quando prostrati se accusare debeant, & veniam petere de excessibus, & negligentiis commissis. 28
Absolutio Præsidis, & aliorum Prælatorum, ab eorum regimine, & titulo qua ratione fiat. 27.
Absoluti Præsidis pronuntiatione, tempore Capituli Generalis, loca suæ professionis, petant. 28
Ad conuentualatum qui censeatur electus. 7
Ad conuentualatũ qui suffragia dare possint, quãdo, & qua ratione. 67
Administratores vocem habent in Capitulo Generali, & quando. 22
Admonitiones & correctiones Præsidis, cum omni reuerentia, & deuotione suscipiendæ. 54
Admonitionis forma, qua vti debet Præses, quando aliquem admonet, examinationis tẽpore. ibid.
Anniuersarium pro Eugenio iiij. quo tempore celebrãdum, in omnibus nostris Monasteriis. 115
Anniuersariũ pro Guidone de Gonzaga quando, & vbi celebrandum: ad placitum Capituli generalis 116
Anniuersarium pro Ludouico Barbo, quo tempore in omnibus nostris Monasteriis celebrandum. ibid.
Anniuersaria quæ perpetuo sunt celebranda, & qua ratione. ibid.
Anniuersaria tria annuatim celebrãda, pro quibus & quando. ibid.
Appellationes quando transeant in rem iudicatã. 48

Appellationes vsque quo pendere possint. ibid.
Approbatio trina in promouendis ad dignitates, & officia necessaria. 67
Approbati primo, & altero anno, tertio minimè, ratio. 68
Approbatorum nomina Visitatoribus in folio descripta tradenda, qui trinam habuerint approbationem, notentur in libro approbatorum. 69
A sententiis Auditorum licet appellare ad Diffinitores. 48.
Auditores causarum ad electionem Præsidis, quando sint vocandi. 61
Auditores causarum aduocandi quando, à quibus, & quare. 52
Auditores causarum quoti, à quibus, qui, & quaratione eligendi. 44
Auditores iudicent iustitia præuia. 47
Auditores licentias alienandi examinent. 45. 46
Auditores Matriculam conficiant, quam, & in quē vsum. 46. 47
Auditores, Monasteriorum redditus, & rationes lati, & accepti, exactissime videant, & quare. 46
Auditores quando, & vi Conuentuales aduocent, & ad quid. 4
Auditores quæ computa examinare debeant, & quid. 4
Auditores signa faciāt quando, & quibus absentibus 49
Auditorum sententia, & acta in scriptis redigenda, & Regimini consignanda, & quando. ibi
Auditorum sententiis satisfacere nolentes, quapoplectendi. ibi
Authoritas omnis, quam penes Priorem claustri remaneat.

B

BReue Gregorij xiij. de ingressu personarū laicarum, & aliarum Monialiū clausuris summarum.
Breue Gregorij xiij. leg. quotannis coram omnibus de Capitulo, & quando.

Bullæ Leonis x. de practicis declaratio. 12.13
Breue Pij V. de Monialium clausura, summarium. 131

C

CAncellarij Patrũ munus. 41
Cancellario coadiutor dandus tempore Capituli Generalis, & quare. ibid.
Cancellarius Patrum, aut eius coadiutor, erit Conseruatorum Scriba. 31
Cancellarius Patrum in eo munere multos annos perseueret, in arbitrio Regiminis. 42
Cancellarius Patrum quando publicandus. 41
Capituli Generalis tempore qua ratione Prælati, Cõuentuales, & cæteri Fratres confiteantur, & cui. 34
Capituli Generalis tempore vacant omnes dignitates & officia, etiam generalis Regiminis. 27
Capitulo Generali scribere volentes, non animi facilitate, aut passione seducti, sed Deum præ oculis habentes scribant. 17
Capitulo Generali succincte scribendum. 15
Capitulum Generale fiat singulis annis Dominica quarta post Resurrectionem Domini. 12.
Capitulum Generale per biennium continuum tantum, in vno Monasterio celebrari possit. 76
Capitulum Generale, qua ratione procedere debeat in Monasteriis nouiter accipiendis. 112
Capitulum Generale tantum, potest Monasteria de nouo acceptare. 112
Carnes à Monialibus missas, nullus accipiat sine superioris licentia. 123
Carnium esus tempore Generalis Capituli quibus, & qua ratione concedendus. 43
Casus Prælatis reseruati per Ordinationes, & Constitutiones nostras. 116
Casus reser. Præsidi, & visi

toribus 155
Causas ad aliquem Auditorum spectantes qui iudicare debeant. 48
Cedulas quas Scrutatores scrutati fuerint comburant statim, secus facientes qua pœna plectendi. 64
Cellerarius non soluens debita liquida Monasterij sui, etiam ab Abbate admonitus, qua pœna plectendus. 81
Census annuus vnius vnciæ auri in signum perpetuæ libertatis Cameræ Apostolicæ soluendus. 59
Claues Archiui scripturarum penes quem manere debeant. 82
Collocutiones, & detractiones cauendæ. 34
Comedere in locis Monialium qui possint. 120
Commissi seruiant Missis, tempore Capituli Generalis. 35
Computa Congregationis, debitorum & creditorũ à quibus, & quando videnda. 57
Confessores Monialium quando eorum Monasteria ingredi possint, et qua ratione. 12
Confessor Monialium clausuram ingrediens quibus positione vadat. 12
Congregationes infra annum nihil concludere possunt nisi duæ ex tribus partibus consentiant. 1
Congregationibus infra annum, septem tantum interfint Prælati diuersorum Monasteriorum propriis ibid.
Conseruatores magistratus inito, quid agere debeant. 37
Conseruatores, quando reos pœnam decernere debeant, & quomodo. 1
Conseruatorum eligendi modus, & tempus. 1
Conseruatorum officium quod. 1
Conuentuales, ea quæ sanctissima tenere debeant. 14
Conuentuales quando litteras suarum electionem fidem facientes præsentare debeant. 1

Conuen-

Conuentuales quæ à Fratribus accipere debeant Capitulo Generali portanda. 15
Conuentuales, quæ loca tenere debeant in Monasterio, in quo Generale Capitulum celebratur. 23
Conuentuales vocem actiuam tantum habeant in electione Diffinitorum si aderint. 22
Conuentualis eligendi modus. 8
Conuentualis officium. 14
Conuentus, & Monachi Congregationis quæ, & qua ratione transmittere debeant Auditoribus Causarum. 42
Conuentus omnem curam adhibere debent, vt quã primum significent vacationem sui Abbatis, & cui. 101
Conuentuum reformatio à Diffinitoribus quando tractanda, & qua ratione. 66

D

DEcanus, aut superior nullus deinceps fiat, nisi completo septennio post Sacerdotium, in Congregatione. 69
Depositarij electio qua ratione facienda. 50
Depositario, Prælati omnes consignent marsupia. Ibidem.
Depositarius accipiat de marsupio cuiuslibet Monasterij taxam vnam, & ratam annatæ. ibid.
Depositarius Capituli qua ratione custodire debeat Marsupia, pecunias, & litteras cambij penes se depositas. 32
Depositarius in libris computorum, & libellis cuiuslibet Monasterij, quæ scribere debeat. 50
Depositarius sit in arte cõputorum peritus. 50
Deputatarum Monialium, & aliarum officialium electio fiat de consensu Visitatorum suorum, & perseuerent per bienniũ

tantum. 128
Deputati ad Monasteria nouiter acceptanda ad ea se trãsferre tenentur, secus facientes quæ pœna plectendi. 114.
Diffinita à Diffinitoribus, obseruanda ab omnibus Prælatis, & Fratribus Congregationis. 32.
Diffinitor quando Diffinitorium exeat. 65.
Diffinitor qui fuerit, illo anno in Visitatorem eligi non potest. 72.
Diffinitor vnus tantum sit, de vno Monasterio professus. 29.
Diffinitores censendi, qui maiori suffragiorum numero supra dimidiam iuuabuntur. 30.
Diffinitores debent cuncta Capituli negotia disponere. 31.
Diffinitores duo antiquiores se subscribant, & fidem faciant de electione Scribæ Capituli Generalis. 39.
Diffinitores & Patres in Dietis congregati nullum promoueant ad fauorem Principum, [illegible] alicuius extra gremium Congregationis. [illegible]
Diffinitores non facile audi-torum sententias [illegible] cent. [illegible]
Diffinitores rescribant [illegible] cuique Monasterio [illegible] tum Monachorum [illegible] merum: quibus animad-uersis, & quare. [illegible]
Diffinitores Præside absente signa omnia faciant, [illegible] bi inuicem deferentes. [illegible]
Diffinitores quæ Visitatoribus in scriptis tradi debeant, & quando. [illegible]
Diffinitores qua ratione, [illegible] compositione suas sententias explicare debeant. [illegible]
Diffinitores qui possint [illegible] gi, & quando. [illegible]
Diffinitores tempore Capituli omnem Cõgregationem repræsentant. [illegible]
Diffinitorum authoritas, & potestas. [illegible]
Diffinitorum vnus sit Scriba Capituli. [illegible]

E

Electio Abbatissæ per vota secreta fieri debet. 126.

Electio Depositarij Capituli Generalis à quibus, & qua ratione facienda. 50.
Electio Prælatorum à quibus, & qua ratione facienda. 63
Electio Præsidentis Regiminis, quando facienda. 60
Electio procuratoris in Romana Curia à quibus, quando, & qua ratione fieri debeat. 73
Electio Scribæ, & Cancellarij Capituli Generalis quomodo facienda: & de pertinentibus ad eorum officia. 39
Electio Scrutatorum quomodo fiat. 25
Electio Visitatorum quando à quibus, & qua ratione facienda. 72
Eleemosynæ pro receptione Nouitiorum acceptæ, Abbatissa, sine interuentu sui Prælati expendere nõ potest. 130
Elegibiles Sacerdotes ad Cõuentualatum qui sint. 7
Eligi in Visitatores qui non possint, iuxta formam breuis Gregorij xiij. 72
Examinatio Monasterij illius Prælati, qui fuerit illo anno Diffinitor, qua ratione facienda, scribẽda, & à Scriba custodienda. 52
Examinatis Monasteriis Monachorum, ad examinationes Visitatorũ Monialium procedendũ & qua ratione. 54
Excusandi à Conuentualatu, & qua ratione. 7
Expensa à Congregatione facta pro aliquo Monasterio, à quibus exigenda, & quando 58
Expensæ circa mutationes, Monasteria faciant ad quæ accedũt mutati. 108
Expensis quæ in Capitulo Generali fiunt, omnes Monasterij cõtribuere tenentur iuxta eorũ taxas. 76

F

FAmuli sint discreti, & quieti tempore Capituli Generalis. 35
Forma Cap. Generalis. 21
Frater alicui aliquid imponens, & non probans, visitationis tempore,

pœnam talionis subeat, & culpam in Capitulo dicat. 89
Frater aliquid volens intimare Capitulo Generali, scribat ipse: si nescit, quid agere debeat. 15
Frater Fratrem non sollicitet, vt Capitulo Generali aliquid significet. 16
Frater petens mutari infra annum, quando, à quibus, & qua ratione possit mutari. 106
Frater qui aliquid Capitulo Generali significauerit in præiudicium alicuius, qua pœna plectendus. 17
Frater scandalosus, aut infirmitatis causa mutatus, cuius expensis proficisci debeat ad obedientiam. 108
Fratres à Visitatoribus in actu visitationis mutentur, & quare, expressa causa mutationis. 70
Fratres caueant, ne de iis, quæ ante visitationem Monasterij acciderint, aliquid Capitulo scribant. 16
Fratres mittendi ad Sanctum Paulum Romam, transacto tantum Septem[illegible] mittantur. [illegible]
Fratres mutandi, ad vicina ora loca mutentur, & singuli sigillatim bal[illegible] tentur, non plures simul. 71
Fratres mutati, mittant[illegible] induti competenter, [illegible] cum necessario aditer[illegible] gendum. [illegible]
Fratres non possunt aliqu[illegible] donare Monialibus, [illegible] de licentia Prælati sui, [illegible] cus facientes, qua pœ[illegible] plectendi. [illegible]
Fratres non præsumant [illegible] cedere, ad Monaster[illegible] Monialium sine licentia [illegible] secus facientes carc[illegible] mancipentur. [illegible]
Fratres non præsumant [illegible] nire ad Capitulum Generale, seu ad loca circ[illegible] uicina sine licentia: secus facientes qua pœna plectendi. [illegible]
Fratres non reuelent alius ea quæ Conuentuali scripto, aut verbo tradiderint Capitulo Generali

referen[illegible]

referenda: secus faciẽtes qua pœna plectendi. 14
Fratres nostri scribentes Monialibus, qua pœna plectendi, quibus exceptis. 135
Fratres qui possunt in locis Monialium pernoctare. 121
Fratres requisiti à Regimine, siue à Visitatoribus, quacunq; dignitate fungantur, quid agere debeant. 4

G

GRatiæ, & indulgentiæ a nonnullis summis Pontificibus nostræ Congregationi concessæ. 136 7.8.9.140.1.2.&c.
Gratiæ & indulgentiæ nostræ Congregationi concessæ ad Moniales, & ad quas personas extendantur. 117

L

LIcentias accedendi ad Romanam curiam qui dare possint & quando. 83
Licentiæ a Visitatoribus datæ, quando sint nullius valoris. 97
Licentiæ eundi ad Monialeſ à quibus, & qua ratione sint dandæ. 120
Licentiam recipiendi Nouitios ad professionẽ, qui, & quando dare possint. 85.
Litteras gratiosas scribere faciat Scriba, & eas subscribat. 40
Litteræ Capituli Generalis tam missiuæ, quam responsiuæ, Cancellario imponantur, easque qui videant. 75.
Litteræ electionis Conuentualis fidem facientis forma. 11.12
Litteræ gratiosæ, pro parentibus, Fratribus, & Sororibus Fratrũ nostrorum nõ sunt petendæ, & quare. 18.
Litteræ scribendæ in pergameno, cũ appositione sigilli pendentis, quæ sint. 41.
Litteræ scriptæ in alicuius præiudicium sunt Visitatoribus dandæ: & ad quid. 17.
Litteræ signatæ sigillo PAX, quibus liceat aperire, & quando. 86.

Litterarum sine subscriptione Capitulo Generali datarum, inuenti scriptores carceri mancipandi. 16
Litteris subscriptione carentibus nulla fides adhibeatur. ibid.
Locus electus pro Generali Capitulo celebrando, quando, à quo, & de quorum consensu possit mutari. 70
Locus pro Capitulo Generali celebrando, quando, & qua ratione eligendus. 75

M

MArsupia cum pecuniis & litteras cambii, Prælati, & Conuentuales penes quem, & quando deponere debeant. 32
Magistri laici, aut ecclesiastici, Moniales docere non possint sonum, aut cantũ. 132
Missa canẽda de Spiritu sancto nisi festum impediat, quando, & qua de causa. 6
Missas celebrare in ecclesiis Monialium qui possint. 132
Missa de Dominica cum commemoratione Spiritus S. quando, & quare canenda. 86
Missa de Domina tempore Capituli Generalis, quando dicenda. 5
Missæ de Domina, quibus esse debeant. ibid.
Missæ triginta quibus, quando, & pro quibus publicandæ. 7
Modus eligendi Visitatores. 72
Modus, quo Diffinitores expediant terminanda. 5
Modus scribendi Capitula Generali. 3
Monasteria ad subuentiones & ad solutiones aliquibus deputata dinumerantur. 5
Monasteria à quibus recedunt mutati, eis prouideant de necessariis ad iter agendum, saltem in pecunia. 108
Monasteria de nouo, quibus animaduersis sint acceptanda. 113
Monasteria idonea ad celebrandum Capitulum Generale, dinumerantur. 71

Monasteria Monialium, qua ratione sub cura Congregationis, aut particularis Monasterii acceptari possint. 115
Monasteria Regni, & Tusciæ pro quibus expensis, nihil possint exigere, à Monasterio Sancti Pauli 109. 110.
Monasterium aliquod à Cõgregatione qua ratione possit alienari. 115
Monasterium exire in quo Capitulum Generale celebratur, tempore Capituli, nulli licet sine licentia Præsidis. 35
Monasterium non tenens sex Monachos professos non computato Prælato non potest mittere Cõuentualem ad Capitulum Generale. 2
Monialibus Confessor extraordinarius exhibendus à quo, & quando. 124
Moniales in electione Abbatissæ practicas facere non audeant, contrafacientes qua pœna mulctandæ. 126
Moniales nihil accipiant de bonis Nouitiarum, quæ in probatione sunt, & quare. 130
Moniales nihil donare possint alicui ex nostris, etiã de Abbatissæ licentia. 135
Moniales non audeant quicquam fabricare, sine Visitatorum, & Prælati sui licentia. 132
Moniales non præsumant cãtare in organis, sine licentia Prælati sui. ibid.
Moniales non præsumant mittere Diffinitoribus munuscula. 134
Moniales non vtantur velis sericis, aut crispatis bauariis, nec teneant catulos, nec cameram, & cellam simul, quare. 132
Moniales, nullam in Monialem suscipiant, nisi chrismatam, & quare. 130
Moniales omnino abstineant à colloquiis personarum cuiuscunque sexus, quando & quare. 134
Moniales scribentes, vel mittentes litteras, vel nuncia alicui Fratrum nostrum qua pœna plectendæ. 136

Moni-

Moniali non licet post professionem exire de Monasterio. 131
Monialis nulla nec Abbatissa, introducere alios Medicos præter ordinarios præsumat sine licentia, & cuius. 134
Monialium communio quãdo, & vbi fieri debeat, feria v. maioris hebdomadæ excepta. 123. 124
Monialium Visitatores aliquid nota dignum in visitationibus inueniẽtes, cui referre debeant, & quare. 120
Monialium Visitatores si quas alicui Moniali licẽtias concesserint, in scriptis dent. ibid.
Mortui, Fugitiui, Mutationes, & Fratres qui anno præterito professionem emiserint, quando in Capitulo Generali publicãdi, & quare. 77. 78
Mulier cuiuscunque conditionis sit, non possit reponi in Monasteriis Monialium, nisi seruatis seruãdis: caussa vrgentissima excepta. 130
Mulieres seculares possunt in Monialium Monasteriis per Confessorem tumulari, & quare. 124
Munera accipientes, quare tione sint puniendi. &
Munera accipere Prælati, Diffinitores aut Visitatores non possunt, & quibus, durante eorum officio. ibid.
Mutati à sancto Paulo, quæ secum asportare debẽt, & sarcinulas cui ostendere, & quare. 1[illegible]
Mutati etiam inuito eorum Prælato, omnino pareant. 105
Mutationes, Fratrum discretæ, plerunque vtiles & necessariæ, & quare. ibidem.
Mutationes Prælatorum infra annum, nisi vrgente de causa non faciendæ. 100

N

Nouitiæ nõ vestiendæ vltra quem numerũ. 129
Nouitiorum Magistri nullis deinceps fiant, nisi exple-

to no-

to nouennio à Sacerdotio in Congregatione. 69.
Numerus Decanorum, Sacerdotum, & Clericorũ in vnoquoque Monasterio statuendus, & quare. Ibidem.

O

OFficium, & munus Procuratoris in Curia Romana. 74
Opinio in qua duæ partes Diffinitorum conuenerint censeatur ab omnibus diffinita. 55
Orandum tempore Capituli Generalis. 75
Ordinationes approbatæ, qua ratione reuocari possint. 56 57
Ordinationes Capituli præteriti, & ordinata per Præsidem, & Visitatores, quando legi debeãt, & quare. 56
Ordinationes nouæ non facilè amodò fiant, sed tãtũ ex vrgentissima causa. ibid.
Ordinationes nouæ seruandæ, sed non registrandæ, & vsquequo. ibid.
Ordinationes ter in anno in Monasteriis sunt legendæ & quo tempore. 77

P

PActa quæ fieri possunt cum Abbate commendatario, qui titulo nollit renuntiare: & quando, & qua ratione, confirmationis Apostolicæ sint robore suffulta. 113
Passiones propriæ non propalandæ. 35
Pecuniarũ distributio quãdo, & à quo fieri debeat. 79, 80.
Pecunias qui penes se habuerit, ad eius Monasterium non spectãtes, quid agere debeat. 82.
Pecuniæ Decreto Diffinitorum creditoribus Congregationis persoluendæ, effectualiter restituantur & Depositarius eas in libro cõputorũ adnotet. 80
Pecuniæ exactæ secundum taxam Monasteriorum, pro expensis Capituli Generalis, in quibus sint distribuendæ. ibid.
Pecuniæ pro soluendis annatis tempore suo, qua ratione custodiendæ. 19

Pecu-

Pecuniæ solutio quæ Romæ facienda est, fiat impensa illius Monasterij, qui soluere tenetur, & qua ratione. 59
Pœna qua plectẽdi sunt Cellerarij qui pecunias Capitulo Generali mittandas mittere distulerint. 20
Pœnitentiati excluduntur à conuentualatu. 1
Portæ Monasterij Monialiũ ponantur duæ claues ita vt non possit aperiri, nisi socia assistente. 128
Practicæ in electione Diffinitorum inhibentur, & quæ sint declarantur. 31
Prælati ad Capitulum Generale venientes, quæ secum deferre debeant. 18
Prælati Castriuillarum, Lerini, Caëtæ, & Ragusii, quando ad Capitulũ Generale venire debeant. 3.
Prælati caueãt ne alicui Moniali concedant speciales licentias: & si concesserint in scriptis eas dent. 120
Prælati. Conuentuales, & Deputati illius Monasterii, in quo Capitulum Generale celebratur confiteantur inuicem. 34
Prælati, & Celterarij, non soluẽtes pecunias sibi imperatas, pro solutione aliæ alieni, & subuentionibus faciendis, qua pœna plectendi. 38
Prælati, & Conuentuales absentes vocem non habent in Capitulo Generali. 1
Prælati euntes ad Capitulum Generale, possunt ducere secum Commissum.
Prælati, & Conuentuales quæ ad sua Monasteria Fratribus denunciandum portare debeant. 7
Prælati, & Fratres non possunt accedere ad Romanam curiam, nisi de consensu Præsidis, & vnius Visitatoris. 8
Prælati Monasteriorũ, quibus subditæ sunt Moniales, quando, & qua ratione ingredi possint Monasteria earum, & quos secum ducere. 120
Prælati nisi elapso quinquẽnio, quo ad sieri potest non mutandi. 63
Prælati non venientes ad Capitu-

pitulum Generale, legitima causa cessante, quam authoritatem & locum eo tempore teneant. 4
Prælati non vocati, ad Dietas accedere non possunt, secus facientes, qua pœna plectendi. 103
Prælati portent taxas sibi cõtingentes ad Capitulum Generale. 15
Prælati quando licentiam, & benedictionem à Præside requirere debeant & redire ad sua Monasteria 79
Prælati quando possint sibi inuicem transmittere Fratres, & stabilire cum licentia Præsidis. 106
Prælati quando, & quæ petere debeant, à Scriba Capituli. 78
Prælati recedentes à suis Monasterijs, quid agere debeant. 105
Prælati Siculi veniant saltẽ duo quotannis, & qui, ad Capitulum Generale. 3
Prælati Titulares tempore Capituli Generalis tenent locum professionis. 4
Prælati titulum, & administrationem habentes sunt vocandi ad Dietas celebrandas. 102
Prælato vno absoluto, defuncto, alius eligatur & qua ratione. ibid.
Prælato defuncto penes quem authoritas maneat, & quousque. 104
Prælatus alicuius Monasterij, non soluens liquidum debitum, quando voce actiua, & passiua priuetur. 81
Prælatus, electioni Conuentualis interesse debet, & qua de causa. 6
Prælatus ob culpas suas amouendus à prælatura, qua ratione amoueatur, & à quibus. 99
Præses, aut Visitator hæreticus, præuaricator, vel Regulæ contemptor, qua ratione puniendus. ibid.
Præses, aut visitator indigẽs aliqua Fratrum prouisione, quis et prouisionẽ huiusmodi facere debeat 107
Præses aut vnus, ex Diffinitoribus, in Diffinitorio loquente, cæteri taceant. 55

Præses Cancellario tantum vtatur in negotiis ad suum offi ium, & ad Cōgregationis Regimen pertinentibus. 42
Præses quando cantare debeat Miss.m de Sanctissimo Patre Benedicto. 60
Præses caueat ne affectione aut passione aliqua moueatur: secus faciens puniendus, & à quibus. 85
Præses Congregationis infra annum facere nō potest, nec locum eligere pro eis celebrandis sine consensu Visitatorum, & quorum. 86
Præses distribuat vnicuique Diffinitorum officia, quæ, & quando. 52
Præses eligatur ex Diffinitoribus. 29
Præses & Visitatores appellatione Regiminis intelliguntur, & quæ exequi possint. 85
Præses & Visitatores à loco Capituli Generalis vltimi recedere debent. 79
Præses, & qui habeā: sigilla eiusdē characteris signata scilicet Pax. 86
Præses, & Visitatores omnem repræsentant Congregationem. 86
Præses, & Visitatores possunt ordinata per Capitulum suspendere, & aliquod vniuersale statuere & quousque. 87
Præses, & Visitatores qua ratione possint infra annum Monasteria de nouo acceptare. 114
Præses, & Visitator graui ter relinquens, qua ratione sit absoluendus ab officio & dignitate. 95
Præses infra annum potest Fratrem delinquentem corrigere, inuito etiā etiam Prælato. 87
Præses omnia Monasteria visitare potest, & cum quo, quibus exceptis. 83
Præses omni tempore absoluere potest Fratres à casibus reseruatis. 85
Præses post absolutionem sui à Præsidentatu, quid agere debeat. 28
Præses pronuncianda electione sui, Diffinitorum, & Cōseruatorū, quid legere debeat corā omnibus. 31

Præses quando committere debeat omnibus, vt oretur, & pro quibus. 78
Præses quando, & cui possit assensum dare infra annum, vt mutetur. 94
Præses quando se, & cæteros ab omni dignitate, officio, & administratione absolutos pronuntiare debeat, & in eius Absentia, quis vices eius gerere debeat. 27.28
Præses qua ratione prouidere debeat vacationibus Prælatorum. 101
Præses quæ diplomata Pontificia legere debeat, omnibus audientibus, & quando. 25
Præses quæ legere debeat Scrutatoribus, antequã ad electionem Diffinitorum procedatur. 26
Præses quæ verba dicere debeat in sui absolutione à Præsidentatu. 28
Præses quo pacto fidem facere debeat de electione Scribæ Capituli Generalis. 29
Præses Regiminis electus, omnino acceptet: & corã omnibus Fratribus, à quo pronuntietur. 61
Præses Regiminis ille censeatur electus in quem quinque voces Diffinitorum conuenerint. 60
Præses Regiminis pronuntiatus, postulet ab omnibus pro se orari, & ad pacis osculum à quibus recipiendus. 61
Præses Regiminis quolibet quarto anno vltra alpes deputetur, & quare. 60
Præses sciscitetur vota Diffinitorum, incipiens à nouissimis vsq; ad primos, vltimus ipse dicturus. 55
Præses solus in quocumque Monasterio fuerit omnia signa faciat. 82
Præses solus potest dispensare Abbatissam suspensam ab eius officio. 128
Præses suo, & Visitatorum iudicio quos, & quotos aduocare debeat ad Dietas celebrandas. 101
Præses transiens ab vna Prouincia ad aliam, pro celebratione alicuius Congregationis, sine consensu Visitatorum vtriusque

Prouinciæ, careat voce actiua, & passiua in sequenti Capitulo. 86
Præses tenetur sub pœna priuationis actiuæ & passiuæ vocis, omnes ad Capitulum Generale sine licentia venientes, statim dimittere. 5
Præside electo Te Deum laudamus, à quo incipiendus, vbi, & qua ratione canendus. 62
Præsidens veniens ad Capitulum Generale secum ducat Cancellarium. 5.
Præsidentatu vacante, quauis causa, antiquior Visitator sit præses, & quibus exclusis. 100
Præsidi deferenda omnia Congregationis negotia, quæ intra annum occurrerint. 83
Præsidis eligendi Scrutinium, quando, & quomodo fiat. 30
Prior quando à Conuentualatu excludendus. 7
Procurator rectè in Curia officium administrãs, per quinquennium ad minus perseueret, quo elapso Prælatũ promoueri p[illegible] 75.
Procurator in curia quis esse debeat, & quando ius officium spectent.
Procuratori in Curia, quando, & à quibus Coadiutor deputandus, & quare.
Procurator in Romana Curia quis, quomodo, quando, & à quibus fit e[illegible]dus.
Procurator quis, & quando de negociis publicis, priuatis, certiores fa[illegible] debeat.
Procuratores ad mutuandas pecunias tres esse debent, & pecuniæ mutuatæ summa in syndicatu apponenda.
Professio à puellis quãdo fi[illegible] debeat.
Promouendi ad dignitates & officia qui quando, qua ratione.
Pronunciandæ in absolutione Capituli Generalis quo ordine.
Publicatio, & absolutio Capituli Generalis, quando, quomodo

quibus præsentibus, qua ratione, & à quo facienda. 77
Puella nulla possit in capitulo Monialium proponi, nisi de consensu Prælati, & Visitatorum. 129
Puella semel reiecta, nõ possit amplius proponi, nisi maior pars Capituli Prælato præsente consenserit. ibidem.
Puellæ tum ad habitum, tum ad professionem, qua ratione sint accipiendæ. 128
Puellæ vestiendæ habitu sanctæ Religionis, qua ratione sint, quando, & vbi. 129.

Q

QVæstor de quibus fidẽ scripto facere debeat, quando. 23
Quando de relatis Capitulo Generali, certa informatio haberi nequit, quid agendum. 54
Quindennia ad Capitulum Generale non portantes, quid agere debeant. 23
Quot suffragia cõuenire debeant in eum qui ad dignitatem, aut officium, est eligendus. 67

R

ROmam accedentes pro causis sollicitandis, releuare teneantur Monasterium sancti Pauli de expensis, qua ratione, & quibus exceptis. 110

S

SAbbato ante quartam Dominicam post Pascha fiat in Missa commemoratio de Spiritu Sancto. 22.
Sabbato ante quartam Dominicam post Pascha, post Nonã Præses quid agere debeat. ibid.
Sacerdotes actu tãtum, sunt eligibiles ad Conuentualatum. 7
Sacerdotes in Congregatione recepti, quo tempore possint promoueri ad dignitates, & ad officia. 69
Sacerdotes in Missis tempore Capituli Generalis, faciãt commemorationem de Spiritu sancto, & qua-

re. 35
Scriba Capituli, Fratres, & Monasteria, à quibus amouendi sunt, & ad quæ transmittendi in scriptis redigat. 71
Scriba Capituli Generalis, finito Capitulo, vbi manere debeat, quandiu, & ad quid. 41
Scriba Capituli Generalis statim post eius electionē quid agere debeat. 4
Scriba Capituli quando binas cedulas conficiat, eorum continentiam, & in quem vsum. 52
Scribæ constituendus binis quibusque Visitatoribus, à quibus, & quando. 73.
Scriba ex Conuentualibus eligatur, qui pro quinto sit cum Auditoribus causarum, & ei dentur duo coadiutores, & quare. 44.45.
Scribæ Capituli Generalis munus. 42
Scribæ Visitatorū munus. 98
Scribis Visitatorum iuramentum deferatur de silentio tenendo, quando, & de quibus. ibid.
Scripta in actis Capituli Generalis referenda quæ & quare. 2
Scripturæ ad visitatores pertinentes penes quos manere debeant.
Scripturæ qua ratione possint extrahi de Archiuo 82.
Scrutatores quando vocandi ad scrutanda abbatissæ scrutinia, & quatenus hoc munus exercere debeant.
Scrutatores quid agere debeant, quando in electione Abbatissæ, in primo & secundo scrutinio sufficientia non conuenerint.
Scrutatores qui eligēdi.
Scrutatores qui eligi nō possint. ibid.
Scrutatores teneant secretissima, quæ tenenda vouerint, secus facientes, quæ pœna plectendi. ibid.
Scrutatores tres interuenant in electione Abbatissæ, & qui tertium eligere debeant.
Scrutatorum Superior pro

nuntiare debet Præsidis, Diffinitorum, & Cõseruatorum electionem. 31
Scrutinia quot facienda in electione Diffinitorum, & quaratione. 30
Sententiæ tempore suo intimatæ, non obtemperantes, careant voce in futuro Capitulo Generali. 48.
Sigillo Pax vti solum Præsidi, & Visitatoribus licet. 86.
Sigillum quod remanere debet in loco Capituli Generalis, & quare. 41
Socius confessoris Monialium, ab ipsius latere non discedat quantum fieri potest, & quando. 123
Socius confessoris sine eius licentia non potest Moniales alloqui, secus faciens qua pœna plectendus. Ibidem.
Sorores carnales, nõ possunt sibi immediatè succedere in Abbatissatu. 128
Stationes cõcessit Sixtus iiij. tempore Capituli Generalis. 35
Superior professione in vocum paritate præponatur, & in quibus. 103

T.

TAxa Monasteriorum de quinquennio in quinquennium renouetur. 58
Taxæ imperatæ quando, à quibus, & vbi solui debeant, Diffinitores statuãt. 59.
Taxæ quãdo plures, & quãdo pauciores, sunt Monasteriis imponendæ. ibid.
Tempus Generalis Capituli celebrandi à quibus differri, & alterari possit, ex vrgentissima causa. 76
Tempus satisfaciendi Auditorum Sententiis præscribitur. 48
Terminata à Diffinitoribus à quo, & vbi scribi debeant & qua ratione. 56
Terminata per Capitula Generalia anteriora, qua ratione reuocari possint. 57.
Termini duo ad solutionem taxarum, alter in calendis Octobris, alter in calendis Ianuarij. 20
Titulares Prælati deinceps

in Abbates, neq; in Priores, neq; in Decanos cum administratione promoueri poßint. 69

V

VAssali Sancti Pauli de Vrbe, in eorum querelis, & differentiis, ad quos recursum, & prouocationes habere debeant. 110. 111.

Vicarius Capituli Generalis quem locum tenere debeat. 44

Vicarius Capituli Generalis quis, à quibus, quãdo, & quare eligendus. 43

Visitatores sex Prælati à Diffinitoribus eligendi, vltra Præsidentem: qui Monasteria Monachorũ visitent. 72

Visitationem suam incipere debent in festo Assumptionis Beatæ Mariæ, & ante quadragesimã terminare. 87. Ante recessum suum videant computa debitorum & creditorũ, reddituum & expensarum Monasteriorum suorum. 91. Quam primum ad aliquod Monasterium visitandum applicuerint, quid agere & quibus verbis fratres alloqui debeant. 88. 89. 97. Caueant ne in locis audientiæ eorum ponantur aliqua ornamenta. 88. Post primam diem sui aduentus comedant in refectorio, communem Conuentus victum sequentes. Ibidem. De quibus Prælatum & cæteros intertenere debeant. 90. Non facile credant omni spiritui, sed diligenter de reb. inquirant. 94. Non quærant quod corrigant, sed corrigant quod inuenerint. 95. Delinquentes corrigere, & carceri mancipare, etiam inuito Prælato, possunt. 85. Ab officiis quoque dignitate & curis suspendere. 95. Quam etiam ipsum Prælatum pro notabili excessu, cum consilio tamen duorum aliorum visitatorum & consensu Præsidentis ab officio suspendere, & alium in eius locum subrogare, vsque ad capitulum gene-

generale. 94. Omnes fratres in actu visitationis à casibus reseruatis absoluere. 85. Eorũ auctoritas in fratrũ mutationibus & recipiendis ad professionem. 106. Non possunt tamen aliquem de alio Monasterio auferre, vt in suum transferant. 107. Decreta omnia pro Monasteriis confecta in folio describant: vt possint succedentibus Visitatoribus tradi. 98. Reuelantes ea quæ non sunt reuelanda, quæ pœna plectendi. 97. Ad Capitulum generale venire non valentes scribant causas. 96. In ipso autem capitulo constituti quæ à Scriba & Præside petere debeant. 79

Visitationes ordinatè & cũ prudentia factæ, quid boni agant: secus quid mali. 95

Visitatores Regni ad Vassallorum Sancti Pauli beneficium, in quibus locis eiusdem Monasterij se transferre debeant. 110 111.

Visitationibus Regni & Lõbardiæ expletis, diæta celebranda, si fieri potest, & vbi 103. Ab hac diæta, & etiam à Præsidentatu excluduntur Visitatores Siciliæ & quare. 100

Visitatoribus Monachorum non potest iniungi visitatio Monialium. 73

Visitationes Monialium fiant per quatuor Visitatores tantum, distributis in duas partes Monasteriis. 73. 118. Eorum auctoritas in electione Abbatissæ, quoties sufficientia suffragia non conuenerint. 125. Non accipiant munera eorum durante officio, etiam nec ab ipsa Abbatissa. 119. Ab ingressu Monasterij, quantum possibile est, abstineant. Ibidem. Quos & quales fratres secum ducere debeant. Ibidem. Non permittant eos alloqui Moniales. Ibidem. Non comedant carnes, nisi in casu magnæ necessitatis. Ibidem.

Visitator Monachorum &

Monialium à tali officio vacare debet per biennium. 73

Vnus, non plures eiusdem Monasterij professi eligantur simul scrutatores. 26.

Voces eligibiles ad Conuentualatum, qua ratione taxentur. 8

Vota Monialium in actibus Capituli, qui & qua ratione requirere debeant. 129.

Z.

Zona ad collum, penitentiae genus. 15

FINIS.

VITA SANCTI BENEDICTI, ABBATIS PRÆSTANTISSIMI, A SANCTISSIMO PONTIFICE Romano Gregorio conscripta. Lib. II. Dialogi.

EVIT vir vitæ venerabilis, gratia Benedictus & nomine, ab ipso suæ pueritiæ tempore cor gerens senile. Ætatem quippe moribus transiens, nulli voluptati animum dedit. Sed dum in hac terra adhuc esset, quo temporaliter, liberè adhuc vti potuisset, despexit iam quasi aridũ mundum cum flore. Qui liberiori genere ex prouincia Nursiæ exortus, Romæ liberalibus studiis traditus fuerat. Sed cum in eis multos ire per abrupta vitiorum cerneret, eũ, quem quasi in ingressu mundi posuerat, retraxit pedem: ne, si quid de scientia eius attingeret, ipse quoque in immane præcipitium totus iret. Despectis itaque literarum studiis, relicta domo rebusque patris, soli Deo placere desiderans, sanctæ conuersationis habitum quæsiuit. Recessit igitur scienter nesciens, & sapienter indoctus. Huius ego omnia gesta non didici: sed pauca, quæ narro, quatuor discipulis illius referentibus, agnoui: Constantino scilicet, reuerendissimo valde viro, qui ei in Monasterij regimine successit: Valentiniano quoque, qui annis multis Lateranensi Monasterio præfuit: Simplicio, qui cõ-

21. Martij. cap. 1.

Eius patria.

gregationem illius post eum tertius rexit: Honorato etiam, qui nunc adhuc cellæ eius, in qua priùs conuersatus fuerat, præest.

Hic itaque cum iam, relictis literarum studiis, petere deserta decreuisset, nutrix quæ hunc arctiùs amabat, sola secuta est. Cùmque ad locum venisset, qui dicitur Enfide, multisque honestioribus viris pro charitate se illic detinentibus, in beati Petri Ecclesia demorarentur, prædicta nutrix illius ad purgandum triticum à vicinis mulieribus præstari sibi capisterium petiit: quod super mensam incautè derelictum, casu accidente fractum est, sic vt in duabus partibus inueniretur diuisum. Quod mox rediens nutrix illius vt ita inuenit, vehementissimè flere cœpit, quia vas quod præstitum acceperat, fractum videbat. Benedictus autem religiosus & pius puer, cùm nutricem suam flere conspiceret, eius dolori compassus, ablatis secum vtrique fracti capisterij partibus, sese cum lachrymis in orationem dedit: qui ab oratione surgens, ita iuxta se vas sanum reperit, vt ne eo inueniri fracturę nulla vestigia potuissent, moxque nutricem suam blandè consolatus, ei sanum capisterium reddidit, quod fractum tulerat. Quæ res in eodem loco à cunctis cognita, atque in tanta admiratione habita, vt hoc ipsum capisterium eius loci incolæ in Ecclesiæ ingressu suspenderent, quatenus & præsentes & secuturi omnes agnoscerent, à quanta Benedictus puer conuersationis gratiam perfectione cœpisset. Quod annis mu-

Benedictus puer fractũ capisterium oratione in integrum restituit.

tis illi

tis illic ante omnium oculos fuit, & vsque ad hæc Longobardorum tempore super fores Ecclesiæ pependit. Sed Benedictus plus appetens mala mundi perpeti, quam laudes: & pro Deo laboribus fatigari, quàm vitæ huius fauore extolli: nutricem suam occulte fugiens, deserti loci secessum petiit, cui Sublacus vocabulum est: qui ab Romana vrbe quadraginta fere millibus distans frigidas atque perspicuas emanat aquas. Quæ illic videlicet aquarum abundantia in extenso priùs lacu colligitur, ad extremum verò in amnem deriuatur. Quò dum fugiens pergeret, monachus quidam, Romanus nomine, hunc euntem reperit; quo tenderet requisiuit. Cuius cum desiderium cognouisset, & secretum tenuit, & adiutorium impendit, eique sanctę conuersationis habitum tradidit, & in quantum licuit, ministrauit. Vir autem Dei ad eundem locum perueniens, in arctissimum specum se tradidit, & tribus annis, excepto Romano Monacho, omnibus hominibus ibi incognitus mansit. Qui videlicet Romanus non longè in Monasterio sub Theodati Patris regula degebat: sed piè eiusdem patris sui oculis furabatur horas, & quem sibi ad manducandum surripere poterat, diebus certis Benedicto panem ferebat. Ad eundem verò specum à Romani cella iter non erat, quia excelsa desuper rupes eminebat: sed ex eadem rupe in longissimo fune ligatum Romanus deponere panem consueuerat; in qua etiam resti paruum tintinnabulum inseruit,

vt ad eius sonum vir Dei cognosceret, quando sibi Romanus panem præberet, quem exiens acciperet. Sed antiquus hostis vnius charitati inuidens, alterius refectioni; cum quadam die submitti panem conspiceret, iactauit lapidem, & tintinnabulum fregit. Romanus tamen horis cõgruentibus ministrare non desiit. Cum verò iam Deus omnipotens & Romanum vellet à labore quiescere, & Benedicti vitam in exemplum hominibus demonstrare, vt posita supra candelabrum lucerna claresceret, quatenus omnibus, qui in domo Dei sunt, luceret, cuidam Presbytero longiùs manenti, qui refectionem sibi in Paschali festiuitate parauerat, per visum Dominus apparere dignatus est, dicens: Tu tibi delicias præparas, & seruus meus illo in loco fame crutiatur. Qui protinus surrexit, atque in ipsa solennitate Paschali cum alimentis, quæ sibi parauerat, ad locum tetendit, & virum Dei per abrupta montium, per concaua vallium, per defossa terrarum, quæsiuit, eumque latere in specu reperit. Cumque oratione facta, benedicentes Dominum omnipotentem consedissent, post dulcia vitæ colloquia is, qui aduenerat, Presbyter dixit: Surge, sumamus cibum, quia hodie Pascha est. Cui vir Dei respondit, dicens: Scio, qui Pascha est, quia hodie videre te meruit. Longè quippe ab hominibus positus, quia die eodem Paschalis solennitas esset, ignorabat. Venerabilis autem Presbyter rursus asseruit, dicens: Veraciter hodie resurrectionis

Presbyter adfert cibũ S. Benedicto.

Domi-

Dominicæ Paſchalis dies eſt: abſtinere tibi minimè congruit, quia & ego ad hoc miſſus ſum, vt omnipotentis dona Dei pariter ſumamus. Benedicentes igitur Dominũ ſumpſerunt cibum. expleta itaque refectione & colloquio, ad Eccleſiam ſuam presbyter receſſit. Eodem quoque tempore hunc in ſpecu latitantem etiam paſtores inuenerunt, quem dum veſtitum pellibus inter fruteta cernerent, aliquam beſtiam eſſe credide runt; ſed cognoſcentes Dei famulum, eorum multi ad pietatis gratiam à beſtiali mente mutati ſunt. Nomen itaque eius per vicina loca innotuit cunctis, factumque eſt, vt ex illo iam tempore à multis frequentari cœpiſſet, qui cum ei cibum afferrent corporis, ab eius ore in ſuo pectore alimenta referebant vitæ.

Inuenitur in ſpecu à paſtoribus.

Quadam verò die dum ſolus eſſet, tentator adfuit. Nam nigra paruaque auis, quæ vulgò merula nominatur, circa eius faciem volitare cœpit, eiuſque vultui importunè inſiſtere, ita vt manu capi poſſet, ſi hãc vir ſanctus tenere voluiſſet: ſed ſigno crucis edito, receſſit auis. Tanta autem carnis tentatio, aue eadem recedente, ſecuta eſt, quantam vir ſanctus nunquam fuerat expertus. Quandam namque aliquando fœminam viderat, quam malignus ſpiritus ante eius mentis oculos reduxit, tantoque igne ſerui Dei animum in ſpecie illius accendit, vt dum in eius pectore amoris flamma vim caperet, etiam pænè deſerere eremum, voluptate victus,

Cap. 2.

Tentatio carnis vehemens.

deli-

deliberaret. Tunc subitò superna gratia respectus, ad semetipsum reuersus est, atque vrticarum & veprium iuxta densa succrescere fruteta conspiciens, exutus indumento, nudum se in illis spinarum aculeis & vrticarum incendijs proiecit, ibique diu volutatus, toto ex eis corpore vulneratus exijt, & per cutis vulnera eduxit à corpore vulnus mentis, quia voluptatem traxit in dolore. Cumque benè pœnaliter foris arderet, eximit quod intus illicite ardebat. Vicit itaque peccatum, quia mutauit incendium. Ex quo videlicet tẽpore, sicut pòst discipulis ipse perhibebat, ita in eo est tentatio voluptatis edomita, vt tale aliquid in se minimè sentiret. Cœperunt postmodum multi iam mundum relinquere, atque ad eius Magisterium festinare. Liber quippe à tentationis vitio, vero iure iam factus est virtutum Magister. Vnde & per Moysen in Exodo præcipitur, vt Leuitæ à viginti quinque annis & supra ministrare debeant: ab anno verò quinquagesimo custodes vasorum fiant.

Fortiter superatur.

Num. 2.

Petrus. Iam quidem prolati testimonij mihi aliquantum intellectus interlucet, sed tamen hoc plenius exponi postulo.

Gregorius. Liquet, Petre, quòd in iuuentute carnis tentatio ferueat, ab anno autem quinquagesimo calor corporis frigescat. Vasa autem sacra sunt fidelium mentes. Electi ergo cum adhuc in tentatione sunt, subesse eos ac seruire necesse est, & obsequiis laboribusque fatigari. Cum verò iam mentis ætate tran-

quilla

quilla calor recesserit tentationis, custodes vasorum sunt: quia Doctores animarum fiunt.

Fateor, placet, quod dicis: sed quia prolati testimonij clausula reseraſti, quæso, vt de vita iusti debeas ea quæ sunt inchoata, percurrere.

Petrus:

Recedente igitur tentatione, vir Dei quasi spinis erutis, exculta terra, de virtutum segete feracius fructus dedit. Præconio itaque eximiæ conuersationis celebre nomen eius habebatur. Non autem longè monasterium fuit, cuius congregationis pater defunctus est, omnisque ex illo congregatio ad eumdem venerabilem Benedictum venit, & magnis precibus, vt eis præesse deberet, petijt. Qui diu negando, distulit, suis illorumque fratrum moribus se conuenire non posse prædixit; sed victus quandoque precibus assensum dedit. Cumque in eodem monasterio regularis vitæ custodiam teneret, nullique vt priùs, per actus illicitos in dexteram læuamque partem deflectere à conuersationis itinere liceret: suscepti fratres insanè sæuientes, semetipsos priùs accusare cœperũt, qui hunc sibi præesse poposcerant, quorum scilicet fortitudo in norma eius rectitudinis offendebat. Cumque sibi sub eo conspicerent illicita non licere, & se dolerent adsueta relinquere, durumque esset, quod in mente veteri cogebantur noua meditari, & quia grauis est semper prauis moribus vita bonorum, tractare de eius morte aliqui co-

Gregorius: Cap 3.

Dissoluti fratres, non ferunt sancti Viri rectitudinem.

nati sunt

nati sunt, qui inito consilio, venenum vino miscuerunt. Et cum vas vitreum, in quo ille pestifer potus habebatur, recumbenti patri ex more Monasterij ad benedicendum fuisset oblatum, extensa manu Benedictus signum crucis edidit, & vas, quod longius tenebatur, eodem signo rupit: sicque confractum est, ac si in illo vase mortis, pro cruce lapidem dedisset. Intellexit protinus vir Dei, quia potum mortis habuerat, quod portare non potuit signum vitæ, atque ilico surgens, vultu placido, mente tranquilla, conuocatos fratres alloquutus est, dicens: Misereatur vestri, fratres, omnipotens Deus: quare ita me facere ista voluistis? Nunquid non prius dixi vobis, quia vestris ac meis moribus minimè conueniret? Ite, & iuxta vestros mores patrem vobis quærite: quia posthac me habere minimè potestis. Tumque ad locum dilectæ solitudinis redijt, & solus in superna spectatoris oculis habitauit secum.

Benedictus signo crucis edito, vas in quo venenum erat, perfregit

Petrus: Minus patenter intelligo, quidnam sit, Habitauit secum.

Gregorius: Si sanctus vir contra se vnanimiter conspirantes, suæque conuersationi longè dissimiles, coactos diu sub se tenere voluisset, fortasse sui vigoris vsum & modum tranquillitatis abscinderet, atque à contemplationis lumine suæ mentis oculum declinasset. Dumque quotidiè illorum correptione fatigatus, minus curaret sua, & se forsitan relinqueret, & illos non inueniret. Nam quoties per contagionis motum, nimium extra

nos

nos ducimur, & nos ſumus, & nobiſcum nõ ſumus; quia nosmetipſos minimè videntes, per alia vagamur. An illum ſecum fuiſſe dicimus, qui in lõginquam regionem abijt, portionem quam acceperat, conſumpſit: vni in ea ciuium adhæſit, porcos pauit, quos cum manducare videret ſiliquas, & eſuriret: qui tamen cum poſtmodum cœpit cogitare bona, quæ perdidit, ſcriptum de illo eſt: In ſe reuerſus, dixit: Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus? Si igitur ſecum fuit, vnde ad ſe redijt? Hunc ergo venerabilem virum ſecum habitaſſe dixerim: quia in ſua ſemper cuſtodia circumſpectus, ante oculos conditoris ſe ſemper adſpiciẽs, ſe ſemper examinans, extra ſe mentis ſuæ oculum non diuulgauit.

Luc. 15.

Quid ergo, quòd de Apoſtolo Petro ſcriptum eſt, dum de carcere ab angelo eductus fuiſſet: Qui ad ſe reuerſus, dixit: Nunc ſcio verè, quia miſit Dominus angelum ſuum, & eripuit me de manu Herodis, & de omni exſpectatione plebis Iudæorum?

Petrus:

Acto. 12.

Duobus modis, Petre, extra nos ducimur: quia aut per cogitationis lapſum ſub nosmetipſos recidimus, aut per contemplationis gratiam ſuper nosmetipſos leuamur. Ille itaque, qui porcos pauit, vagatione mentis & immunditiæ ſub ſemetipſum cecidit. Iſte verò, quem angelus ſoluit, eius mentem in ecſtaſim rapuit, extra ſe quidem, ſed ſuper ſemetipſum fuit. Vterq; ergo ad ſe redijt: quãdo & ille ab errore operis ſe collegit ad cor:

Gregorius: Duobus modis extra nos ducimur.

& iste à contemplationis culmine ad hoc redijt, quod in intellectu communi vt prius fuit. Venerabilis igitur Benedictus in illa solitudine habitabat secum, in quantum sentra cogitationis claustra custodiuit: nam quotiescumque hunc contéplationis ardor in altũ rapuit, se proculdubio sub se reliquit.

Petrus: Placet quod dicis, sed quæso respõdeas, si deserere fratres debuit, quos semel suscepit.

Gregorius: Ministeriũ susceptum num liceat deserere. Vt ego, Petre, existimo, ibi adunati æquanimiter portandi sunt mali, vbi inuenuntur aliqui, qui adiuuentur, boni. Nam vbi omnimodo de bonis fructus deest, fit aliquando de malis labor vacuus, maximè si vicino causæ suppetant, quæ fructum Deo ferre valeant meliorem. Vir itaque sanctus propter quem custodiendum staret, qui omnes vnanimiter se persequentes cerneret. Et sæpè agitur in animo perfectorum, quod silentio prætereundum non est: quia cùm laborem suum sine fructu esse considerent, in locum alium ad laborem cum fructu migrant. *Philip. 1.* Vnde ille quoque egregius prædicator, qui dissolui cupit, & cum Christo esse, cui videre Christus est, & mori lucrum, quæ passionum certamina non solum ipse appetiit, sed ad toleranda hæc & alios accendit. *Acto. 9. 2. Cor. 11.* Damasci persecutionẽ passus, vt posset euadere, murum, funem, sportamq; quæsiuit, seque latenter deponi voluit. Nunquid non Paulum mortem dicimus timuisse, quam se ipse pro amore Iesu testatur appetere? Sed cum in eodem loco minorem sibi fructum

adesse

adesse conspiceret, & graui labore ad laborē se alibi cum fructu seruauit. Fortis etenim præliator Dei teneri intra claustra noluit, certaminis campum quæsiuit. Vnde idem quoque venerabilis Benedictus, si libenter audis, citiùs agnoscit, quia non tantos ipse indociles deseruit, quantos in locis aliis à morte animæ suscitauit.

Ita esse vt doces, & manifesta ratio, & prolatū cōgruū testimoniū declarat. Sed quæso, vt de vita tanti patris ad narrationis ordinem redeas. *Petrus:*

Cū sanctus vir diu in eadē solitudine virtutibus signisq; succresceret, multi ab eo in eodē loco ad omnipotentis Dei seruitiū sunt congregati; ita vt illic duodecim monasteria cū omnipotētis Iesu Christi Domini opitulatione cōstrueret, in quibus statutis patrib⁹ duodenos Monachos deputauit, paucos verò secū retinuit, quos adhuc in sua præsentia aptiùs erudiri iudicauit. Cœpêre etiā tunc ad eū Romanæ vrbis nobiles & religiosi cōcurrere, suosq; ei filios omnipotēti Deo nutriēdos dare. Tūc quoq; bonæ spei suas soboles, Euicius Maurum, Tertullius verò patricius Placidum tradidit: è quibus Maurus iunior, cum bonis polleret moribus, magistri adiutor cœpit existere. Placidus verò puerilis adhuc indolis gerebat annos. *Gregorius:* *S. Benedictus 12. Monasteria extruit.*

In vno autē ex eis Monasteriis, quæ circū quaq; construxerat, quidā Monachus erat, qui ad orationem stare non poterat, sed mox vt se fratres ad studium orationis incli- *Cap. 4.*

inclinabant, ipse egrediebatur foras, & mente vaga, terrena aliqua & transitoria agebat. Cumq; ab Abbate suo sæpiùs fuisset admonitus, ad virum Dei deductus est, qui illi quoque stultitiam eius vehementer increpauit, & ad monasterium reuersus, vix duobus diebus viri Dei admonitionem tenuit. Nam die tertia ad vsum proprium reuersus, vagari tempore orationis cœpit. Quod cum seruo Dei ab eodem monasterij patre, quem constituerat, nunciatum fuisset, dixit: Ego venio, eumque per memetipsum emendo. Cumque vir Dei venisset ad idem monasterium, & constituta hora expleta psalmodiæ sese fratres in orationem dedissent, adspexit quod eundem Monachum, qui in oratione manere non potuit, quidam niger puerulus per vestimenti fimbrias foràs traheret. Tum eidem patri Monasterij, Pompeiano nomine, & Mauro Dei famulo secretè dixit: Nunquid non adspicitis, quis est qui istum Monachum foràs trahit? Qui respondentes dixerunt; Non. Quibus ait: Oremus, vt vos et iam videatis, quem iste monachus sequitur. Cumque per biduum esset oratum, Maurus Monachus vidit. Pompeianus vero eiusdem Monasterij Pater videre non potuit. Die igitur alia, expleta oratione, vir Dei oratorium egressus, stantem foris Monachum reperit, quem pro cæcitate cordis sui virga percussit, qui ex illo die nil persuasionis vlterius à nigro iam puerulo pertulit; sed ad orationis studium immobilis permansit: sicque anti-

Diabolus Monachum ab oratione abstrahit.

Castigatus virga Monachus, manet constans.

quus hostis dominari nõ ausus est in eius cogitatione, ac si ipse percussus fuisset ex verbere.

Ex his autem monasteriis, quæ in eodem loco construxerat, tria sursũ in rupibus montis erant, & valde erat fratribus laboriosum, quòd semper ad lacum oportebat descendere, vt aquam haurire debuissent, maximè quia è deuexo montis latere erat graue descendentibus in timore periculum. Tunc collecti fratres ex eisdem tribus monasteriis, ad Dei famulum Benedictum venerunt, dicẽtes: Laboriosum nobis est propter aquam quotidie vsque ad lacum descendere, & idcirco necesse est ex eodem loco monasteria mutari. Quos blandè consolans dimisit: & nocte eadem cum paruo puerulo, nomine Placido, cuius superiùs memoriam feci, eiusdem montis rupem ascendit, ibique diutius orauit. Et oratione completa, tres petras in loco eodem pro signo posuit, atque ad suum, cunctis illis nescientibus, monasterium redijt. Cumque die alia ad eum pro necessitate aquæ prædicti fratres rediissent, dixit: Ite, & rupem illam, in qua tres super inuicem positas petras inueneritis, in modicum cauate: Valet enim omnipotens Deus etiam in illo montis cacumine aquam producere, vt vobis laborem tanti itineris dignetur auferre. Qui euntes, rupem montis, quam Benedictus prædixerat, iam sudantem inuenerũt. Cumque in ea concauum locum fecissent, statim aqua repletus est, quę tam sufficienter

Cap. 5.

Precibus è rupe fontem elicit.

emanauit, vt nuncusque vbertim defluat, a-
que ab illo montis cacumine vsque ad infe-
riora deriuetur.

Cap. 6. Alio quoque tempore Gotthus quidam
pauper spiritu, ad conuersionē venit, quem
Dei vir Benedictus libentissimè suscepit.
Quadam verò die ei dare ferramentum iussit,
quod ad falcis similitudinem falcastrum
vocatur, vt de loco quodam vepres abscide-
deret, quatenus illic hortus fieri deberet.
Locus autem ipse, quem mundandum Got-
thus susceperat, super ipsam laci ripam iace-
bat. Cumque Gotthus idem densitatem vi-
prium totius virtutis annisu succideret, fer-
rum de manubrio profiliens, in lacum ce-
dit, vbi scilicet tanta erat aquarum profun-
ditas, vt spes requirendi ferramenti nul-
iam esset. Itaque ferro perdito, tremebundus
ad Maurum Monachum cucurrit Gotthus
damnum quod fecerat, nunciauit, & reatum
Insigne miraculum. sui pœnitentiam egit. Quod Maurus quo-
que Monachus mox Benedicto famulo Do-
curauit indicare. Vir igitur Domini Bene-
dictus hæc audiens, accessit ad lacum, tulit de
manu Gotthi manubrium, & misit in lacum,
& mox ferrum à profundo reduxit, atque in
manubrium intrauit. Qui statim ferramen-
tum Gottho reddidit, dicens: Ecce labora, &
Cap. 7. noli contristari.

Quadam verò die dum idem venerabilis
Benedictus in cella consisteret, prædictus
Placidus puer, sancti viri Monachus, ad hau-
riendam de lacu aquam egressus est, qui vas

quod

quod tenuerat, in aquam incautè ſubmittens, ipſe quoque cadendo ſequutus eſt. Quem mox vnda rapuit, & penè ad vnius ſagittæ curſum eum à terra introrſus traxit. Vir autem Dei intra cellam poſitus, hoc protinus agnouit, & Maurum feſtinè vocauit, dicens: Frater Maure, curre, quia puer ille, qui ad hauriendam aquam perrexerat, in lacum cecidit, iamque eum longiùs vnda trahit. Res mira, & poſt Petrum Apoſtolum inuſitata. Benedictione etenim poſtulata atque percepta, ad patris ſui imperium concitus perrexit Maurus. Itaque vſque ad eum locum, quo ab vnda deducebatur puer, per terram ſe ire exiſtimans, ſuper aquam cucurrit, eumque per capillos tenens, curſu rapido redijt. Qui mox vt terram tetigit, ad ſe reuerſus, poſt tergum reſpexit, & quia ſuper aquas cucurriſſet, agnouit; & quod præſumere non potuiſſet, vt fieret, miratus extremuit factum. Reuerſus itaque ad patrem, rem geſtam retulit. Vir autē venerabilis Benedictus hoc non ſuis meritis, ſed illius obedientiæ deputare cœpit. At contrà Maurus pro ſolo eius imperio factum dicebat, ſeq; conſcium in illa virtute non eſſe, quam neſcius feciſſet. In hac itaq; mutuæ humilitatis & amica cōtentione acceſſit arbiter puer, qui ereptus eſt, nam dicebat: Ego cùm ex aqua traherer, ſuper caput meū melotem Abbatis videbā, atq; ipſum me ex aquis educere cōſiderabā.

Maurus currit ſuper aquas.

Magna ſunt valde, quæ narras, & multorum ædificationi profutura: ego autem

Petrus:

boni viri miraculo quo plus bibo, eo plus sitio.

Gregorius: Cap. 8.

Cum iam loca eadem in amorem Domini nostri Iesu Christi longè latèque ferue-scerent, & secularem vitam multi relinquerent, & sub leui redemptoris iugo ceruices cordis edomarent, (sicut mos prauorum est inuidere alijs virtutis bonum, quod ipsi habere non appetunt) vicinæ Ecclesiæ presbyter, Florentius nomine, huius nostri subdiaconi Florentij auus, antiqui hostis malitia percussus, sancti viri studijs cœpit æmulari, eiusque conuersationi derogare, quoque etiam posset, ab illius visitatione compescere. Cumq; iam se conspiceret eius profectibus obuiare non posse, & conuersationis illius opinionem crescere, atque multos ad statum vitę melioris ipso quoque opinionis eius præconio indesinenter vocari; inuidiæ facibus magis magisque succensus, deterior fiebat: quia conuersationis illius* apparebat habere laudem, sed habere laudabilem vitam nolebat. Qui eiusdem inuidiæ tenebris cœcatus, ad hoc vsque perductus est, vt seruo Omnipotentis Dei infectum venenoso panem quasi pro benedictione transmitteret. Quem vir Dei cum gratiarum actione suscepit: sed eum, quæ pestis lateret in pane, non latuit. Ad horam verò refectionis illius ex vicina sylua coruus venire consueuerat, & panem de manu eius accipere. Qui cum more solito venisset, panem, quem presbyter transmiserat, vir Dei ante coruum proiecit,

Florentius presbyter necem machinatur sancto Viro.

** appetebat.*

eique

eique præcepit, dicens: In nomine Iesu Christi Domini nostri tolle hunc panem, & tali eum in loco proiice, vbi à nullo hominum posset inueniri. Tunc coruus aperto ore, expansis alis, circa eundem panem cœpit discurrere, crocitare, ac si apertè diceret, & obedire se velle, & tamen iussa implere non posse. Cui vir Domini præcipiebat, iterum atque iterum dicens: Leua leua securus, atq; ibi proiice, vbi inueniri non possit. Quem, diu demoratus, quandoque coruus momordit, leuauit, & recessit. Post trium verò horarum spatium, abiecto pane, redijt, & de manu hominis Dei annonam, quam consueuerat, accepit. Venerabilis autem pater contra vitam suam inardescere sacerdotis animum videns, illi magis quam sibi doluit. Sed prædictus Florentius, quia Magistri corpus necare non potuit, sed ad extinguendas discipulorum animas accendit; ita vt in horto cellæ, cui Benedictus inerat, ante eorum oculos nudas septem puellas mitteret, quæ coram eis sibi inuicem manus tendentes, & diutius ludentes, illorum mentes ad peruersitatem libidinis inflammarẽt. Quod vir sanctus de cella conspiciens, lapsusque adhuc tenerioribus discipulis pertimescens, idque pro sua solius persecutione fieri pertractans, inuidiæ locum dedit, atque oratoria & cuncta quæ construxerat, substitutis Præpositis, adiunctis fratribus ordinauit, & paucis secum monachis ablatis, habitationem mutauit loci. Sicque vir Dei eius odia

Florentius nititur perdere animas discipulorũ S. Benedicti.

humiliter declinauit, quem omnipotens Deus terribiliter percussit. Nam cum prædictus presbyter, stans in solario, Benedictum discessisse cognosceret & exultaret, perdurante immobiliter tota domus fabrica, hoc ipsum tantùm, in quo stabat solarium cecidit: & Benedicti hostē conterens extinxit. Quod viri Dei discipulus Maurus nomine, statim venerabili patri Benedicto, qui adhuc à loco eodē vix decem milliaribus aberat, æstimauit esse nunciandū, dicens: Reuertere, quia presbyter, qui te persequebatur, extinctus est. Quod vir Dei Benedictus audiēs, sese in grauibus lamentationibus dedit: vel quia inimicus occubuit, vel quia de inimici morte discipulus exultauit. Qua de re factum est, vt eidem quoque discipulo pœnitentiam indiceret, quòd mandans talia, gaudere de inimici interitu præsumpsisset.

Petrus: *Exod. 17.* *4. Reg. 6.* *Matth. 14.* *3. Reg. 17.* *2 Reg. 1.*

Mira sunt & multū stupenda, quæ dicis. Nam in aqua ex petra producta, Moysen: in ferro verò, quod ex profundo aquæ redijt, Helisæum: in aquæ itinere, Petrum: in coruij obedientia, Eliam: in luctu autem mortis inimici, Dauid video: & perpendo, quia vir iste spiritu iustorum omnium plenus fuit.

Gregorius:

Vir Dei Benedictus, Petre, vnius Dei spiritum habuit, qui per concessæ redemptionis gratiam, electorum corda omnium impleuit, de quo Ioānes dicit: Erat lux vera, quę illuminat omnē hominem venientē in hunc mundum. De quo rursus scriptū est: De plenitudine eius nos omnes accepimus. Nam

Ioan. 1.

Ibid.

ſancti Dei homines potuerunt à Domino virtutes habere, non etiam aliis tradere. Ille autem ſigna virtutis dedit ſubditis, qui ſe daturum ſignum Ionę promiſit inimicis, vt coram ſuperbis mori dignaretur, coram humilibus reſurgere: quatenus & illi viderẽt, quod contemnerent, & iſti, quod venerantes amare debuiſſent. Ex quo myſterio actum eſt, vt dũ ſuperbi adſpiciũt deſpectũ mortis, humiles cõtra mortẽ acciperent gloriã poteſtatis.

Matth. 12.

Quæſo te, poſt hæc ad quæ loca vir ſanctus migrauerit, vel ſi aliquas in eis virtutes poſtmodum oſtenderit, innoteſce.

Petrus: Innoteſce, actiuè dicit.

Sanctus vir ad alia demigrans loca, nõ hoſtem mutauit. Nam tanto pòſt grauiora prælia pertulit, quantũ contra ſe apertè pugnãtem ipſum malitiæ Magiſtrũ inuenit. Caſtrũ namq;, quod Caſſinũ dicitur, in excelſi mõtis latere ſitũ eſt: qui videlicet mons diſtenſo ſinu hoc idẽ caſtrũ recipit, ſed per tria millia in altũ ſe ſubrigẽs, velut ad aëra cacumẽ tendit. Vbi vetuſtiſſimũ fanũ fuit, in quo ex antiquorũ more gentilium, à ſtulto ruſticorum populo Apollo colebatur. Circũquaq; etiam in cultu dęmonũ luci ſuccreuerãt, in quibus adhuc eodẽ tempore infideliũ inſana multitudo ſacrificijs ſacrilegis inſudabat. Illuc itaque vir Dei perueniens, contriuit idolũ, ſubuertit aram, ſuccendit lucos, atq; in ipſo templo Apollinis, oraculum beati Martini: vbi verò ara eiuſdem Apollinis fuit, oraculum ſancti Ioannis conſtruxit, & commorantem circum quaque multitudinem prædicatione

Gregorius:

Caſtrũ Caſſinenſe.

Arcam Apollinis euertit.

conti-

continua ad fidem vocabat. Sed hæc antiquus hostis tacitè non ferens, non occultè vel per somnium, sed aperta visione eiusdem patris oculis sese ingerebat, & magnis clamoribus vim se perpeti conquerebatur, ita vt voces illius etiam fratres audirent, quamuis imaginem minimè cernerent. Vt enim discipulis suis venerabilis pater dicebat, corporalibus eius oculis idem antiquus hostis teterrimus & succensus apparebat, qui in eum ore oculisque flammantibus sæuire videbatur. Iam verò quæ diceret, audiebant omnes. Prius enim hũc vocabat ex nomine. Cui enim vir Dei minimè responderet, ad eius mox contumelias erumpebat. Nam cum clamaret dicens, Benedicte, Benedicte: & eum sibi nullo modo respondere conspiceret, protinus adiungebat: Maledicte, non Benedicte, quid mecum habes? quid me persequeris? Sed iam nunc exspectanda sunt contra Dei famulum antiqui hostis noua certamina, cui pugnam quidem volens intulit, sed occasiones victoriæ ministrauit inuitus.

Fremit in S. Benedictum Satanas.

Cap. 9.

Quadam die dum fratres habitacula eiusdem cellæ construerent, lapis in medio iacebat, quem in ædificium leuare decreuerunt. Cumque eum duo vel tres mouere nõ possent, plures adiuncti sunt: sed ita immobilis mansit, ac si radicitus in terra teneretur; vt palam daretur intelligi, quod super eum ipse per se antiquus hostis sederet, quem tãtorum virorum manus mouere non posset.

Diffi-

Difficultate igitur facta, ad virum Dei missum est, vt veniret, & orando hostem repelleret, vt lapidem leuare possent. Qui mox venit, & orationem faciens, benedictionem dedit: & tanta lapis celeritate leuatus est, ac si nullum priùs pondus habuisset.

Cap. 10. Tunc in conspectu viri Dei placuit, vt in eodem loco terram foderent. Quam dum fodiendo altiùs penetrarent, æreum illic idolum fratres inuenerunt. Quo ad horam casu in coquinam proiecto, exire ignis repẽte visus est, atque in cunctorum monachorum oculis, quia omne eiusdem coquinæ ædificium consumeretur, ostendit. Cumque iaciendo fratres aquam ad ignem quasi extinguendo perstreperent, pulsatus eodem tumultu vir Dei aduenit. Qui eundem ignẽ in oculis fratrum esse, in suis verò non esse considerans, caput protinus in orationem flexit, & eos, quos phantastico reperit igne deludi, vocauit fratres, monuit vt oculos suos signarent, vt sanum illud coquinæ ædificium assistere cernerent, & flammas, quas antiquus hostis finxerat, non viderent.

Præstigia dæmonum.

Cap. 11. Rursus dum fratres parietem, quia res ita exigebat, paulò altiùs erigerent, vir Dei in orationis studio intra cellæ suæ claustra morabatur. Cui antiquus hostis insultans apparuit, & ei, quod ad laborantes fratres pergeret, indicauit. Quod vir Dei per nuncium celerrimè fratribus indicauit, dicens: Fratres cautè vos agite: quia ad vos hàc hora malignus spiritus venit. Is qui mandatum detu-

lit, vix

Damõ euertens murum opprimit puerum.

lit, vix verba compleuerat, & malignus spiritus eundem parietem, qui ædificabatur, euertit, atque vnum puerulum Monachum, cuiusdam curialis filium, opprimens ruina contriuit. Contristati omnes ac vehementer afflicti, non damno parietis, sed contritione fratris, venerabili patri Benedicto celeriter cum graui luctu nunciarunt. Tunc idem pater Benedictus dilaceratum puerum ad se deferri iubet. Quem portare non nisi in sacco potuerunt: quia collapsi saxa parietis, nõ solum eius mẽbra, sed etiam ossa contriuerãt. Præcepitq; vir Dei statim eum in cella sua in psyacio, quo orare consueuerat, proijci, missisque foràs fratribus, cellam clausit, qui orationi instantiùs, quàm solebat, incubuit. Mira res, eadem hora hunc incolumem, atque vt priùs valentem, ad eundem iterum laborem misit, vt ipse quoque parietem cum fratribus perficeret, de cuius se interitu antiqu⁹ hostis Benedicto insultare credidisset.

Eum S. Benedictum excitat.

Cap. 12.

Cœpit verò inter ista vir Dei prophetiæ etiã spiritu pollere, ventura prædicere, præsentibus etiã absentia nunciare. Mos etenim cellæ fuit, vt quoties ad responsum aliquod egrederentur fratres, cibum potumq; extra cellam minimè sumerent. Cumq; hoc de vsu regulæ solicitè seruaretur, quadam die ad responsum fratres egressi sunt, & in eo tardiori compulsi sunt hora demorari. Qui manere iuxta religiosam fœminam nouerant, cuius ingressi habitaculum, sumpserunt cibum. Cumq; iam tardiùs ad cellá reduissent, bene-

dictio-

dictionem patris ex more petierunt. Quos ille protinus percontatus est, dicens: vbi comedistis? Qui responderunt: Nusquã. Quibus ille ait: Quare ita mentimini? Nunquid illius talis fœminæ habitaculũ non intrastis? Nunquid hos atq; illos cibos non accepistis? Nunquid tot calices non bibistis? Cumq; eis venerabilis pater & hospitium mulieris, & genera ciborum, & numerum potionum diceret, cognoscentes cuncta, quæ egerant, ad eius pedes tremefacti ceciderunt, & se deliquisse confessi sunt. Ipse autem protinus culpæ* pœnitentiam præcepit, perpendẽs quòd in eius absentia vltrà non facerent, quem præsentem sibi esse in spiritu scirent.

Absens in spiritu vidit quid fratres agerent.

** culpæ pepercit.*

Frater quoq; Valentiniani, eius Monachi cuius superiùs memoriã feci, vir erat laicus, sed religiosus. Qui vt serui Dei orationẽ perciperet, & germanum fratrem videret, annis singulis de loco suo ad cellam eius ieiunus venire consueuerat. Quadam igitur die dum iter ad Monasteriũ faceret, sese illi alter viator adiunxit, qui sumendos cibos in itinere portabat. Cumq; iam hora tardior excreuisset, dixit: Veni frater, sumamus cibũ, ne lassemur in via. Cui ille respõdit: Absit, frater, hoc non faciã: quia ad venerabilem patrẽ Benedictũ ieiunus semper perueni cõsueui. Quo respõso percepto, ad horã conuiator tacuit. Sed cùm post hoc aliquantulum itineris spatium egissent, rursus admonuit, vt manducarent. Noluit consentire, qui ieiunus peruenire decreuerat. Tacuit quidem, qui ad mandu-

Cap. 13.

can-

candum inuitauerat, & cum eo ieiunus adhuc pergere modicum consensit. Cumque iter longius agerent, & eos tardior hora fatigaret ambulantes, inuenerunt in itinere pratum & fontem, & quæque poterant ad reficiendum corpus delectabilia videri. Tũc conuiator ait: Ecce aquam, ecce pratum, ecce amœnus locus, in quo possumus refici & parum quiescere, vt valeamus iter nostrum postmodum incolumes explere. Cùm igitur & verba auribus, & loca oculis blandirentur, tertia admonitione persuasus, consensit & comedit: Vespertina verò hora peruenit ad cellam. Præsentatus autem venerabili Benedicto patri, sibi orationem petiit: sed mox ei vir sanctus hoc, quod in via egerat, improperauit, dicens: Quid est, frater, quòd malignus hostis, qui tibi per conuiatorem tuum locutus est, semel tibi persuadere non potuit, secundò non potuit, tertiò verò persuasit, & te ad hoc quod voluit, superauit? Tunc ille reatum infirmæ suæ mentis agnoscens, eius pedibus prouolutus, tanto magis cœpit culpam deflere, & erubescere, quanto se cognouit etiam absentem in Benedicti patris oculis deliquisse.

Obijcit cuidam quod absens commiserat.

Petrus:

Ego sancti viri præcordijs Elisæi spiritum video inesse, qui absenti discipulo præsens extitit.

Gregorius: Cap. 14.

Oportet, Petre, vt interim sileas, quatenus adhuc maiora cognoscas: Gotthorum namque temporibus cum Rex eorum Totila sanctum virum prophetiæ habere spiritũ

audiis-

audisset, ad eius monasterium pergens, paulò longius substitit, eique se venturum esse nuntiauit. Cui dum protinus mandatum de monasterio fuisset vt veniret, ipse, sicut perfidæ mentis fuit, an vir Dei prophetiæ spiritum haberet, explorare conatus est. Quidam verò eius spatharius Riggo dicebatur, cui calceamenta sua præbuit, eumque indui vestibus regalibus fecit, quem quasi in persona sua pergere ad Dei hominem præcepit. In cuius obsequio tres, qui sibi præ cæteris adhærere consueuerant, comites misit, scilicet Vultericum, Rudericum, & Blindinum, vt ante serui Dei oculos ipsum regem Totilam esse simulantes, eius lateri obambularent: cui alia quoq; obsequia quasi spatharij præberent, vt tam ex eisdem obsequiis, quàm ex purpureis vestibus rex esse putaretur. Cumque idem Riggo decoratis vestibus obsequentum frequentia comitatus, monasterium fuisset ingressus, vir Dei eminus sedebat. Quem venientem conspiciens, cum iam ab eo audiri potuisset, clamauit, dicens: Pone fili, pone: hoc quod portas, non est tuum. Qui Riggo protinus in terrã cecidit, & quia tanto viro illudere præsumpsisset, expauit, omnesque qui cum eo ad hominem Dei veniebant, terræ consternati sunt. Surgentes autem ad eum minime propinquare præsumpserunt: sed ad suum regem reuersi, nũciauerunt trepidi, in quanta velocitate fuerant deprehensi.

Totilæ regis versutia à S. Benedicto retegitur.

Tunc per se idem Totila ad Dei hominẽ accessit, *Cap. 15.*

accessit, quem cum longè sedentem cerneret, non ausus accedere, sese in terram dedit. Cui cum vir Dei bis terve diceret, Surge: sed ipse ante eum de terra erigere se non auderet. Benedictus Christi Iesu famulus per semetipsum dignatus est accedere ad regem, prostratumq; de terra leuauit, & de suis actibus increpauit, atque in paucis sermonibus cuncta quæ illi erant ventura, prænunciauit, dicens: Multa mala facis, multa mala fecisti: iam aliquando ab iniquitate conquiesce. Equidem Romam ingressurus es, mare transiturus, nouem annis regnans, decimo morieris. Quibus auditis, rex vehementer territus, oratione petita recessit: atque ex illo iam tempore minus crudelis fuit. Et non multò post Romam ad jt, ad Siciliã perrexit. Anno autẽ regni sui decimo, omnipotentis Dei iudicio regnum cum vita perdidit. Præterea Canusinæ antistes Ecclesiæ ad eundem Dei famulum venire consueuerat, quem vir Dei pro vitæ suæ merito valde diligebat. Is itaq; dum cum illo de ingressu regis Totilæ, & Romanæ vrbis perditione colloquium haberet, dixit: Per hunc regem ciuitas ista destruetur, vt iam amplius non inhabitetur. Cui vir Domini respondit: Roma à gentibus non exterminabitur, sed tempestatibus, coruscis, turbinibus ac terræmotu fatigata, *mardescet in semetipsa. Cuius prophetiæ mysteria nobis iam facta sunt luce clariora, qui in hac vrbe dissoluta mœnia, euersas domus, destructas Ecclesias turbine cernimus, eiusque æ-

S. Benedicti Vaticinium de Roma.

marcescet.

ficia, longo senio lassata, quia ruinis crebrescentibus prosternantur videmus, quamuis hoc Honoratus eius discipulus, cuius mihi relatione compertum est, nequaquam ex ore illius audisse se perhibet: sed quia hoc dixerit, dictum sibi à fratribus fuisse testatur.

Eodem quoque tempore quidam Aquinensis Ecclesię clericus dæmonio vexabatur, qui à venerabili viro Constantio eiusdẽ Ecclesiæ antistite, per multa fuerat martyrum loca transmissus, vt sanari potuisset. Sed sancti Dei Martyres noluerunt ei sanitatis donum tribuere, vt quanta esset in Benedicto gratia, demonstrarent. Ductus itaque est ad omnipotentis Dei famulum Benedictũ, qui Iesu Christo Domino preces fundens, antiquum hostem de obsesso homine protinus expulit. Cui sanato præcepit, dicens: Vade, & posthac carnem non comedas, ad sacrum ordinem nunquam accedere pręsumas. quacumque autem die ad sacrum ordinem præsumpseris, statim iuri diaboli iterum mancipaberis. Discessit igitur clericus sanus, & sicut terrere solet animum pœna recens, ea quę vir Dei præceperat interim custodiuit. Cum verò post annos multos omnes priores illius de hac luce migrassent, & minores suos sibimet supponi in sacris ordinibus cerneret, verba viri Dei quasi ex longo tempore oblitus postposuit, atque ad sacrum ordinem accessit, quem mox is, qui reliquerat, diabolus tenuit, eumque vexare, quousque animam eius excuteret, non cessauit.

Cap. 16.

Curat dæmoniacum.

Petrus: Iste vir Dei diuinitatis, vt video, etiam secreta penetrauit; quia perspexit hunc clericum idcirco diabolo traditum, ne ad sacrum ordinem auderet accedere.

Gregorius: Quare diuinitatis secreta non nosset, qui diuinitatis præcepta seruaret, cum scriptum sit: Qui adhæret Domino, vnus spiritus est cum eo.

I. Cor. 6.

Petrus. Si vnus sit cum Domino spiritus, qui Domino adhæret, quid est, quod iterum idem egregius prædicator dicit: Quis cognouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit. Valde enim esse inconueniens videtur, eius sensum, cum quo vnus vnum factũ fuerit ignorare.

Rom. 11.

Gregori. Sancti viri, in quantum cum Deo vnum sunt, sensum Domini non ignorant. Nam idem quoque Apostolus dicit: Quis enim scit hominum, quæ hominis sunt, nisi spiritus hominis, qui est in ipso? Ita & quæ Dei sunt, nemo cognouit, nisi spiritus Dei. qui vt se ostenderet nosse, quæ Dei sunt, adiunxit: Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est. Hinc iterũ dicit: Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se: nobis autem reuelauit per spiritum suum.

I. Cor. 2.

Ibidem.

Petrus: Si ergo eidem Apostolo ea, quæ Dei sunt, per Dei spiritum sunt reuelata, quomodo super hoc, quod proposuit, præmisit, dicens: O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia

Rom. 11.

eius, & inuestigabiles viæ eius? Sed rursum mihi hæc dicenti, alia suboritur quæstio. Nã Dauid Propheta Domino loquitur, dicens: In labiis meis pronunciaui omnia iudicia oris tui. Et cum minus sit nosse, quàm etiam pronunciare, quid est, quod Paulus incomprehensibilia esse Dei iudicia asserit: Dauid autem se omnia non solum nosse, sed etiam in labiis pronunciasse testatur?

Psal. 118.

Ad vtraque hæc tibi superiùs sub breuitate respondi, dicens, quòd sancti viri, in quãtum cum Domino vnum sunt, sensum Domini non ignorant. Omnes enim, qui deuotè Dominum sequuntur, etiam deuotione cum Deo sunt, & adhuc carnis corruptibilis grauati pondere, cum Deo non sunt: occultaque Dei iudicia, in quantum coniuncti sunt, sciunt: in quantum disiuncti sunt, nesciunt: quia enim secreta eius adhuc perfectè non penetrant, incomprehensibilia eius iudicia esse testantur. Qui verò mente ei inhærent, atque inhærendo vel sacris scripturæ eloquiis, vel occultis reuelationibus, in quãtum accipiunt, agnoscunt: & nouerunt hæc, & pronuntiant. Iudicia enim, quæ Deus tacet, nesciunt: quæ Deus loquitur, sciunt. Vnde & Dauid Propheta, cum dixisset: In labijs meis pronunciaui omnia iudicia: protinus addidit, Oris tui. ac si apertè dicat: Illa ego iudicia & nosse & pronunciasse potui, quæ te dixisse cognoui. Nam ea, quæ ipse non loqueris, à nostra proculdubio cognitione abscondis. Concordat ergo prophetia Apo-

Gregorius:

Iudicia Dei occulta & sciãt sancti; itemq; nesciant, dum sunt in terris.

ſtolicaque ſententia: quia & incomprehenſibilia ſunt Dei iudicia: & tamen quæ de ore eius prolata fuerint, humanis labiis pronunciantur. quoniam ſciri ab hominibus, & prolata prodi poſſunt, & occultari non poſſunt.

Petrus:

In obiectione meæ quæſtiunculæ patuit cauſa rationis. Sed quæſo te, ſi qua ſunt adhuc de viri huius virtutis, ſubiunge.

Gregorius: Cap. 17.

Vir quidam nobilis, Theoprobus nomine, eiuſdem Benedicti patris fuerat admonitione conuerſus, qui pro vitæ ſuæ merito magnam apud eum familiaritatis fiduciam habebat. Hic cum quadam die eius cellam eſſet ingreſſus, hunc amariſſimè flentem reperit. Cumque diu ſubſiſteret, eiuſque non finiri lachrymas videret, nec tamen vir Dei conſueuerat orando plangere, ſed mœrendo, quænam cauſa tanti luctus exiſteret, inquiſiuit. Cui vir Dei ili, ò reſpondit: Omne hoc monaſterium, quod conſtruxi, & cũcta, quę fratribus præparaui, omnipotentis Dei iudicio gentibus tradita ſunt. Vix autem obtinere potui, vt mihi ex hoc loco animæ concederentur. Cuius vocem tunc Theoprobus audiuit, nos autem cernimus, qui deſtructũ modo à Longobardorum gente eius monaſterium ſcimus. Noctu nocenim tempore & quieſcentibus fratribus nuper illi Longobardi ingreſſi ſunt, qui diripientes omnia, ne vnum quidem hominem illic tenere potuerunt: ſed impleuit omnipotens Deus, quod fideli famulo Benedicto promiſerat,

Predicit excidium cœnobij ſui.

vt, ſi

vt, si res gentibus traderet, animas custodirer. Qua in re Pauli vicem video tenuisse Benedictum, cuius dum nauis omnium rerum iacturam pertulit, ipse in consolatione vitam omnium, qui eum comitabantur, accepit. *Actor. 27.*

Quodam quoque tempore Exhilaratus noster, quem ipse conuersum nosti, transmissus à domino suo fuerat, vt Dei viro in monasterium vino plena duo lignea vascula, quæ vulgò flascones vocantur, deferret; qui vnum detulit, alterum verò pergens, in itinere abscondit. Viri autem Domini, quem facta absentia latere non poterant, vnum cum gratiarum actione suscepit, & discedentem puerum monuit, dicens: Vide fili, ne de illo flascone, quem abscondisti, bibas: sed inclina illum cautè, & inuenies, quid intus habet. Qui confusus valde, à Dei homine exiuit. Et reuersus, voluit adhuc probare, quod audierat: cum flasconem inclinasset, de eo protinus serpens egressus est. Tunc prædictus Exhilaratus puer per hoc, quod in vino reperit, expauit malum quod fecit. *Cap. 18.* *Furtum videt in spiritu.*

Non longè autē à monasterio vicus erat, in quo nō minima multitudo hominum ad fidem Dei ab idolorum cultu, Benedicti fuerat exhortatione conuersa. Ibi quoq; quædam sanctimoniales fœminæ inerant: & crebrò istuc pro exhortandis animabus fratres suos mittere Benedict⁹ Dei famulus curabat. *Cap. 19.*

Quadam verò die misit ex more: sed is, qui missus fuerat, Monachus, post admonitionem factam, à sanctimonialibus fœminis rogatus mappulas accepit, sibique eas abscondit in sinu. Qui mox vt reuersus est, eum vir Dei vehementissima amaritudine cœpit increpare, dicens: Quomodo ingressa est iniquitas in sinum tuum? At ille obstupuit, & & quid egisset, oblitus, vnde corripiebatur ignorabat. Cui ait: Nunquid ego illic præsens non eram, quando ab ancillis Dei mappulas accepisti, tibique eas in sinu misisti? Qui mox eius vestigijs prouolutus, stultè se egisse pœnituit, & eas quas in sinu absconderat, mappulas abiecit.

Cernit absẽs mappulas dari Monacho.

Cap. 20.

Quadam quoque die, dum venerabilis pater vespertina iam hora corporis alimenta perciperet, eius Monachus cuiusdam defensoris filius fuerat, qui ei ante mensam lucernam tenebat. Cumque vir Dei ederet, ipse autem cum lucernæ ministerio adstaret, cœpit per superbiæ spiritum in mente sua tacitus voluere, & per cogitationem dicere: Quis est hic, cui ego manducanti assisto, lucernam teneo, seruitium impendo? Quis sum ego, vt isti inseruiam? Ad quem vir Dei statim conuersus, vehementer cœpit eum increpare, dicens: Signa cor tuum, frater. Quid est, quod loqueris? signa cor tuum. Vocatisque statim fratribus, præcepit ei lucernam de manibus tollere: ipsum verò iussit à ministerio recedere, & sibi hora eadem quietum sedere. Qui requisitus à fratribus, quid habuerit in

Occultas videt Monachi cogitationes.

rit in corde, per ordinem narrauit, quanto ſuperbiæ ſpiritu intumuerat, & quæ contra virum Dei verba per cogitationem tacitus dicebat. Tunc liquidò omnibus patuit, quod venerabilem Benedictum latere nil poſſet, in cuius auribus tacitæ etiam cogitationis verba ſonuiſſent.

Cap. 21.

Alio quoque tempore in eadem Campaniæ regione fames incubuerat, magnaque omnes alimentorum indigentia coanguſtabat. Iamque in Benedicti monaſterio triticum deerat. Panes verò penè omnes cõſumpti fuerant, vt non pluſquam quinque ad refectionis horam fratribus inueniri potuiſsẽt. Cumque eos venerabilis pater contriſtatos cerneret, eorum puſillanimitatem ſtuduit modeſta increpatione corrigere, & rurſum promiſſione ſubleuare, dicens: Quare de panis inopia veſter animus contriſtatur? Hodie quidem minus eſt, ſed die craſtina abundanter habebitis. Sequenti autem die ducenti farinę modij ante fores cellæ in ſaccis inuenti ſunt, quos omnipotens Deus quibus deferentibus tranſmiſiſſet, nunc vſque manet incognitum. Quod cum fratres cernerent, Domino gratias referentes, didicerunt iam de abundantia ne in egeſtate dubitare.

Farina diuinitus allata.

Petrus:

Dic, quæſo te, numquid non credendum eſt, huic Dei famulo ſemper prophetiæ ſpiritum adeſſe potuiſſe, an per interualla temporum eius mentem prophetiæ ſpiritus implebat?

Gregorius:

Prophetiæ ſpiritus, Petre, prophetarum

Ioan. 3. mentes nõ ſemper irradiat: quia ſicut de ſancto ſpiritu ſcriptum eſt, Vbi vult ſpirat: ita ſciendum eſt, quia & quando vult adſpirat.

2. Reg. 7. Hinc eſt enim, quòd Nathan à rege requiſitus, ſi conſtruere templum poſſet, priùs cõſenſit, & poſtmodum prohibuit.

4. Reg. 4. Hinc eſt, q; Eliſæus cum flentem mulierẽ cerneret, cauſamq; neſciſſet, ad prohibentem hanc puerum dicit: Dimitte eam, quia anima eius in amaritudine eſt, & Dominus celauit à me, & non iudicauit mihi. Quod omnipotens Deus ex magnę pietatis diſpenſatione diſponit: quia dũ prophetiæ ſpiritum aliquãdo dat, & aliquãdo ſubtrahit, prophetantiũ mentes & eleuat in celſitudine, & cuſtodit in humilitate: vt & accipientes ſpiritũ, inueniãt quid de Deo ſint: & rurſum prophetiæ ſpiritum non habẽtes, cognoſcant quid ſint de ſemetipſis.

Petrus: Ita hoc eſſe, vt aſſeris, magna ratio clamat: ſed, quæſo, de venerabili patre Benedicto, quicquid adhuc animo occurrit, exequere.

Gregorius. Cap. 22. Alio quoque tempore à quodam fideli viro fuerat rogatus, vt in eius prędio iuxta Tartanoſenſem vrbẽ, miſſis diſcipulis ſuis, conſtruere monaſterium debuiſſet. Qui rogantũ cõſentiens, deputatis fratribus patrẽ conſtituit, & quis ei ſecũdus eſſet, ordinauit. Quibus euntibus ſpopõdit, dicens: Ite, & die illo ego venio, & oſtẽdo vobis, in quo loco oratorium, in quo refectorium fratrum, in quo ſuſceptionẽ hoſpitum, vel quæque ſunt neceſſaria, ædificare debeatis. Qui benedictione percepta, licò perrexerunt, & cõſtitutum

diem

diē magnopere præstolantes, parauerunt omnia, quæ his, qui eum tanto patre venire potuissent, videbantur esse necessaria. Nocte verò eadem, qua promissus illucescebat dies, eidem seruo Dei, quem illic patrem constituerant, atque eius Præposito, vir Domini in somnis apparuit, & loca singula, vbi quid ædificare debuissēt, subtiliter designauit. Cūque vtriq; à somno surgerēt, sibi inuicē quid viderāt, retulerunt. Nō tamen visioni illi omnimodo fidē dantes, virum Dei, sicut se venire promiserat, exspectabāt. Cumq; vir Dei cōstituto die minimè venisset, ad eum cum mœrore reuersi sunt dicētes: Exspectauimus, pater, vt venires, sicut promiseras, & nobis ostenderes, vbi quid ædificare deberemus, & non venisti. Quibus ipse ait: Quare, fratres, quare ista dicitis? Nunquid sicut promisi, nō veni? Cui cum ipse dicerent, Quando venisti? respōdit, Nunquid vtrisq; vobis dormiētibus non apparui, & loca singula designaui? Ite, & sicut per visionē vidistis, omne habitaculum Monasterij ita construite. Qui hęc audiētes, vehementer admirati, ad prædictum prædium sunt reuersi, & cuncta habitacula, sicut ex reuelatione didicerāt, cōstruxerunt:

In somnis apparet, adhuc viuens vir sanctus, & docet quæ promiserat:

Doceri velim, quo fieri ordine potuit, vt lōgè iret responsum dormientibus dicere, q̄ ipsi per visionem audierāt, & recognoscerēt.

Petrus:

Quid est q̄ perscrutās rei gestæ ordinē, ambig s Petre? Liquet profectò, quia nobilioris naturæ est spiritus, quā corpus. Et certè, scriptura teste, nouimus quod ꝓpheta ex Iudæa

Gregorius:

sūble-

Dan. 14. subleuatus, repente est cum prãdio in Chaldæa depositus, quo videlicet prandio prophetam refecit, seque repentè in Iudæa iterum inuenit. Si igitur tam longè Abacuc potuit sub momento corporaliter ire, & prandium deferre; quid mirum, si Benedictus pater obtinuit, quantenus iret per spiritum & fratrum quiescentium spiritibus necessaria narraret: vt sicut ille ad cibum corporis corporaliter perrexit, ita iste ad institutionem spiritalis vitæ spiritaliter pergeret?

Petrus: Manus tuæ locutionis, ter sit me (fateor) dubietatem mentis, sed velim nosse, in communi locutione qualis iste vir fuit.

Gregorius: Cap. 23. Vix ipsa, Petre, communis eius locutio à virtutis erat pondere vacua: quia cuius cor sese in alta suspenderat, nequaquam verba de ore illius incassum cadebant. Siquid vero vnquam non iam decernendo, sed minãdo diceret, tantas vires sermo illius habebat, ac si hoc non dubiè atque suspensè, sed iam per sententiam protulisset.

Nam non longè ab eius monasterio duæ quædam sanctimoniales fœminæ, nobilioni genere exortæ, in loco proprio conuersabãtur, quibus quidam religiosus vir ad exterioris vitæ vsum præbebat obsequium. Sed sicut nonnullis solet nobilitas generis parare ignobilitatem mentis, vt minùs se in hoc mundo despiciãt, qui plus se cæteris aliquid fuisse meminerunt: necdum prædictæ sanctimoniales fœminæ perfectè linguam suam sub habitus sui freno restrinxerant, & e-

undem religiosum virum, qui ad exteriora necessaria eis obsequium præbebat, incautis sæpè sermonibus ad iracundiam prouocabant. Qui dum diu ista toleraret, perrexit ad Dei hominem: quantasque pateretur verborum contumelias, enarrauit. Vir autem Dei hæc de illis audiens, eis protinus mandauit, dicens: Corrigite linguam vestram: quia si non emendaueritis, excommunico vos. Quam videlicet excommunicationis sententiam non pro ferendo intulit, sed minando. Illæ autem à pristinis moribus nihil mutatæ, intra paucos dies defunctæ sunt, atque in Ecclesia sepultæ. Cumque in eadem Ecclesia Missarum solemnia celebrarentur, atque ex more diaconus clamaret, Si quis non communicat, det locum: nutrix earum, quæ pro eis oblationem Domino offerre consueuerat, eas de sepulchris suis progredi & exire videbat. Quod dum sæpius cerneret, quia ad vocem diaconi clamantis exibant foràs, atque intra Ecclesiam permanere non poterant, ad memoriam reduxit, quæ vir Dei illis adhuc viuentibus mandauit. Eas quippe se communione priuare dixerat, nisi mores & verba corrigent. Tunc seruo Dei cum graui mœrore indicatum est, qui manu sua protinus oblationem dedit, dicens: Ite, & hanc oblationem pro eis offerri Domino facite, & vlteriùs excommunicatæ non erunt. Quæ dum oblatio pro eius fuisset immolata, & à diacono iuxta morem clamatum est, vt non communicantes,

Minatur excommunicationem linguis procacibus.

ab Ec-

ab Ecclesia exirent, illæ exire ab Ecclesia vlteriùs visæ non sunt. Qua ex re indubitanter patuit, quia dum inter eos qui communione priuati sunt, minimè recederent, communionem à Domino per seruum Domini recepissent.

Petrus. Mirum valde, quod dicis, quamuis venerabilem & sanctissimum virum, adhuctamẽ in hac carne corruptibili degentem, potuisse animas soluere in illo iam inuisibili iudicio constitutas.

Gregorius: Matth. 16. Absolui possunt animæ etiam corporibus exutæ. Nunquid, Petre, in hac adhuc carne nõ erat, qui audiebat: Quodcumq; ligaueris super terrã, erit ligatum & in cœlis: & quæ solueris super terram, soluta erunt & in cœlis? Cuius nunc vicẽ ligando & soluendo obtinent, qui locum sancti regiminis fide & moribus tenẽ. Sed vt tanta valeat homo de terra, cœli & terræ conditor in terram venit è cœlo: atque vt iudicare caro etiam de spiritalibus possit, hoc ei largiri dignatus est factus pro hominibus Deus caro: quia inde surrexit vltra se infirmitas nostra, vnde sub se infirmata est firmitas Dei.

Petrus: Cum virtute signorum concorditer loquitur ratio verborum.

Gregorius: Cap 25. Quadam quoq; die, dum quidã eius puerulus Monachus parentes suos vltra, quã deberet, diligens, atq; ad eorũ habitaculum tẽdens, sine benedictione de Monasterio exiisset, eodẽ die mox, vt ad eos peruenit defũctus est. Cumq; esset sepultus, die altero proiectũ foràs corpus eius inuentũ est; q; rursus trade

Pœna inobedientiæ.

re sepul-

re sepulturæ curauerũt. Sed sequenti die iterũ proiectum exteriùs atq; inhumatum, sicut prius, inuenerunt. Tum concitè ad Benedicti Patris vestigia currentes, cum magno fletu petierunt, vt ei suam gratiam largiri dignaretur. Quibus vir Dei manu sua protinus communionem Dominici corporis dedit, dicẽs: Ite, atq; hoc Dominicũ corpus super pectus eius cum magna reuerentia ponite, & sic sepulturæ eũ tradite. Quod dum factũ fuisset, susceptum corpus eius terra tenuit, nec vltrà proiecit. Perpendis, Petre, apud Iesum Christum Dominum cuius meriti iste vir fuerit, vt eius corpus etiam terra proiecerit, qui Benedicti gratiam non haberet?

Effectus corporis Christi.

Perpendo planè, & vehementer stupeo.

Petrus: Gregorium: Cap. 25.

Quidã autẽ eius Monachus mobilitati mẽtis deditus erat, & permanere in Monasterio nolebat. Cumq; eũ vir Dei assiduè corriperet & frequẽter admoneret, ipse verò nullo modo cõsentiret in cõgregatione persistere, atq; importunis precibus, vt relaxetur, inueniret: quadã die idẽ venerabilis pater, nimietatis eius tædio affectus, iratus iussit vt discederet. Qui mox vt Monasterium exijt, cõtra se assistere aperto ore draconem in itinere inuenit. Cumq; eum idẽ draco, qui apparuerat, deuorare vellet, cœpit ipse tremẽs & palpitans magnis vocibus clamare, dicens: Succurrite succurrite: quia draco iste me deuorare vult. Currentes autem fratres draconem minimè viderũt, sed trementẽ atq; palpitantem Monachũ ad monasterũ reduxerũt. Qui statim

Instabilis Monachus draconem videt.

promi-

promisit nunquam se esse à Monasterio recessurum, atque ex hora eadem in sua promissione permansit: quippe qui sancti viri orationibus contra se assistere draconem viderat, quem potius non videndo sequebatur.

Cap. 26.

Sed neque hoc silendum puto, quod illustri viro Antonio narrante cognoui, quia iebat patris sui puerum morbo elephantino fuisse correptum, ita vt iam pilis cadentibus, cutis intumesceret, atque increscentem saniem occultare non posset. Qui ad virum Dei ab eodem patre eius missus est, & saluti pristinæ sub omni celeritate restitutus.

Cap. 27.

Neque illud taceam, quod eius discipulus, Peregrinus nomine, narrare consueuerat: quia die quadam fidelis vir quidam necessitate debiti compulsus, vnum fore sibi remedium credidit, si ad Dei virum pergeret, & quæ eum vrgeret debiti necessitas, indicaret. Venit itaque ad monasterium, omnipotentis Dei famulum reperit: quia a creditore suo pro duodecim solidis grauiter affligeretur, intimauit. Cui venerabilis pater nequaquam se habere duodecim solidos, respondit; sed tamen eius inopiam blanda locutione consolatus, ait: vade, & post biduum reuertere: quia deest hodie, quod tibi debeam dare. In ipso autem biduo more suo in oratione fuit occupatus. Cumque die tertio is, qui necessitate debiti affligebatur, redijt, super arcam monasterij, quæ erat frumento plena, subitò tredecim solidi sunt in-

Iuuat ære alieno pressum.

uenti

uenti. Quos vir Dei deferri iussit, & afflicto petitori tribuit, dicens, vt duodecim redderet, & vnum in expensis proprijs haberet. Sed ad ea nunc redeam, quæ eius discipulis, in libri huius exordio, prædictis, referentibus agnoui. Quidam vir grauissima aduersarij sui æmulatione laborabat, cuius ad hoc vsque odium prorupit, vt ei nescienti in potu venenum daret. Qui quamuis vitam auferre non valuit, cutis tamen colorem mutauit, ita vt diffusa in corpore eius varietas, lepræ morem imitari videretur. Sed ad DEI hominem deductus, salutem pristinam citiùs recepit: nam mox vt eum tetigit, omnem cutis illius varietatem fugauit.

Sanat Veneno infectum.

Eo quoque tempore, quo alimentorum inopia Campaniam grauiter affligebat, vir Dei diuersis indigentibus Monasterij sui cũcta tribuerat, vt pænè nil in cellario, nisi parum quid olei in vitreo vase remaneret. Tũc quidam subdiaconus, Agapitus nomine, aduenit, magnoperè postulans, vt sibi aliquantulum olei dari debuisset. Vir autem Domini, qui cuncta decreuerat in terra tribuere, vt in cœlo omnia reseruaret, hoc ipsum parum, quod remãserat, olei iussit petenti dari. Monachus verò, qui cellarium tenebat, audiuit quidem iubentis verba, sed implere distulit. Cumque post paululum si id quod iusserat, datum esset, inquireret, respondit Monachus se minimè dedisse: quia si illud ei tribueret, omnino nihil fratribus remaneret. Tunc iratus, alius præcepit, vt hoc ipsum vas

Cap. 28. Benignitas in egenos.

vitreum, in quo parum olei remansisse videbatur, per fenestram proiicerent, ne in cella aliquid per inobedientiã remaneret. Factúq; est. Sub fenestra autem eadem ingens præcipitium patebat, saxorum molibus asperum. Proiectum itaque vas vitreum venit in saxis, sed sic mansit incolume, ac si proiectum minimè fuisset, ita vt neque frangi, neq; oleum effundi potuisset. Quod vir Domini præcepit leuari, atq; vt erat integrum, petenti tribui. Tunc collectis fratribus inobedientem Monachum de infidelitate sua & superbia coram omnibus increpauit.

Insigne miraculum.

Cap. 29.

Qua increpatione completa, sese cum eisdem fratribus in orationem dedit. In eo autem loco vbi cum fratribus orabat, vacuum erat ab eo oleo dolium & coopertũ. Cumq; sanctus vir in oratione persisteret, cœpit operimentum eiusdem dolij, oleo excrescẽte, subleuari. Quo commoto atque subleuato, oleum quod excreuerat, ora dolij transiens, pauimentum loci, in quo iucubuerat, inundabat. Quod Benedictus Dei famulus vt adspexit, protinus orationem compleuit, atq; in pauimentũ oleum defluere cessauit. Tunc diffidentem inobedientemq; fratrem latiùs admonuit, vt fidem habere disceret & humilitatem. Idẽ verò frater salubriter correptus erubuit, quia venerabilis pater virtutẽ Omnipotentis Dei, quam admonitione intimauerat, miraculis ostendebat: nec erat iam, vt quisquam de eius promissionibus dubitare posset: qui in vno eodemque momento pro

Precibus impetrat oleum à Deo.

vitreo

vitreo vase penè vacuo, plenum oleo dolium reddidisset.

Quadam die dum ad Beati Ioannis oratorium, quod in ipsa montis celsitudine situm est, pergeret, ei antiquus hostis in mulo medici specie obuiam factus est, cornu & * terpidicam ferens. Quem cum requisisset, dicens: Quo vadis? ille respondit: Ecce ad fratres vado, potionem eis dare. Itaq; perrexit venerabilis pater Benedictus ad orationem, qua completa, cōcitus redijt. Malignus verò spiritus vnum seniorem Monachum inuenit aquam hauriētem, in quem statim ingressus est, eumq; in terram proiecit, & vehementissimè vexauit. Quem cum vir Dei ab oratione rediens, tam crudeliter vexari conspiceret, ei solummodo alapam dedit, & malignū ab eo spiritum protinus excussit, ita vt ad eū redire vlteriùs non auderet.

Cap. 30.

** trepedicā.*

Alapa pellit dæmonem.

Velim nosse, si hæc tanta miracula virtute semper orationis impetrabat, an aliquando etiam solo voluntatis exhibeat nutu.

Petrus:

Qui deuota mente Deo adhærent, cū rerum necessitas exposcit, exhibere signa modo vtroq; solent, vt mira quæq; aliquādo ex prece faciant, aliquando ex potestate. Cum enim Ioannes dicat: Quotquot autē receperunt eū, dedit eis potestatem filios Dei fieri: qui filij Dei ex potestate sunt, quid mirū, si signa facere ex potestate valeant? Quia enim vtroq; modo miracula exhibeāt, testatur Petrus, qui Tabitham mortuam orādo suscitauit: Ananiam verò & Saphiram mentientes,

Gregorius: Miracula vt faciant sancti.

Ioan. 1.

Acto. 5. & 9.

morti increpando tradidit. Neque enim orasse in eorum extinctione legitur, sed solummodo culpam quam perpetrauerant, increpasse. Constat ergo, quòd aliquando hæc ex potestate, aliquãdo verò exhibent ex postulatione, dum & istis vitam increpando abstulit, & illi reddidit orando. Nam duo quoque fidelis famuli Dei Benedicti facta nunc replico, in quibus apertè clareat, aliud hunc accepta diuinitus ex potestate, aliud ex oratione potuisse.

Cap. 31.
** Zalla.*

Gothorum quidam, * Galla nomine, perfidiæ fuit Arianæ, qui Totilæ regis eorum temporibus, contra Catholicæ Ecclesiæ religiosos viros ardore immanissimæ crudelitatis exarsit, ita vt quisquis eius clericus Monachusuè ante faciem venisset, ab eius manibus viuus nullo modo exiret. Quadam verò die auaritiæ suæ æstu succensus, in rapinam rerum inhians, dum quẽdam rusticum tormentis crudelibus affligeret: eumq; per supplicia diuersa laniaret, victus pœnis rusticus, sese res suas Benedicto Dei famulo commẽdasse professus est, vt dum hocà torquente crederetur, suspensa interim crudelitate, ad horam vita repararetur. Tunc idem Galla cessauit rusticum tormentis affligere, sed eius brachia loris fortibus adstringens, ante equum suum cœpit impellere, vt quis esset Benedictus, qui eius res susceperat, demonstraret. Quem ligatis brachiis rusticus antecedens, duxit ad sancti viri Monasterium, eumque ante ingressum cellæ solum seden-

Ariani persequuntur clericos & Monachos.

tem re-

tem reperit & legentem. Eidem autem subsequenti & sæuienti Gallæ rusticus dixit: Ecce iste est, de quo dixeram tibi, Benedictus pater. Quem dum feruido spiritu cum peruersæ mentis insania fuisset intuitus, eo terrore, quo consueuerat, acturum se existimãs, magnis cœpit vocibus clamare, dicens: Surge, surge, & res istius rustici redde, quas accepisti. Ad cuius vocem vir Dei protinus oculos leuauit à lectione, eumq; intuitus, mox etiam rusticum, qui ligatus tenebatur, attẽdit. Ad cuius brachia dum oculos deflexisset, miro modo tanta se celeritate cœperunt illigata brachijs lora deuoluere, vt dissolui tam concitè nulla hominum festinatione potuissent. Cumque is, qui ligatus venerat, cœpisset subitò adstare solutus, ad tantæ potestatis vim tremefactus Galla, ad terram corruit, & ceruicem crudelitatis rigidæ ad eius vestigia inclinans, se orationibus illius commendauit. Vir autem sanctus à lectione minimè surrexit, sed vocatis fratribus, eum introrsus tolli, vt benedictionem acciperet, præcepit. Quem ad se reductum, vt à tantæ crudelitatis insania quiescere deberet, admonuit. Qui fractus, recedens, nil vlteriùs petere à rustico præsumpsit, quem vir Domini non tangendo, sed respiciendo soluerat. Ecce est, Petre, quod dixi, quia hi qui Omnipotenti Deo familiarius seruiunt, aliquando mira facere etiam ex potestate possunt. Qui enim ferocitatem Gothi terribilis sedens repressit, lora verò nodosq; ligaturæ, quæ innocentis bra-

Notæ quid possint sancti.

chia adstrinxerant, oculis dissoluit, ipsa miraculi celeritate indicat, quia ex potestate acceperat habere quod fecit. Rursum quoque, quale quantumque miraculum orando valuit obtinere, subiungam.

Cap. 32.

Quadã die cum cũ fratribus ad agri opera fuerat egressus. Quidã verò rusticus, defuncti filij corpus in vlnis ferens, orbitatis luctu æstuans, ad monasterium venit, Benedictum patrem quæsiuit. Cui cum dictum esset, quia idem pater cum fratribus in agro moraretur, protinus ante Monasterij ianuam corpus extincti filij proiecit, & dolore turbatus, ad inueniendum venerabilem patrem sese in cursum concitus dedit. Eadem verò hora vir Dei ab agri opere iam cum fratribus reuertebatur. Quem mox vt orbatus rusticus adspexit, clamare cœpit: Redde filium meum, redde filium meum. Vir autem Dei in hac voce substitit, dicens: Nunquid ego filium tuum tibi abstuli? Cui ille respondit: Mortuus est; veni, resuscita eum. Quod vt mox Dei famulus audiuit, valde contristatus est, dicẽs: Recedite, fratres, recedite: hæc nostra non sunt, sed sanctorum Apostolorum. Quid nobis onera vultis imponere, quæ non possumus portare? At ille, quem nimius cogebat dolor, in sua petitione perstitit, iurans, quòd non recederet, nisi eius filium resuscitaret. Quem mox Dei famulus inquisiuit, dicens: Vbi est? Cui ille respondit: Ecce corpus eius ad ianuam Monasterij iacet. Vbi cum vir Dei cum fratribus peruenisset, flexit genu

Humilitas sancti Viri.

& su-

& ſuper corpuſculum infantis incubuit, ſeſeque erigens, ad cœlum palmas tetendit, dicens: Domine, non adſpicias peccata mea, ſed fidem huius hominis, qui reſuſcitari filium ſuum rogat, & redde in hoc corpuſculum animam, quam abſtuliſti. Vix in oratione verba compleuerat, & regrediente anima, ita corpuſculum pueri omne contremuit, vt ſub oculis omnium qui aderant, apparuerit concuſſione mirifica tremendo palpitaſſe. Cuius mox manum tenuit, vt eum patri viuentem atque incolumem dedit. Liquet, Petre, quia hoc miraculum in poteſtate non habuit, quod proſtratus petiit, vt exhibere potuiſſer.

Reſtituit vita defunctum.

Sic cuncta eſſe, vt aſſeris, conſtat patenter: quia verba quæ propoſueras, rebus probas. Sed quæſo te, vt indices, ſi ſancti viri omnia quæ volunt, poſſunt; & cuncta impetrant, quæ deſiderant obtinere.

Petrus:

Quiſnam erit, Petre, in hac vita Paulo ſublimior, qui de carnis ſuæ ſtimulo ter Dominum rogauit, & tamen quod voluit, obtinere non valuit? Ex qua re neceſſe eſt, vt tibi de venerabili patre Benedicto narrem, quia fuit quiddam quod voluit, ſed non valuit, implere. Soror namque eius, Scholaſtica nomine, Omnipotenti Domino ab ipſo infantiæ tempore dedicata, ad eum ſemel per annum venire conſueuerat. Ad quam vir Dei non longè extra ianuam in poſſeſſione Monaſterij deſcendebat. Quadã verò die

Gregorius: Cap. 33. 2 Cor. 12.

Scholaſticæ ſoror D. Benedicti ſanctimonialis.

venit ex more, atque ad eam cum discipulis venerabilis eius descendit frater: qui totum diem in Dei laudibus sacrisque colloquijs ducentes, incumbentibus iam noctis tenebris, simul acceperunt cibos. Cumq; adhuc ad mensam sederent, & inter sacra colloquia tardior se hora protraheret, eadem sanctimonialis fœmina soror eius eum rogauit, dicens: Quęso te, vt ista nocte me non deseras, vt vsque manè de cęlestis vitę gaudij loquamur. Cui ille respondit: Quid est, quod loqueris, soror? Manere extra cellam nullatenus possum. Tāta verò erat cœli serenitas, vt nulla in aëre nubes appareret. Sanctimonialis autem fœmina, cum verba fratris negantis audisset, insertas digitis manus super mēsam posuit, & caput in manibus, Omnipotētem Dominum rogatura, declinauit? Cumque de mensa leuaret caput, tanta coruscationis & tonitrui virtus, tantaque inundatio pluuiæ erupit, vt neque venerabilis Benedictus, neque fratres, qui cum eo aderant, extra loci limen, quo consederant, pedem mouere potuissent. Sanctimonialis quippe fœmina caput in manibus declinans, lachrymarum fluuium in mēsam fuderat, per quas serenitatē aëris ad pluuiam traxit. Nec paulo tardiùs post orationem inundatio illa secuta est: sed tanta fuit conuenientia Orationis & inundationis, vt de mensa caput iam cum tonitruo leuaret, quatenus vnum idemque esset momentum, & leuare caput, & pluuiam deponere. Tunc vir Dei inter coruscos

Efficacia precum.

& toni-

& tonitruos atque ingentis pluuiæ inundationem videns se ad monasterium non posse remeare, cœpit conqueri contristatus, dicẽs: Parcat tibi Omnipotens Deus, soror: quid est quod fecisti? Cui illa respondit: Ecce te rogaui, & audire me noluisti: rogaui Dominum meum, & audiuit me. Modò ergo, si potes, egredere, & me dimissa, ad Monasterium recede. Ipse autem exire extra tectum non valens, quia remanere sponte noluit, in loco mansit inuitus. Sicque factum est, vt totam noctem peruigilem ducerent, atque per sacra spiritalis vitæ colloquia sese vicaria relatione satiarent. Qua de re dixi eum voluisse aliquid, sed minimè potuisse: quia si venerabilis viri mentem adspicimus, dubium non est, qui eandem serenitatem voluerit, in qua descenderat, permanere: sed cõtra hoc quod voluit, in virtute Omnipotẽtis Dei ex fœminæ pectore miraculum inuenit. Nec mirum, quod plus illo fœmina, quæ diu fratrem videre cupiebat, in eodem tempore valuit. Quia enim, iuxta Ioannis vocem, Deus charitas est: iusto valde iudicio illa plus potuit, quæ ampliùs amauit.

1. Ioan. 4.

Fateor, multùm placet quod dicis.

Petrus: Gregorius: Cap. 34. Anima Scholastica in columbæ specie cœli secreta penetrauit.

Cumq; die altero eadem venerabilis fœmina ad cellam propriam recessisset, vir Dei ad Monasterium redijt. Cùm ecce post triduum in cella consistens, eleuatis in aera oculis, vidit eiusdem sororis suæ animam de eius corpore egressam, in columbæ specie cœli secreta penetrare. Qui tantæ eius gloriæ

congaudens, Omnipotenti Deo in hymnis & laudibus gratias reddidit, eiusque obitum fratribus denunciauit. Quos etiam protinus misit, vt eius corpus ad Monasterium deferrent, atque in sepulchro, quod sibi ipse parauerat, ponerent. Quo facto contigit, vt quorum mens vna semper in Deo fuerat, eorum quoque corpora nec sepultura separaret.

Cap. 35. Alio quoq; tempore Seruandus diaconus atq; Abbas eius Monasterij, quod in Campaniæ partibus à Liberio quondam patricio fuerat constructum, ad eum visitationis gratia ex more venire consueuerat. Eius quippe Monasteriũ frequentabat, vt quia idẽ quoq; vir doctrina gratiæ cælestis influebat, dulcia sibi inuicem vitæ verba transfunderent, & suauem cibum cælestis patriæ, quem adhuc perfectè gaudendo non poterant, saltem suspirando gustarent. Cumq; hora iam quietis exigeret, in cuius turris superioribus se venerabilis Benedictus, in eius quoque inferioribus se Seruandus diaconus collocauit: quo videlicet in loco inferiora ad superiora peruius continuabat ascensus. Ante eandẽ verò turrim largiùs erat habitaculum, in quo vtriusq; discipuli quiescebant. Cumq; vir Dei Benedictus, quiescentibus adhuc fratribus, instans vigilijs, nocturnæ orationis tempora præuenisset, ad fenestram stans & Omnipotentem Deum deprecans, subitò intempesta noctis hora respiciens, vidit fusam lucẽ desuper, cunctas noctis tenebras effugasse, tantoque splendore clarescere, vt diem vin-

ceret

ceret lux illa, quæ in tenebris radiasset. Mira autem res valde in hac speculatione secuta est: quia, sicut pòst ipse narrauit, omnis etiam mundus, velut sub vno solis radio collectus, ante oculos eius adductus est. Qui venerabilis pater dum intentam oculorum aciem in hoc splendore coruscæ lucis infigeret, vidit Germani Capuani Episcopi animã in sphæra ignea ab angelis, in cœlum ferri. Tunc tãti sibi testem volens adhibere miraculi, Seruãdum diaconum, iterato bis terq; eius nomine, cum clamoris magnitudine vocauit. Cũque ille fuisset insolito tanti viri clamore turbatus, ascendit, respexit, partemq; iam lucis exiguam vidit. Cui tantum hoc obstupescẽti miraculum, vir Dei per ordinem, quæ fuerãt gesta, narrauit: statimq; in Casinum castrum religioso viro Theoprobo mandauit, vt ad Capuanã vrbem sub eadem nocte transmitteret, & quid de Germanico Episcopo ageretur, agnosceret & indicaret. Factumq; est: & reuerendissimum virum Germanum Episcopum is, qui missus fuerat, iam defunctum reperit, & requirens subtiliter, agnouit eodẽ momento fuisse illius obitum, quo vir Domini eius cognouit ascensum.

S. Benedictus videt animam S. Germani ferri in cœlum.

Mira res valde, & vehementer stupenda. Sed hoc quod dictum est, quia ante oculos ipsius, quasi sub vno solis radio collectus, omnis mundus adductus est, sicut nunquam expertus sum, ita nec conijcere scio, quonam ordine fieri potest, vt mundus omnis ab homine vno videatur.

Petrus:

Fixum

Gregorius: Fixum tene Petre, quod loquor: quia animæ videnti creatorem, angusta est omnis creatura. Quamlibet etenim parum de luce creatoris adspexerit, breue ei fit omne quod creatum est: quia ipsa luce visionis intimæ mentis laxatur sinus, tantumque panditur in Deo, vt superior existat mundo. Fit verò ipsa videntis anima etiam super semetipsam. Cũque in Dei lumine rapitur, super se in interioribus ampliatur: & dum sub se conspicit exaltata, comprehẽdit quam breuè sit, quod comprehendere humiliata non poterat. Vir ergo Dei, qui in turri globum igneum, angelos quoq; ad cœlum redeuntes videbat, hæc procul dubio cernere non nisi in Dei lumine poterat. Quid itaq; mirum, si mundum ante se collectum vidit, qui subleuatus in mentis lumine, extra mundum fuit? Quod autem collectus mundus ante eius oculos dicitur, non cœlum & terra contracta est, sed videntis animus est dilatatus: qui in Deo raptus, videre sine difficultate potuit omne, quod infra Deum est. In illa ergo luce, quæ exterioribus oculis fulsit, lux interior in mente fuit, quæ videntis animum cum ad superiora rapuit, ei, quam angusta essent omnia inferiora, monstrauit.

Petrus: Video: mihi vtiliter non intellexisse, quæ dixeras, quando ex tarditate mea tantũ creuit expositio tua. Sed quia hæc liquidè meis sensibus infudisti, quæso, vt ad narrationis ordinem redeas.

Gregorius: Cap. 36. Libet, Petre, adhuc de hoc venerabili pa-

tre mul-

tre multa narrare; ſed quædam eius ſtudioſe prætereo, quia ad aliorum geſta voluenda feſtino. Hoc autem nolo te lateat, quod vir Dei inter tot miracula, quibus in mundo claruit, doctrinæ quoque verbo non mediocriter fulſit. Nam ſcripſit Monachorum Regulam, diſcretione præcipuam, ſermone luculentam. Cuius ſi quis velit ſubtiliùs mores vitamque cognoſcere, poteſt in eadem inſtitutione Regulę omnes magiſterij illius actus inuenire: quia ſanctus vir nullo modo potuit aliter docere, quàm vixit.

D. Benedictus ſcripſit Monachorũ Regulam diſcretione præcipuam.

Eodẽ verò anno, quo de hac vita erat exiturus, quibuſdam diſcipulis ſecum conuerſantibus, quibuſdam lõgè manentibus, ſanctiſſimi ſui obitus denũciauit diem: præſentibus indicens, vt audita, per ſilentium tegerent: abſentibus indicans, quod vel quale eis ſignum fieret, quando eius anima de corpore exiret. Ante ſextum verò ſui exitus diem aperiri ſibi ſepulturam iubet. Qui mox correptus febribus, acri cœpit ardore fatigari. Cumque per dies ſingulos languor ingraueſceret, ſexta die portari ſe in oratorium à diſcipulis fecit, ibique exitum ſuum Dominici corporis & ſanguinis perceptione muniuit, atque inter diſcipulorum manus imbecillia membra ſuſtentans, erectis in cœlum manibus ſtetit, & vltimum ſpiritum inter verba orationis efflauit. Qua ſcilicet die duobus de eo fratribus, vni in cella commoranti, alteri autem longiùs poſito, reuelatio vnius atque indiſſimilis viſionis apparuit. Viderunt

Cap. 37.

Mortem ſuam munit Euchariſtia & feliciter obdormit.

nam-

namque, quia ſtrata pallis atque innumeris coruſca lampadibus via, recto Orientis tramite ab eius cella in cœlum vſq; tendebatur. Cui venerando habitu vir deſuper clarus aſſiſtens, cuius eſſet via, quam cernerent, inquiſiuit. Illi autē ſe neſcire profeſſi ſunt. Quibus ipſe ait: Hæc eſt via, qua dilectus Domino cœlum Benedictus aſcendit. Tunc itaq; ſancti viri obitum ſicut præſentes diſcipuli viderunt, ita abſentes ex ſigno, quod eis prædictum fuerat, agnouerunt. Sepultus verò eſt in oratorio beati Ioannis Baptiſtæ, quod, deſtructa ara Apollinis, ipſe conſtruxit. Qui & in eo ſpecu, in quo priùs habitauit, nunc vſq;, ſi petentium fides exigat, miraculis coruſcat.

Cap. 38.

Nuper namque eſt res geſta, quam narro. Quædam mulier mente capta, dum ſenſum funditus perdidiſſet, per montes & valles & ſyluas & campos die noctuque vagabatur ibi tantummodo quieſcebat, vbi hanc quieſcere laſſitudo coëgiſſet. Quadam verò die dum vaga nimium erraret, ad beati viri Benedicti ſpecum deuenit, ibique neſciens ingreſſa manſit. Manè autem facto, ita ſanato ſenſu egreſſa eſt, ac ſi eam nunquam inſania capitis vlla tenuiſſet: quæ omni vitæ ſuæ tēpore in eadem, quā accepit, ſalute permāſit.

Amens mulier redit ad ſanitatem.

Petrus:

Quidnam eſſe dicimus, quòd plerumque in ipſis quoq; patrocinijs Martyrum ſic eſſe ſentimus, vt non tanta per corpora ſua, quāta beneficia per reliquias oſtendant, atque illic maiora ſigna faciunt, vbi minimè per ſemetipſos iacent?

Vbi in

Vbi in ſuis corporibus ſancti Martyres iacent, dubium, Petre, non eſt, quòd multa valeant ſigna demonſtrare, ſicut & faciunt, & pura mente quærentibus innúmera miracula oſtendunt. Sed quia ab infirmis poteſt mẽtibus dubitari, vtrum ne ad exaudiẽdum ibi præſentes ſint, vbi conſtat, quia in ſuis corporibus non ſint: ibi neceſſe eſt eos maiora ſigna oſtendere, vbi de eorum præſentia poteſt mens infirma dubitare. Quorum verò mens in Deo fixa eſt, tanto maius habet fidei meritum, quanto illic eos nouit & nõ iacere corpore, & tamen non deeſſe ab exauditione. Vnde ipſa quoque veritas, vt fidem diſcipulis augeret, dixit: Si ego non abiero, paracletus non veniet ad vos. Cum enim conſtet, quia paracletus Spiritus à patre ſemper procedat & filio, cur ſe filius receſſurum dicit, vt ille veniat, qui à filio nunquam recedit? Sed quia diſcipuli Dominum in carne cernẽtes, corporeis hunc oculis ſemper videre ſitiebant, rectè eis dicitur: Niſi ego abiero, paracletus non veniet: ac ſi apertè diceretur: Si corpus non ſubtraho, quis ſit amor ſpiritus, non oſtendo: & niſi me deſieritis carnaliter cernere, nunquam me diſcetis ſpiritaliter amare.

Placet quod dicis.

Gregorius:

Sancti Gtiã poſſunt ipſos inuocantes exaudire.

Ioan. 16.

Petrus.

F I N I S.

Liber Coll. Soc. Jesu Paderborn.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Th
4943